Digitized by Google

2414.
Jur.

JOH. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS.
Juris utriusq; Doctor, et Juris Publici ac
Linguarum Orientalium in Academia
Altdorfina Profeſſor.
Natus Noribergæ A. C. CIↃ IↃCXXXIII.

J. Sandrart ſculpſit
A. 1680

1.

JOH. CHRISTOPHORI WAGENSEILII

DE

SACRI ROM. IMPERII LIBERA

CIVITATE NORIBERGENSI COMMENTATIO.

ACCEDIT,

DE

GERMANIÆ PHONASCORVM

Von

Der Meiſter-Singer/

ORIGINE, PRÆSTANTIA, VTILITATE,

ET INSTITVTIS,

SERMONE VERNACVLO LIBER.

Bayerische Staatsbibliothek München

ALTDORFI NORICORVM

TYPIS IMPENSISQVE JODOCI WILHELMI KOHLESII.

CIↃ IↃC XCVII.

Digitized by Google

Hugo Favolius.

FElix ante alias urbes, Vrbs Norica Berga.
Mœnia magnificis attollit ahenea muris.
Quam rapidus circumlambit Pegneſus arenis,
Per mediumque ſecat, fluvio & perfundit amœno,
Cui Niger, atque citis madido delapſus ab Auſtro
Rednitius celerans, mox ſeſe paſſibus infert,
Confeſtimque tribus coit alveus amnibus unus,
Et pariter ſociis coaleſcunt flumina ripis,
Donec Bambergæ muros & mœnia linquant,
Ac ſimul in Mœnum ſinuoſo gurgite tendant.
Vrbs opulenta, potens, validis circumdata muris,
Et florens, proprias & facta opulenta per artes;
Norica nomen habet, juncti a cognomine Caſtri.
Dives opum, fœcunda viris: laus, gloria, robur
Militiæ: cultrix veræ pietatis; amatrix
Juſtitiæ, & verum ſtudiorum hoc tempore aſylum.
Quam fovet unanimis populi concordia felix,
Legibus & firmata ſuis Reſpublica: cujus
Jura regit ſapiens, tranquilla pace, Senatus,

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

ALMÆ

REIPVBLICÆ NORIBERGENSIS

INCLYTO

SENATVI,

PATRIÆ PATRIBVS,

PIIS, JVSTIS, PRVDENTIBVS,

DEVM RITE PRECATVS,

VT EOS,

Digitized by Google

QVORVM SALVTI,

ÆTERNA LAVDE FLORENTIS VRBIS

TVTELA ET SECVRITAS

INNISA EST,

SEMPER INCOLVMES, SANOS, HILARESQVE

PRÆSTET,

AC ILLORVM REGIMEN, ALIIS SVPER ALIA PRÆCLARE FACTIS AVGEAT,

PVBLICA PIETATE,

COMMENTATIONEM HANC,

CEV FRVGI ME CIVEM FACERE PAR EST,

LIBENS MERITOQVE

DO, DICO, CONSECRO,

ÆTATEM DEVOTVS

JOH. CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
Salvere, & bene rem gerere.

FViſſe moris antiqui, non eos tantum, qui ſingulorum hominum, ſed & qui Vrbium laudes ſcripſerant, & honoribus, & pecunia ornare, Plinius Secundus apud Cornelium Priſcum ſuum, non ſine ſenſu & voluptate quadam commemorat. Imo vero, magis utique in commune intereſt ſcire, quæ magnarum Vrbium fuerint initia, qui ad amplitudinem, opes, gloriamq; progreſſus, quæ cives exempli documenta ediderint; quale ſit vinculum, per quod ſocietas illa cohæret, quique ſpiritus vitalis, quem tot millia incolarum trahunt, denique, quid contemplatione mortalium, notatuque dignum in iis ſe offerat, quam unius aut alterius hominis naſcendi conditionem, infantiles luſus, juventæ ſtudium, & virilis ætatis dicta ac facta, ſenectæque morbos perſpecta habere & explorata. Non igitur impetus quidam, ſed conſilium me traxit, aliqua de alma Noribergenſi Republica commentandi, addiditque in publicum procurrere volenti calcar, dulcis erga patriam amor. Nempe dolebat hoc animo, tantam Vrbem, tam diu quaſi indictam manſiſſe, nec aliam prope ejus notitiam ſuppetere, quam quæ ex vulgatis Itinerariis hau-

Digitized by Google

riri poteſt, exilem eam, & nimium quantum poſitam infra illius dignitatem. Equidem non diffiteor, nec me copioſe ſatis inſtructum fuiſſe iis præſidiis, quæ inſtituti arduitas requirebat. Sed nec præfixum erat, nimis in veterem memoriam ire, & ſepulta ac vetuſta eruere, & proferre in apricum. Amœniora tantum ſelegi, & quæ prodeſſe ſimul ac delectare poſſunt. De aliis, alii diſpiciant licet, & ſymbolam conferant, ut inceptum opus perfectum evadat, & incluta Noribergenſis Reſpublica, tandem comta & perpolita in publico theatro plene planeque ſiſtatur & qualis eſt, & qualis olim fuit.

—— Materiæ tanta abundat copia,
Labori faber ut deſit, non fabro labor.

Interim, parum abeſt, quin metuam, ne circa illa quæ commentor, eadem ſors me maneat, quam Illuſtris Vir, *Bilibaldus Pirckheimerus Franciſcum Irenicum*, Germaniæ Exegeſin evulgantem exſpectare, illi in literis familiariter prædixerat. Quippe, *tua*, vaticinatur ipſe, *reprehenſione non carebunt: nam, ille te mendacii, alter erroris arguet, ille rerum ſeriem aliam cupiet, hic ſtyli humilitatem contemnet.* Verum, quod ad timorem demendum, & addendum animum Amico ſuo porro ait, mihi pariter dictum puto: *nemo tamen bonus, laborem, tantum ob patriæ amorem ſuſceptum, non laudabit: nec tu alicui impedimento eris, quo minus meliora, veriora, & elegantiora depromere poſſit.* Bene eſt: plauſum tuum, Mi Lector, non deſidero. Illud modo ſine a te impetrem, ut Deum preceris, quo Noribergenſem Rempublicam, quam in ampliſſimum faſtigium extulit, ſemper cuſtodiat, ſervet, protegat, & muneribus, quæ ei benigne largitus eſt, clemens & propitius addat perpetuitatem. Cura ut valeas.

Digitized by Google

Staatsbibliothek

DE
SACRI ROMANI IMPERII LIBERA
CIVITATE NORIBERGENSI
COMMENTATIO.

LIBER I.

DE NORIBERGÆ REBVS NOTABILIBVS.

CAPVT I.

Noribergenſis Vrbis encomia. Quare interdum Oppidum, & Villa *vocetur. Aurea Bulla leviter emendatur. De Epiſcoporum per Italiam multitudine uberrima. Num Civitas recte dicatur, quæ Epiſcopo deſtituitur.*

NORIBERGAM, Vrbem ſublimem, ab omni ævo, Viri præ cæteris virtute ac doctrina eminentes, quaſi certatim tergeminis honoribus ac encomiis, ad ſidera usque efferre ſtuduerunt. His ergo audit, *Civitas potens, inſignis & famoſa.* Item, *urbs valentiſſima, & potentiſſima:* nec minus, *urbs ſplendidiſſima atq; ornatiſsima.* Dicitur iis, *officina Orbis, ac non Germaniæ modo, ſed etiam totius Europæ, imo Orbis terrarum ornamentum.* Dicitur, *Artificum mater, Virtutum ſedula cultrix, & ſancti pudoris tutela.* Dicitur, *Teutonici ſidus poli.* Quin &, *ampliſsima, & ferè princeps in Germania Reſpublica.* Inſuper: *Vrbs, tota Germania, & apud ceteras gentes nominatiſſima, emporium Germaniæ ampliſſimum, magnificis operibus publicis & privatis ornatum.* Ad hæc, *flos & decus Imperii Germanici.* Similiter: *lumen, oculus, decus,* & *ornamentum Germaniæ:* quæ, tanquam *Sol, inter ſidera minora radiet:* quæ, (*ſicut Græcia de quibusdam ſuis urbibus canit*) *a Diis immortalibus ſit condita.* Judicarunt, *Noribergam civitatem, forma Reipublicæ, legum æquitate, civium virtute, opificum præſtantia, horum omnium gloria, ceteras* Germaniæ *urbes longiſſimo poſt ſe intervallo relinquere:* imo, *eam*

Digitized by Google

eam opibus,ædificiis,opificum ingeniis ita florere, ut cum quavis laudatiſſima urbium apud Veteres recte conferri; atq;, *cum Maſſilia aliisq; quibusdam urbi veteribus certare poſſit.* Amplius,aſſeruerunt alii, *illam,ut in umbilico Germaniæ ſitam,ſic umbilicum virtutis, perfectionemque menſurarum eſſe.* Nec fuit,qui pronunciaret,hanc Civitatem qui habeat,ORBI REGNA(quo per anagrammatiſmum,ex nomine NORIBERGA provenit)*non inviſ rum,*&, *omnia illum dixiſſe videri, qui tantum Noribergam nominaverit.* I promtu erat, ſexcenta ejus generis alia, huc coram afferre, niſi modum adhibere, & manu,non θυλάκῳ iſta ſpargere, rationis foret & conſili Id tamen neutiquam ſilentio involvendum,quod Laonico Chalcocondylæ, Græco homini, lib. 2. Hiſtoriæ Turcicæ, Noriberga πόλις εὐδαίμων *Civitas beata* dicitur. Id encomium,æqua lance ſecum penſitando magni nominis Vir Marquardus Freherus,Tomo 2. Scriptorum Rerum Germanicarum,in notis ad Chalcocondylæ ἀποσπασμάτιον,exclamat: *Magnum elogium! magnum! —— Hoc epitheti Noribergæ tribuit,& quidem ſoli. Vnde æſtimare licet,quæ tunc temporis*(diem autem ſupremum obiit Chalcocondylas anno a nato Chriſto 1480.)*celebritas & ſplendor Vrbis fuerit;quæ tamen poſtea, multis modis aucta & amplificata eſt.*

Talis,ac tanta cum ſit Noriberga,fortaſſe offendat quem, eam interdum humilibus appellationibus,*Oppidum* tantum,& *Villam* vocari. Nam, in Aureæ Bullæ tit. 28. videas profiteri Carolum IV. Cæſarem ejus conditorem, *inveniſſe ſe ex clariſſimis relationibus & traditionibus antiquorum, illud,a tempore cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos qui ſe præceſſerunt feliciter eſſe & jugiter obſervatum,ut Regis Romanorum,futuri Imperatoris,in Civitate Francofurt celebraretur Electio, & prima Coronatio Aquisgrani, & in* oppido *Nurnberg prima ſua Regalis Curia haberetur.* Obiter hic monendum,in iſtis,pro,*contrarii jam non habetur*, ceu eſt in vulgatis editionibus omnibus, *contrarium non habeatur*,& pro,*Curia haberetur*, rurſus, *Curia habeatur* longe rectius legi in ſpectabili Codice membranaceo Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis,qui Anno 1400. juſſu Wenceslai Imperatoris ſcriptus, imaginibusque coloratis elegantiſſime fuit exornatus, & quem,typis impreſſum exemplar exigere quondam mihi licuit. Jam ro,Epiſtolæ Pii II. Papæ, ad Noribergenſes, qua Gregorium Heim excommunicatum denunciavit, initium eſt: *Pius Papa II. dilectis Burgimagiſtris & Senatui* oppidi *Nurmberg, ſalutem, & Apoſtolicam ctionem.* Sequitur,poſt multa interjecta: *Devotiones veſtras in Dom quirentes admonemus, ut hujusmodi peſtiferum hominem,pro tali exco cato habeatis & privato,a veſtrisque civibus omnibus haberi mandetis: ip non ſolum vitetis, ſed ejiciatis ab* oppido *& dominio veſtro: & bona q habet apud vos,tam mobilia,quam etiam immobilia,fiſco veſtro appliceti*

Digitized by Google

...rimis ejus, qua Mar-
...torum matriculæ in-
...inen Flecken/nomina-
...enobii Dominicano.

...eck/
...ſſen/

...jus cauſam a more
...Oppidum, voces, in-
...fragamur Limnæo
...*Claſſicorum dicendi*
...*tis nomina, differen-*
...am, modo urbem,
...2. c. 6. nunc civi-
...bſolute civitatem
... oppidum maxi-
...totius Galliæ ur-
..., cum civitatem
...llicum *Ville*, pro
...*e Neufue, Villebois,*
...alia, ex voce illa
...noriam ob præ-
...plane ſingularem
...otitiam Galliæ,

... Villa interdum
...piſcopo ſemper
...rari haud pot-
...a, ad Epiſcopos
...*um divinitus in-*
...*uris & ſolitariis*
ſpir. ... *acerdotale ſuſfigiant*: unde & apud Pallavicinum in
munic... ...
Hiſtor... ...dentini lib. 2. cap. 4. legitur: *Fabrianum, cum jura ci-*
vitatis... ...*copi ſedem non habet*: Sic pariter vulgo, nec civitatis
nomin... ullum locum, cujuscunque ille ſit amplitudinis,
qui Epi... ...ur; probante factum præter alios complures,
Hieron... ...ract. fin. regund. c. 5. Bobad. in politica l. 2. c. 17
n. 15.

eam opibus, æd
urbium apud I
veteribus cert
maniæ ſitam, ſi
fuit, qui pron
per anagram
rum, &, *omnia*
promtu erat
adhibere, &
Id tamen neu
læ, Græco h
Civitas beata d
nominis Vir
nicarum, in m
elogium! magn
æſtimare licet,
dylas anno a n
poſtea, multis
Talis, ac t
dum humilibu
in Aureæ Bull
dicorem, *inven*
lud, a tempore c
runt feliciter eſ
ris, in Civitate F
& *in* oppido N
nendum, in iſti
bus omnibus, c
habeatur longe
ex Cæſareæ Vi
ris ſcriptus, im
quem, typis im
ro, Epiſtolæ Pii
excommunicat

Burgimagiſtris & ... oppidi Nurmberg, ſalutem. & Apoſtolicam benedi *ctionem*. Sequitur, poſt multa interjecta: *Devotiones veſtras in Domino re* *quirentes admonemus, ut hujusmodi peſtiferum hominem, pro tali excommuni* *cato habeatis & privato, a veſtrisque civibus omnibus haberi mandetis: ipſumqu* *non ſolum vitetis, ſed ejiciatis ab* oppido *& dominio veſtro: & bona quæcun* *habet apud vos, tam mobilia, quam etiam immobilia, ſiſco veſtro applicetis.* Alia

ru

rum Bullarum, quæ multæ apud nos extant, & imprimis ejus, qua Martinus V. Pontifex, Sebaldum Confeſſorem Sanctorum matriculæ inſcripſit, ſimilis verborum eſt conceptio. *Villam*, einen Flecken/nominavit Noribergenſem Vrbem P. Roſenblüth Prior Cœnobii Dominicanorum, in Carmine, quod Anno 1447. compoſuit:

O Nürnberg / du edler Fleck /
Deiner Ehren Boltz ſteckt am Zweck /
Den hat die Weißheit daran geſchoſſen /
Die Warheit iſt in dir entſproſſen.

Minime rem acu tanget, qui nomenclationis hujus cauſam a more loquendi Veterum arceſſet, apud quos, *Vrbs, Civitas, Oppidum*, voces, interdum promiſcue uſurpari animadvertas: etſi nihil refragamur Limnæo lib. 7. Jur. Publ. cap. 1. n. 1. aſſerenti, *quando accuratum Claſſicorum dicendi genus obſervamus, magnam inter Oppidi, Vrbis, atque Civitatis nomina, differentiam deprebendi.* Nempe, ſic Cicero Philipp. 9. Maſſiliam, modo urbem, modo civitatem vocat: quam & Valerius Maximus l. 2. c. 6. nunc civitatem Maſſilienſem, nunc oppidum, nunc urbem, & abſolute civitatem nominavit. Similiter Julius Cæſar, jam Avaricum, oppidum maximum in finibus Biturigum, jam pulcherrimam prope totius Galliæ urbem appellat. Apud mediæ ætatis Hiſtoricos Latinos, cum civitatem dicere volunt, crebro verbum *Villa* occurrit. Hinc Gallicum *Ville*, pro urbe, & tot nomina urbium apud Gallos, uti *Neuville, Ville Neufue, Villebois, Ville Franche, Granville, Janville, Thionville*, & plurima alia, ex voce illa compoſita. Juvabit adire Inſignis Viri, & cujus memoriam ob præclara in Remp. Literariam merita, ac in nos affectum plane ſingularem impenſe colimus, Hadriani Valeſii, Præfationem in Notitiam Galliæ, & in Gloſſario Archæologico, voce Villa, Spelmannum.

Satius fuerit, rationem, cur Noriberga, Oppidum & Villa interdum audiat, ex Canoniſtarum ſcitis, eam allegare, quod Epiſcopo ſemper caruit. Nimirum, uti ſecundum iſtos, Epiſcopus alibi morari haud poteſt quam in Civitate, *ne*, (ceu habent Leonis Papæ verba, ad Epiſcopos Africanos emiſſa, in c. illud 4. diſt. 80.) *quod ſanctorum Patrum divinitus inſpirata decreta vetuerunt, viculis, & poſſeſſionibus, vel obſcuris & ſolitariis municipiis, tribuatur ſacerdotale faſtigium:* unde & apud Pallavicinum in Hiſtoria Concilii Tridentini lib. 2. cap. 4. legitur: *Fabrianum, cum jura civitatis non obtineat, Epiſcopi ſedem non habet:* Sic pariter vulgo, nec civitatis nomine ipſi dignantur ullum locum, cujuscunque ille ſit amplitudinis, qui Epiſcopo deſtituitur; probante factum præter alios complures, Hieron. de Monte in tract. fin. regund. c. 5. Bobad. in politica l. 2. c. 17

n. 15. ac Cened. ad Decret. collect. 10. n. 1. Quin & Baldus, in l. ex ho jure num. 12. ff. de juſtit. *in terris Chriſtianorum ſolas illas dici Civita tes, quæ habent Epiſcopum*, nobis confirmat. Melius tamen Bartolus i l. ult. n. 3. vers. nam in uſu ff. de colleg. illic. & in extravag. qui ſint re belles, verbo Lombardiæ, agnoſcit, hoc de uſu Italiæ tantum ſic obti nere. Scilicet, in Italia ſane, nec eſt Epiſcopus ſine Civitate, nec Civ tas ſine Epiſcopo; quod facit, ut in regione haud maxima, Patriarchæ I Archiepiſcopi XXXI. illorumque Epiſcopi ſuffraganei CCLX. eorum vero, qui jurisdictioni Archiepiſcoporum non ſubjacent, XXII. hoc eſt Epiſcopi, generatim accepto vocabulo, CCCXV. numerentur, null adeo Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, qui ſolo tantum nomine tale frequentes Romam obambulant, & *Epiſcopi in Partibus infidelium* vocan tur, habita ratione. Fieri igitur aliter non poteſt, quam ut adverſu ex diſt. 80. allegati canonis 4. præſcriptum, cum *epiſcopalia gubernacul non niſi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præſidere* aliquammulti in Italia Epiſcopi agant in locis, *ubi minores ſunt plebes, mi noresque conventus, quibus presbyterorum cura ſufficiebat*: & ut nihili penda tur Anacleti, quam præcedens canon refert, ſanctio: Epiſcopus, *non a modicam civitatem, ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem urbem, titu landus & denominandus eſt.* Certe, *Caurli* in Veneto Sinu, & *Iſola* Cala briæ, Epiſcopos, at vix quingentos ſacræ communionis participes te nent incolas: ac, quod miretur quis, Lancianenſi, & Roſſanenſi, in re gno Neapolitano Archiepiſcopis, nullus ſubeſt Suffraganeus. Inſupe provenit hinc, ut complurium Italiæ Epiſcoporum non lauta admodun ſit conditio, nec annui eorundem reditus quadringentos Scutatos ex ſuperent, &, ut qui ter mille computant, divites, qui decies mille, lo cupletiſſimi exiſtimentur. Caprea Inſula, Regno Neapolitano, prop Minervæ promontorium, adjacens, urbem parvam habet cognominem eamque Epiſcopalem, ſub Archiepiſcopo Amalphitano: *Epiſcopi redi tus ex Coturnicibus ſumi, qui hic bis in anno incredibili copia capiantur, und lepide dicta fuerit hæc Inſula quibusdam il Veſcovato delle Quaglie*, notavi Doctiſſimus Baudrandus in Lexico Geographico. Nempe hyeme appe tente, factis agminibus, ex Italia Coturnices huc convolant, & ventum commodum præſtolantur, cujus beneficio ſubvectæ, in Africam trajici ant: atque inde, vere novo, huc revertuntur, Italiam repetituræ.

Jampridem, quod in tranſcurſu dicendum, evulgatum eſt arcanum quare Italia Epiſcopis tantopere abundet: atque cognitum habetur, ho præcipue eam ob cauſam ſic inſtitutum eſſe, ut ſi quando Pontifex Concilium celebrare cogitur, eorum, quos mancipi habet Epiſcoporum turba ac copia, vincere poſſit Præſules omnes cæterarum Chriſtiani or

bi

bis regionum, & cavere, ne quid ſuæ autoritati, Romanæque Sedis juribus prætenſis adverſum quoquo modo decernatur: cum in Conciliis plurimum numerentur ſententiæ, non ponderentur, & tantundem valeat macilenti ac paupertini Epiſcopi ſuffragium, quantum ejus, qui præeſt provinciæ integræ. Præbuit rei luculentum exemplum Tridentinum Concilium, de quo ſic acerrime queſtus eſt Andreas Dudithius, Quinqueeccleſienſis Epiſcopus, apud Maximilianum II. Cæſarem, per epiſtolam, qua ſuam, de Calice S. Cœnæ Laicis, & conjugio Sacerdotibus concedendis refert ſententiam: *Quid profici potuit in eo Concilio, in quo numerarentur, non ſuis momentis ponderarentur ſententiæ? Si cauſa, ſi ratione pugnandum fuiſſet, ſi pauci quidam ſocii nobis adfuiſſent, viceramus, quamvis pauci, magnas copias adverſariorum. Sed, cum numerus tantum prodiret in aciem, quo longe inferiores futuri fuiſſemus, in optima cauſa victores diſcedere non potuimus. Singulis noſtrum centenos de ſuis Papa potuit opponere: ac ſi centeni parum multi viderentur, repente mille creare potuit, quos ſuis laborantibus ſubſidio mitteret.* Sequuntur alia ibi, magis adhuc acerba, quo mordaci vero, quia id alterius loci eſt, auriculas teneras in præſentia radere ſuperſedemus.

Enim-vero, ut ad propoſitum revertatur oratio, extra Italiam non procedere, ut Civitas non ſit, niſi quæ ab Epiſcopo regitur, rem recta via ſecum reputantes, inter cæteros Romanæ Eccleſiæ Doctores non diſſimularunt Gaſpar de Velaſc. in l. imperium ff. de jurisdict. omn. jud. n. 73. & Raynold. Cors. lib. 3. indag c. 3. aperte, ceu illorum opinionem Barboſa in Prætermiſſis ad Decretum Gratiani p. 307. recitat, profeſſi, *verius eſſe, non omnes Civitates Epiſcopos habere, nec illis indigere, & jus creandarum Civitatum apud Imperatorem & Regem, in ſuis provinciis, independenter a Summo Pontifice, aut Epiſcopi deſignatione reſidere.* Nec adeo circa Noribergam, ipſi Carolus IV. Cæſar, & Martinus V. Pontifex, ſibi conſtiterunt. Ille enim, in eadem Aurea Bulla, tit. 1 Noribergam, etiam Civitatem vocavit: Martinus vero Papa, in Bulla, qua translationem Reliquiarum & Clinodiorum Imperii Noribergam fieri permiſit, non tantum ſua fecit, quæ ad illum perſcripſerat Sigismundus Imperator, verba ſequentia, reliquis ſupra allatis Noribergenſis Vrbis præconiis, culminis ſuperaddentia faſtigium: *Imperialis Civitas Nurmbergenſis, Bambergenſis Diœceſis, præ cæteris illarum partium Imperialibus Civitatibus, Oppidis, atque locis, potens eſt, inſignis, & famoſa, Eccleſiaſtico decore conſpicua, Chriſtianæ fidei, devotiſſimis etiam utriusque ſexus zelatoribus præpollens, in regenda Reipubl. politia ſingularis prudentiæ Viris ornata*: quin & propriis verbis loquens, Noribergam haud aliter quam Civitatem ſalutat.

CAPUT II.

Variæ, de vocis Noriberga etymo, Autorum ſententiæ, & in his etiam Cl. Conringii conjectura, adducuntur. Miſſis opinionibus cæteris, ea probatur, quæ Noricos Norbergæ facit conditores.

NOmen *Noribergæ*, quidam a *Norico*, Herculis filio primogenito, tanquam conditore, alii a *Druſo Nerone*, Tiberii Cæſaris fratre, Claudii parente, aut ipſomet Tiberio Nerone Cæſare, quorum, ſive hunc ſive illum, Caſtrum hic loci, (quanquam nimis inſubide, cum neutrum illorum huc veniſſe certum ſit,) ſtatuiſſe volunt; alii ab *ubertate*, & rerum omnium affluentia, ut Nurnberg dicatur, quaſi Nahrungsberg/arceſſunt. Nonnulli Nürenberg/idem quod Nur ein Berg valere contendunt, quoniam unum, haud modicum, montem, pomœriis complectitur. Hermannus Conringius, Germaniæ literatæ decus, in epiſtolis ad Clariſſimum Caſparem Sagittarium, cenſuit, montem, a quo Vrbi Noribergæ nomen, *a Noriscorum* antiqua Germaniæ gente, quam has terras tenuiſſe e Tacito in libello de Moribus Germanorum perſpectum nobis ſit, ſic dictam eſſe. Cum autem *Nariſci* apud Tacitum legatur, pro eo *Noriſci* reſcribit, aut, ſi retinenda Taciti vox ſit, pronunciat, temporis ſucceſſu, *a*, in *o* degneraſſe. Venit idem hoc aliis pridem in mentem. Nam in Triplica Sereniſſimorum Marchionum Brandenburgenſium, quam adverſus Inclutum Senatum Noribergenſem Anno 1572. in Spirenſi Camera produxere, legas: Das Burggrafthumb Meiſſen iſt / *quando a Sorabis iſtæ terræ fuerunt receptæ*; das Burggrafthum Magdeburg, *quando iſtæ terræ fuerunt receptæ a Vandalis*, und das Burggrafthumb Nürnberg / *quando iſtæ terræ fuerunt receptæ a veteribus Nariſcis*, im Reich anfänglich aufgerichtet worden. Et mox iterum: Die Burggrafen ſind *in quaſi poſſeſſione jurisdictionis illarum civitatum* geweſen / *quæ totius provinciæ obtinebant principatum, prout antiquiſsima memoria Norimberga fuit caput Nariſcorum, quorum fuiſſe olim majorem præfecturam, quam totius Auſtriæ, totiusque Tirolii, hiſtoriæ teſtantur. In Magdeburgo autem caput fuit Vandalorum, atque inde ſumſerunt denominationem*, Burggraf zu Magdeburg / Burggraf zu Nürnberg / *tanquam a loco, ubi exercent jurisdictionem in cives & incolas.*

Receptior ſententia eſt, *Norici populi*, qui ad dextram, labentis deinde in Pannoniam Danubii ripam habitabat, & Lyco amne a Vindelicis ſejungebatur, aliquammultos, cum ab Hunis ſedibus ſuis pellerentur, in Hercyniam ſylvam ſe abdidiſſe, & ibi, ubi Pegneſus Regneſusq; amnes confluunt,

unt, opportunum nactos locum,molliendi,elaborandi , cudendiq; ferri officinas exſtruxiſſe, rotasque poſuiſſe,impetu & rapiditate fluminum, ad varios artium ſuarum uſus , circumagendas ; idque tanto magis, quia non aberant longe etiam loca, in quibus ferrum e terra eruere licebat: ea nimirum, ubi nunc Solisbacum & Amberga Vrbes ſitæ ſunt.Et vero, fuiſſe omnino Noricos ferri tractandi peritiſſimos, monere Interpretes ad illud Horatii :

——— Quos neque Noricus
Deterret enſis.

Ovidium quoque lib. 14. Metam. dixiſſe;

Sævior & ferro, quod Noricus excoquit ignis.

Hos ergo novos incolas,ut ab incurſionibus vicinorum tutos ſe præſtarent,arbitrantur in colle propinquo, natura loci firmo,turrim poſuiſſe opere tralatitio : ad quam, cum multi undecunque confluxiſſent, locum in magnitudinem oppidi excreviſſe.Pro hac opinione confirmanda,juvat allegare,quod a Conrado Celte,qui Friderici III. Cæſaris indulgentia ſic fruitus eſt,ut ejus manibus primus in Germania Poëta coronatus fuerit, in libello,de origine,ſitu, moribus,& inſtitutis Norimbergæ, (is ſemper deinceps nobis erit in animo, quoties ad Celten fiet provocatio, & quod ſemel monuiſſe ſufficiat,)quoniam graviſſimorum Autorum teſtimoniis niti ſe teſtatur,proditum eſt memoriæ. Sic vero ille capite 2. *Norici quondam, a quibus nomen colli (qui Principis venationi cubiculum erat) & urbi eſt, dum ab Hunnis premerentur, ut graviſſimi autores produnt, ea natura loci perſpecta, & quod eſſet ab incurſionibus tutiſſimus, & ob amnis vicinitatem ad inhabitandum accommodus, in eo Caſtellum rudi opere communiere, ad amnisque ripas, liquatorias & ferrarias elaborandi molliendique ferri officinas (qua arte gens illa ab antiquo claruiſſe memoratur) extruxerunt, rotasq; impetu & rapiditate amnis circumactas, machinasque, ad varios uſus & artes inventas fabricavere.* Fuit quoque de opinionis, quod Noriberga Noricis primordia ſua debeat, veritate,perſuaſiſſimus, Illuſtris Vir, & Noribergæ ſuæ quondam Senator ac columen, Bilibaldus Pirkheimerus, in Collectaneis Hiſtoricis,niſi quod in eo ab ὁμοψήφοις, quantum mihi conſtat, cæteris omnibus diſcedit, dum ille Noricos a Romanis pulſos fuiſſe putavit, quod tamen Hunnis communiter tribuitur; ut ſic urbs Noriberga cum Veneta Republica, quemadmodum, (magnis mediocria componendo,) alia multa, ſic temporis quoque initium commune habeat. Pirkheimeri verba ſunt : *Hoc pro comperto habeo, Noricos, quum a Romanis expellerentur, ultra Danubium, & in hanc Regionem conceſſiſſe, quæ & hodie ab iis nomen retinet, & Norica vocatur, qua retinetur quidquid ab exitu fluvii Almonis in Danubium, Nurembergam usque protenditur, ita ut Albus Bur-*

gus,nunc Weiſſenburg, *in Noricis eſſe dicatur. Sed & proculdubio Norimberg quaſi mons Noricus,a Norica regione nomen accepit,Trajectusq; amnis Regnici milliare unum a Norimberga diſtans,Germanice* Fürt/*in Norico agro reputatur a quo deinde Occaſum verſus ac Septentriones,Francia Orientalis,ſeu Franconia ortum auſpicatur.* Et vero,in Epitaphio quoque *Ruperti Bavari Imperatoris* quod Heidelbergæ in S. Spiritus primario templo eſt, (certe olim erat nam poſt hanc poſtremam vaſtitatem, quam Galli nuper Vrbi induxerunt, num amplius ſuperſit, juxta cum ignariſſimis ſcimus,) Noribergam *Noricum montem* appellari, multi monuerunt, cujus talis verborum conceptio:

ROBERTVS. BAVARIÆ. DVX. COMES. RHENI. PALATINVS. ROMANORVM. REX. IVSTVS. PACIS. ET. RELIGIONIS. AMATOR. DIGNVS. DEO. VISVS QVI. PRO. IVSTITIA. PATERETVR. HVIVS. SACRÆ. ÆDIS. ET. COLLEGII. INSTITVTOR. HIC. CVM. CASTISSIMA. CONIVGE. ELISABETHA. NORICI. MONTIS. BVRGGRAVIA. QVIESCIT. VITA. FVNCTVS. ANNO. CHRISTI. MCCCCX. CAL. IVNII. XV.

Non urgebimus, Celebri Knichenio Operis Polit. lib. 2. part. ſect.4.c. 1. poſt alios, viſum eſſe, ipſum Fridericum Barbaroſſam Imperatorem, Noribergam, in Conſtitutione de incendiariis & Pacis violatoribus, quæ A. 1187. in ea urbe, *in præſentia Principum, conſilio & conſenſu eorum*, facta eſt, *Caſtrum Noricum* appellaſſe, cum pleræque Corporis Juſtinianei juris editiones, in quo libris Feudalibus Conſtituti ſubjicitur, *in Caſtro noſtro Nürimberg* referant. Iſtud potius inculcandum, apud Ottonem Friſingenſem, pro Noriberga, *Caſtri Nori* nominationem ſæpe reperiri. Exempli gratia lib. 1. de reb. geſt. Fri Imper. cap. 16. *Lotharius Princeps, conſilio Alberti Moguntini Epiſcop juxta quod dicitur, Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo, nondum od in heredes Imperatoris Henrici ſatiati, Fridericum Ducem, Fratremque ſuu Conradum perſequitur, cujus rei gratia, Caſtrum Noricum, ubi ipſi præſidia p ſuerunt, & tanquam jure hereditario poſſidebant, obſidione clauſit.* Ru ſus, apud Æneam Sylvium Cardinalem,qui poſtea Romanus Pontife electus, Pium II. ſe dixit, in Commentario de ſtatu Europæ ſub Frid rico III. Imperatore, appellatio *Norici montis* occurrit. *De Norimberga* inquit, *dubium non eſt,Franconiæ, an Bajoariæ cedat. Ipſum nomen indica ad Bajoarios urbem pertinere. Noriberga enim Noricum montem ſignificat: c quam rem patet Noricorum civitatem fuiſſe. Noricis autem Bajoarii ſucceſſer*

& nu

& nunc ea portio terræ Bajoariæ, quæ inter Danubium & Noribergam jacet, Noricum appellatur. Diſcrimen appellationum *Norici Montis, &, Caſtri Norici,* hinc utique prognatum, quia nonnullis, Noribergæ genuinum in Germanica lingua nomen, Nürenberg / vel potius Norenberg / aliis contra Nürenburg / aut Norenburg enunciandum eſſe, viſum fuit. Ergo hoc ratum eſto, Noribergam Noricis debere originem, prorſus uti Saxenburgum, & Saxenhuſam, Saxones extra Saxoniam, Franci, Frankenbergam, Frankenmarkiam, Frankenhuſam, ne quid de aliis Germaniæ populis dicam, expeditione peregre ſuſcepta, extra natale ſolum condiderunt.

CAPVT III.

Noribergæ Poli elevatio. Num ſit Ptolemæi Segodunum, non liquet. Situs Vrbis commodus, ſed in ſolo arenoſo. Non tamen Prata deſunt. Hallerii Prati deſcriptio. Id excipit aliud ingens. Nicotiana herba in Noribergenſi agro largiter provenit. Oldenburgerus notatur. Cuniculorum Gallia, maxime vero Hiſpania fœta eſt. Aëris Noribergenſis bonitas, proficit ad civium ſanitatem & ſenectam. Locus 2. Reg. II. 19. exponitur.

P*Oli altitudinem* graduum XLIX. Noribergæ omnes tribuunt, ſed de minutis, judicia opinionesque non concordant. Pirckheimerus tantum dimidium (niſi pro ½. quo magis inclino .21. apud illum reſcribendum,) alii XXIX. Ricciolius in Geographia & Hydrographia Reformata XXVI. vulgo XXX. ſuperaddunt. Diei longiſſimi ſpatium horas XVI. adimplet. Multi, quibus Pirckheimerus accedere videtur, eſſe eam Ptolemæi *Segodunum* cenſuerunt. Hinc Ricardus Bartolinus in Carmine, quo bellum Noricum ſub *Auſtriados* titulo decantavit, lib. IX. juventutem Norimbergenſem vocat *Segduneïam pubem*, & urbis incolas, *Segduneïum hoſtem.* Sed Cluverus, non ſine veriſimilitudine, Segodunum, oppidum *Sigen*, Weſtrowaldiæ tractus, ad Sigam fluvium 12. milliaribus a Moguntia in Septentrionem, & 11. a Colonia Agrippina in Ortum diſtans, interpretatur.

Occupat vero Noriberga non Germaniæ tantum, ſed & Europæ totius meditullium ac centrum. Tantum enim diſſidet ab Oceano Germanico, quantum a mari Tyrrheno; & tantum a Gadibus, quantum a Tanai flumine; ac proinde merito Carolo IV. Imperatori, apud Goldaſtum Tomo 2. Conſtit. Imp. p. 74. die fürnehmſte und baas gelegneſte Stadt des Reiches / ſive, præcipua & commodiſſime ſita Imperii civitas dicitur.

De Solo circa Vrbem, res utique ſic ſe habet, prout Fridericus II. C
ſar, in diplomate apud Limnæum lib. 7. Jur. Publ. c. 35. expreſſit, nem
pe, ut *nec habeat vineta, neq; navigia, ſitque fundus duriſſimus.* Vbi *duriſ
mum*, de *arenoſo* accipere oportet; nec enim tam duritie laborat No
bergenſis ager, quam arenæ, ſabuli, ac glareæ copia. Vltra modum
men, & vehementiſſime Conradus Celtes rem adauxit, circa libelli
Noriberga finem ſcribens, Vrbem hanc *in tam ſterili ſolo ſitam eſſe, ut vix
cuſtis, & formicis, cicadisque (quod omnium inſectorum maxime jejunum ge
ſit) alimentum cibumque procreet.* Atqui idem ſub initium dixerat, jej
nam & infœcundam glaream, reluctante natura, incolas (ut ingeniu
& hominum induſtria eſt) ad partum fœcunditatemque ſuſcepti ſemi
cogere, ut fimo, mergoque, & ſarmentis arborum interſtratis, arena i
pinguata ſuccum alimentumque vegetalis animæ attrahat, & frug
edat, quanquam parce, & admodum tenui fœnore. Porro & illud addid
rat, ſylvas ad primum ab Vrbe lapidem, & quaſi portis ejus undique i
minere, & inſtar coronæ circumduci. Atque ſic ſane ſe res habet. Qu
nec Prata deſunt. Vt enim parva & ignobiliora, quæ paſſim Noribe
gæ vicina ſeſe offerunt, taceam, ſunt Vrbis parti occiduæ contig
Tempe Noribergenſia, ſive Pratum, de quo ipſe rurſus Celtes ore facu
do: *Pegneſus amnis, extra Vrbis muros, ad ripam ſuam, locum publicum & p
amœnum habet, quem* Pratum Allerium *ipſi dicunt. In hoc, die feſto, juve
tus, & omnis ætas effuſa, verno & æſtivo tempore, velut in commune theatr
confluit. Juvenes in palæſtra, lucta, ſaltu, ſaxorum, ſtipitum, phalangæ & h
ſtarum jaculatione, aliisq; exercitiis & ludis contendunt, viresque & membr
rum robur experiuntur, varioque applauſu & cachinno, vocanti populo præb
ſpectaculum. Locus is quingentis paſſibus longitudine patet, latitudine ang
ſtior, intus quaterna ſerie arborum, juſto intervallo diſtantium, conſitus, ſub q
bus quatuor fontes irrigui continentur. Tres in altum, ſinguli quatuor fiſtulis,
cannis æneis, garrulum liquorem effundunt, in moremque imbrium ſpargunt, a
plis lavacris, colymbis, & natatoriis, teretis & cavati lapidis ſuppoſitis. Qua
tus, peripheria ſecti lapidis ad imum perſpicuus, in ipſo prato erumpit vena uber
ma, largiſſima, & ſaluberrima hauſtu; Pegaſum & Libethriden putares, ſi M
ſarum imagines, aut Phœbi ſimulacrum expreſſum haberet, tam læta facie, vi
di, & prodigo herbarum ceſpite, & odoratarum floret arborum opacitate.* N
mihi tempero, quin etiam de hoc Prato recitem Franciſci Irenici ex lib.
cap. 105. Germaniæ exegeſeos verba; *Tantas delitias pratum Hallerenſe
ctum præ ſe fert, tot conſitum tiliis, tot coruſcans fontibus, cœleſtis loci ſpeci
de ſe præbet. Illic latam ac diffuſam planitiem natura effinxit, graminibus
fluminibus ſpecioſiſſimis irriguam. Rivunculi horrent plures, a quibus clara aqu
rum multitudo ſcatet, quæ a cavato lapide rurſus, grato murmure reſonante ſu
piti*

pitur. Jam, ab hoc prato, porro ſimiliter ad Pegneſi ripam, aliud ingens, per integrum milliare Germanicum longitudine ſua, latitudine tamen modica, continue, ad Furtenſem usq; Vicum producitur, tam floridum, herbidumq;, ut nihil ſupra. Quippe, per intervalla diſpoſitæ, rotæ machinales, quibus circumcirca ſitulæ affixæ ſunt, aquam e flumine hauſtam, ſemper interdiu noctuq; (niſi cum remoram rotis facere imbrium ſuadet crebritas) in illud effundunt, perq; canales diductam rigationem indeſinenter miniſtrant. Nempe, ſic induſtria compenſat, quod arvorum bonitati decedit, efficitque, ut fruges, olera, flores item ac omnis generis fructus, non infeliciter, & ſine dubio longe nunc uberius, quam Conradi Celtis ævo, in agro Noribergenſi creſcant.

Obſervatum inſuper ab annis haud adeo multis, *Herbæ Nicotianæ*, des Tabacks/ gignendæ, valde commodos eſſe etiam arenoſos Noribergæ campos. Huic igitur nutriendæ, miſſa frumenti cultura, multi operam dant, majoremque longe quæſtum exinde capiunt, quam quem alia e terra naſcentia præbent. Jamque Nicotiana, rite, & Americanæ in modum, contorta, in commerciis Noribergenſium locum invenit, ita, ut innumera plauſtra, eadem onerata, in procul diſſitas regiones mittantur, ad eos, quibus hæc res voluptati eſt, fumo paſcendos.

De reliquo, fatendum mihi, penitus neſcire me, quid ſibi V. C. Philippus Andreas Oldenburgerus voluerit, cum in Theſauri Rerumpublicarum parte IV. p. 1328. ſcriberet, Noribergæ *ſolum arenoſum in cauſa eſſe, quod cuniculi hic nullo effectu gaudeant.* Nam, ſi id ſignificat, Cuniculos haud ita frequentes alere Noribergenſem agrum, habet utique hoc is commune, cum reliqua Germania fere univerſa, in qua Cuniculi neutiquam ubertim proveniunt. Certe, non majorem Cuniculorum copiam reperias in iis provinciis, quibus pingue ſolum & mollis gleba, vel etiam, ubi duræ ſilices, ſaxa & cautes dominantur, quam in Noribergæ ſabuleto. Rei cauſa ſine dubio frigoris in Germania diuturnitas, cujus illud animal impatiens eſt, itaque, quod equidem ſciam, ad gelidam arcton habitantes populi, id prorſus ignorant. In calidiore magis Gallia, Cuniculorum crebra vivaria offendas, quæ incolæ *Garennes* vocant, a Germanico waren/ vel bewaren/ deducta appellatione, ceu Eximium Literatorem Voſſium ſequutus, in Gallicæ linguæ Originibus Eruditiſſimus Menagius aſſeruit. Nempe, cum & *Garenna*, & *Warenna*, quoque dicant prolapſæ Latinitatis Scriptores. Præcipue vero Hiſpania Cuniculis referta deprehenditur, ſuntque, ut Viri, ſummis ornamentis honoris, virtutis, fortunæ, & ingenii præditi, bonisque omnibus diſciplinis cultiſſimi, & quo idcirco Civilis æque ac Literaria Reſpublica magnifice ſeſe efferunt, *Ezechielis Spanhemii* verba, ex incomparabilis & ſuſpiciendi de præ-

ſtantia & uſu Numiſmatum antiquorum libri, ejusq; Diſſert. 3. mea mih facere fas ſit, *Hiſpaniæ index veluti ac teſſera Cuniculi; ſicut liquet ex obvi Nummo, ſedentis cum oleæ ramo mulieris, & adſtante Cuniculo, peculiari Hiſpa niæ Symbolo. Qui Nummus, optimus interpres* Cuniculoſæ *Catulli* Celtiberiæ *& mire inſuper illuſtrat, quæ de nomine ipſius Hiſpaniæ, quaſi a copia Cuniculo rum deducto, ex lingua Phœnicum erudite obſervat doctiſſimus Bochartus, i præclaro opere Geographiæ ſacræ.* Lætor, eſſe in noſtris loculis Num mum laudatum, & iconem ſpectare volentibus, in tertio de Numis matibus Dialogo, Tarraconenſis Archiepiſcopus, Antonius Auguſtin eam exhibet. Nec minus oſtendit ille tum ibi, tum & in fronte li bri, effigiem alterius Numi, in quo congenulata mulier, ſiniſtra ra mum felicis olivæ tenens, dextram Hadriano Cæſari, (ad quem eun dem alter quoq; Numus pertinet) porrigit, aſſidentemq; habet Cunicu lum, circumſcriptum vero, RESTITVTORI HISPANIÆ. Adol phus Occo in libro Numiſmatum p. 234. cum Alb. Princ. *Cuniculum fertilitatem Hiſpaniæ denotare*, exiſtimavit inconſultius.

Cæterum, cum eo quo diximus, modo, in arena ſita ſit Noriberga, ſi hinc, Conrado Celte judicium ferente, ut neq; caloribus, neque frigori bus nimis infeſtetur, eaque aëris, & cœli illius ſit clementia & tem peries, qua nulla benignior in Germania. Cumque amnis ejus ne que paluſtria, neq; ſtagnantia loca perfluat, illud maxime effici ait, u terra ipſa halitum puriorem ſpiret, & vaporem ſicciorem exhalet aëremque purgatiorem, & a vento tranquilliorem; ipſa vero corpora validiora, animique vigore cæleſtiora, ingeniisque eleva tiora, & perſpicaciora reddat. Venit, iſtas ob cauſas, ei in men tem, Mercurium in hoc tractu primum e terra progreſſum, ſi, ut He ſiodo, & doctiſſimis placet, terra Deorum parens extiterit: nec ſi dem quem detrectaturum, cum (ut apud Cornelium eſt) Germani antiquitus Mercurio & Iſidi ſacrificarit. Equidem demiror, ipſum tan tum ſibi indulſiſſe, ut ex Noribergæ cœli aërisque bonitate iſta po tius eliceret, quam ut indicaret, quod vere ita ſe habet, prohi bere nempe illam, ne pallentes triſteſque morbi in Vrbe ſtabulen tur, & arcere peſtiferam luem, ut, niſi aliunde illatâ, haudqua quam incolas infeſtet. Etiam Podagra, epidemicum malum, pauco affligit, ac perraro matres præmaturum liberorum obitum deflent. Vi deas Noribergæ, multos avos proavosque adultorum nepotum a pronepotum, & tarda mors pleroſque incolas occupat. Adducimu exempla ſingularia, unum de ipſa Noriberga Vrbe, & alterum de Herſ brucco territorii ejus oppido, quæ Beſoldus in Theſauro Practico, vo ce Nachkommen/ memoriæ conſignavit: Frau *Bartholomæi Viatis* Wit tib / geborne Schlüſſelfelderin/ hat überlebt 117. Ahn und Uhranencke

lei

lein / davon bey der Leichbegängnus noch 70. im Leben waren. Magdalena Forſterin / welche 1644. im 90. Jahr ihres Alters / als ein Exulantin geſtorben / hat erlebt 56. Enicklein / 64. Uhrenicklein / und 2. Uhruhrenicklein. Seynd alſo von ihr herkommen 134 Perſonen. Honoratiorum ſympoſiis dicatum Cœnaculum ingens, der Herren Trinck-Stuben / habebat non ita pridem ibi ſuſpenſam, nunc neſcio, cur aut quomodo inde ablatam, tabellam memorabilem. In ea, Cives XLI teſtabantur, conveniſſe ſe hic loci forte fortuna, atque dum vario ſermone de ætate etiam ſua quam quisque ſuperſtes egerat, colloquuntur, conſtitiſſe, ipſos junctim, mille & aliquot ſupra ſemiſeculum annos exegiſſe, fuiſſeque omnes valentes adhuc, & vetus falernum bibiſſe hilariter. Proinde æquum ſe duxiſſe, ut in tabella nomina profiterentur, quodque nullius inter ipſos

—— gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet, frigentque effœtæ in corpore vires;

Facit ad conſervandam aëris inſitam bonitatem, tum mundities (de qua mox uberius dicendum nobis erit) Urbis, tum quod cadavera humana univerſa, foris extra eam terræ mandantur, nec cuiquam Civium, cujuscunque ille ſit dignitatis aut opulentiæ, intra eam ſepulturæ locus (olim ſecus erat, & in cœmeteriis templis junctis fiebat humatio) amplius conceditur, ut omnino omnis graveolentiæ, & noxarum exhalationum tollatur occaſio.

Fallor, aut ad aëris potiſſimum ſalubritatem, cœlique clementiam reſpiciebant Hierichuntini cives, cum, quod eſt 2. Regum II. 19. Eliſæo Prophetæ miro ſermone dicerent: הנה נא מושב העיר טוב כאשר ארני ראה והמים רעים והארץ משכלת: Id vetus Interpres Latine expreſſit: *Ecce habitatio hujus Civitatis optima eſt, ſicut tu ipſe Domine perſpicis: ſed aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis.* Preſſit Talmudiſtas difficultas, quomodo Civitas optima ea dici poſſit, quæ aquis peſſimis, & terræ ſterilitate laborat. Hi ergo ut ſeſe expedirent, reſpondet communi nomine R. Chanin in Sota fol. 47. a. חן מקום על יושבי: *Suam cuique, quam incolit, civitatem, eſſe cariſſimam.* Cui ſubſcribens R. Chanina, ait: ג׳ חינות הן חן מקום על יושביו חן אשת על בעלה חן מקח על מקחו: *Tria eſſe cariſſima. Nimirum, civitatem ab incolis, uxorem a marito, & rem emtam ab emtore diligi, ac in pretio haberi.* Scimus hoc, natale ſolum, cunctos dulcedine quadam ducit, & ad ſeſe amandum inflammat, ejusq; rei, tanta vis eſt

ac tanta natura, ut Vlyſſes ſapiens, Ithacam ſuam, aſperrimis ſaxul tanquam nidulum affixam immortalitati antepoſuerit. Sed tamen no ſit veriſimile, illum qui agnoſcit patriæ urbis aquas eſſe peſſimas, & ſolu ſterile, dicturum, habitationem ejus eſſe optimam, niſi ſaltem aër ſalubri & minime noxio illa gaudeat.

CAPVT IV.

Vt ſuccreverit in Vrbem a Noricis cœptus Vicus. Carolus M. prope Noribergam quod condidit Sacellum, etiamnum ſupera. Noribergæ veteris circumferentia. Ab Henrico V. ad vaſti tatem redactam, Lotharius II. & Conradus III. reſtituerun ampliorem, cui ſub Carolo IV. extremum complementum acceſſi De antiquis Noribergæ Dominis. Baudrandi errores notantu Franciſci Irenici lapſus. De Inſignibus Noribergenſis Vrbis Con radi Celtis inconſiderantia. Inſignia Burggrafiatus Noribergen ſis. Sibmacheri liber Inſignium taxatur ob præpoſteritatem.

DE Noribergæ, quæ Norici jecerunt, fundaminum incrementis, t lla Celtes diſſertat: *Aucta dehinc* (Norici) *ſobole, (ut hominum S cietate fit) influentibusque aſſidue Hercinia paſtoribus, ejusque loci Aborigin bus, hi congeſtis temere ſaxis & roboribus, foſſaque oppidum cinxere. quod diverſarum artium homines, colluvie quadam, ſine duce & legibus co lecti, coivere, latrociniis & rapinis ferarum more dediti, infeſtam aliqua diu reddebant Germaniam. Quamobrem per Imperatores Conrados & Hein ricos, Caſtellum cum Arce ſua direptum & expugnatum legimus. Neque latrociniis, ab indomitis & ſylveſtribus hominibus temperatum eſt, don Imperator exercitum colli admoverit, muros erexerit, & coloniam deduxeri domicilium ſibi in arce firmiſſima conſtruens, veteranisque & emeritis ibi r lictis, quibus regendæ urbis gubernacula commiſſerat, præcipiens, ut vaſtit tem nemoris, ob rerum commercia, a latronibus purgarent, tutamque re derent. Cujus rei in hodiernum usque diem Vrbs ſtudioſiſſima eſt, & ad ha rem emiſſarios ſemper equites, & pedites plures habet, qui omnia nemor latibula & luſtra, a latronibus inſeſſa, diligenti indagine perquirunt, tutam & ſecuram negotiatoribus viam faciunt: hi publicis ſumptibus & ſt pendiis aluntur. In eum igitur modum urbs cœpta eſt.* Iſta, Jureconſu tus Inſignis, & Noribergenſis Reip. Conſiliarius primarius, G. R. i Deſcripione Noribergæ, quæ, Superiorum autoritate Topographi Franconiæ Meriani fuit inſerta, ſic breviter idiomate Germanico no tam expreſſit, quam explicuit: Dieweilen es um ſelbige Gegend ſehr u

ſich

ſicher worden / haben die Teutſche Kayſer eine Beſatzung ins Schloß gelegt/ und den Inwohnern gewiſſe Geſetz fürgeſchrieben. Inſonderheit Käyſer Conrad der Erſte / um das Jahr Chriſti 912. welcher die Stadt alten verſtändigen Männern / ehrliches Herkommens / zu regieren/ und die Wäld von der Rauberey ſauber zu halten befohlen: welche zu ſolchen Ende etliche Söldner angenommen und unterhalten/ ſo täglichen die Wäld und Straſſen durchſtreiften / und wann ſie ſchädliche Leute antreffen/ dieſelbe in die Stadt führen ſolten. Inmaſſen bey der Stadt Nürnberg noch heutiges Tages gebräuchlich/ deren auch ſolch alt herbringen / mitler Zeit/ von denen Röm. Kayſern confirmirt / und / in vim Commiſſionis perpetuæ, Lebensweis aufgetragen worden.

Enimvero, ab Hermanno Schedelio, in Chronicis, Noribergæ Anno 1493. impreſſis, ac eapropter vulgo *Chronicon Noribergenſe* dictis, proditum eſt, Noribergam inter Civitates *jam tempore Caroli M. in flore fuiſſe, & hunc, cum adverſus Taſſilonem Bavariæ Ducem arma ſuſciperet, cum tertia copiarum parte, prope illam, & in finitimis locis caſtra ſua firmaſſe, & ibi in formam ſui Tentorii Sacellum conſtruxiſſe, & illud a Leone III. poſtea in honorem* D. *Catharinæ Martyris dicatum fuiſſe.* Conſtat, non defuiſſe, qui iſta in dubium vocarent, imo præfracte inficiarentur: ſed quos facile erroris ac inſcitiæ coarguat, ſupremum fidei argumentum, ipſum illud Caroli M. Sacellum, quod in hanc uſq; diem ſupereſt. Extat illud altero abhinc lapide, rotunda, &, prorſus, ceu apud Schedelium legitur, tentorii alicujus imaginem referente forma, unde & feneſtris deſtituitur, nec aliunde lucem quam per oſtium admittit. Structura tanti roboris eſt & ſoliditatis, ut nihil uſpiam hiet, lapis nullus deficiat, &, niſi, vis ingens de induſtria ad illud evertendum adhibeatur, duraturum ſit cum rerum æternitate. Imprimis laquearis, ex congeſtis ingentibus lapidibus non diſſolubilis coagmentatio, eſt prorſus mirifica, & qualem alibi videre neutiquam mihi contigit. Adjunctam habet habitationem unicam, & locus, cætera ſylvoſus ſaltus, Altfurth vocatur, qui vulgo negligitur, & non oculis modo, ſed ne auribus quidem uſurpatur. Scilicet, vere ſic dicente Plinio Secundo libri 8. epiſt. 20. *Ad quæ cognoſcenda iter ingredi, transmittere mare ſolemus, ea ſub oculis poſita negligimus.*

Quin & ſuperſunt primæ ac *Vetuſtæ Vrbis limitum* etiamnum clara indicia. Quadrata erat, & initium ejus ſumendo a porta, quæ ob vivarium, illi quondam vicinum, jam Vivarii Porta, das Thiergärtner-Thor appellatur, juxta Arcem, ad turrim a ranis cognominatam den Frösch-Thurn extenſam fuiſſe deprehenditur. Hinc deorſum per Portam Lauffenſem interiorem, das innere Lauffer-Thor/ & locum, qui

 jacu-

jaculationibus catapultarum in præſentia dicatus, der Herren Schieß-Graben vocatur, ad Pegneſum amnem facta productio. In hujus ripa, turrim Holtzſchueranis ædibus contiguam includendo, in tantum ſeſe exporrigebat, ut flexus ad plateam quam die Ziſſel-Gaſſen appellamus, cum hac ipſa vivarii portam attingente, extremum latus clauderet.

In iſta priſca Noribergenſi Vrbe, quod Chronicis MSS credimus, prima ſua Comitia Anno 938. celebravit *Otto M.* Imperator, eamque imprimis caram habuere, Filius & Nepos cognomines qui poſt eum imperarunt. Henrici etiam II. & III. crebro in ea agebant, unde factum, ut multi familiis nobiliſſimis orti, habitatum huc concederent, &, præ cæteris, *Naſſovii* aliqui, *Brauneckii*, & *Schweppermanni*. At, *Henricus V.* vaſtitatem Noribergæ intulit, a Paſchale II Pontifice, adverſus Henricum IV. patrem concitatus. Hunc enim fidem ſuam implorantem Civitas defendendum ſuſcepit, pertulitque gravem duorum menſium obſidionem, donec ad poſtremum, eo in loco, qui ob acerrimam defenſionem, nunc quoque das Ober- und Unter-Wehr dicitur, hoſtes, cæſis obſtantibus, in urbem irrupere; Arcem tamen nequicquam in poteſtatem redigere allaborarunt. Sigismundus Meiſterlein, Grundlacenſis Paſtor, in Exaratione, quam vocavit, rerum Civitatis Noribergenſis, conſcripſitque A. 1480. ſed quæ nondum publici juris facta eſt, teſtatur, ſe in plurimis variorum Cœnobiorum Chronicis MSS. annotatum reperiſſe, Henricum V. oppidum Noribergenſe captum, militibus dediſſe in prædam. Sævitum quoque eſſe in incolas promiſcue, ipſamque urbem ſolo æquatam ut gravi hoc exemplo edito cæteri terrerentur, & Patris partes tueri deſinerent. Expugnationem Vrbis narrat etiam Otto Epiſcopus Friſingenſis lib. 7. Chron. c. 8. etſi de deſolatione ſilet, narraſſe contentus quod Henricus Junior, *remiſſis Saxonibus, cum Bajoariis caſtrum Noricum obſidione cinxit, ipſoque per duos vel amplius menſes expugnato Ratiſponam Norici Ducatus metropolim adiit.*

Manſit Noriberga in ruderibus ſuis ſepulta annos XL. circiter quam tamen, qui Henricum V. exceperunt, *Lotharius II.* & maxime *Conradus III.* Cæſares, felicibus auſpiciis, ex interitu revocarunt ad vitam. Simul tum aucta fuit, & ultra Pegneſum, a turri cui Holtzſchuerana Domus adjacet, limites prorogati ad eum locum, ubi nunc Horreum publicum, cui ϛαθμυχῶν, die obere Waag ſubeſt, cernitur. Hinc ducta linea, in turri candida, den weiſſen Thurn, finebatur in longum atque alia inde ad inferiora protenſa, ea, ubi quondam der Hern-ſtadel nunc, das neue Brau-Haus / & porro Carnificis Domus, permean loca, ultra Pegneſum antiquo termino conjungebatur. Probe igitur

ſcripſi

ſcripſit Johannes Nauclerus in Chronogr. Generat. 39. *Conradus Rex Noribergam Vrbem inſtauraſſe invenitur, in qua & inſigne Monaſterium Ordinis Divi Benedicti ad S. Ægidium nuncupatum, in celebriori Vrbis loco fundavit. Ab hoc Conrado Norimberga incrementum plurimum ſuſcepiſſe legitur.* Conſtat tamen ex Annalibus noſtris, defuiſſe tum Noribergæ adhuc mœnia, quibus eam poſtea *Henricus VI.* Imperator clauſit, idemq; ſimul Burggrafiatus autor extitit.

In reſtituta ſic Noriberga, ob ſitus ejus commoditatem, qui Henricum ſequuti ſunt Imperatores, crebro Comitia, Curias, Conventusq; ſuos agitarunt, quos omnes enarrare longum foret. Juvat tamen unius & alterius, eo quod inter cæteros eminent, & ſingulariter notabiles ſunt, meminiſſe. *Rudolphus. I.* Habsburgicus Imperator poſtquam A. 1273. Imperium adiit, prima Comitia Noribergæ indixit, atque, quod in parte altera Commentationis hujus, ex ipſomet Inveſtituræ inſtrumento probatur, in iis Bruggrafii Noribergenſis honorem, qui ambulatorius ante erat, & ab arbitrio Imperatorum pendebat, hereditarium fecit, conferendo illum in Fridericum Comitem Zolleranum, ſororis ſuæ filium, cui prærogativæ, Marchionatus deinde Brandeburgici dignitas in illa familia acceſſit. De Rudolphi filio *Alberto I.* Imperatore, adducimus Meiſterlini e Chronici MS. parte 2. c. 6. verba: *Anno 1300. Albertus Rex Curiam Neroberga habuit, in qua Rex Daciæ, Rex Bohemiæ, & omnes Electores, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Nobiles quinquaginta, liberæ conditionis trecenti, Militum quinque millia, exceptis Epiſcopis & Prælatis interfuerunt.* Sequitur deinde, poſt interjecta alia: *Rex Albertus circa feſtum Martini habuit ingentem Curiam Neroberga, in qua Rex voluit oſtendere magnificentiam ſuam, qualiter in Germania nunquam fuit auditum. Nam, inter alia, Rex Bohemiæ Wenceslaus ſororius Regis, ex ſuperabundanti, ut Pincerna, Coronam Cæſari præferebat: ſuper quo facto mox privilegium accepit ac teſtimoniales apices, quod ad hoc Rex Bohemiæ non eſſet Regi Romanorum obligatus.* Obſervationem meretur, quod poſtremum eſt in hac narratione, quoniam inde lucem accipit, Caroli IV. in Aureæ Bullæ tit. 26. diſpoſitio, qua ordinavit, Coronarum in Curiis geſtationes, inferioribus Principibus eſſe committendas. Nimirum hoc ipſo, Bohemiæ Regem, ab iſto officio præſtando exceptum voluit, & Noribergæ ei conceſſum privilegium tacite confirmavit, quod nulli Commentatorum fuit perſpectum. Ipſum Aureæ Bullæ decretum nunc cognoſcendum eſt: *Portabuntur quoq; immediate ante Archiepiſcopum Trevirenſem ſuo loco tranſeuntem, primo Aquisgranenſis, ſecundo Mediolanenſis Corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, quia jam Imperialibus Infulis eſt decoratus, quas geſtabunt*

bunt aliqui Principes inferiores, ad hoc Imperatorem, juxta placitum dep
tandi. Sic legimus in Exemplaribus excuſis, ſed optimus M.S. Code
Imperatorius, qui paulo ante nobis profuit, iterum jubet, ut pr
quia jam Imperialibus, reſcribamus, *qui Imperialibus*, & ut pro *per Imperat*
rum juxta placitum, plene, *per Imperatorem ſpecialiter & juxta benepla*
tum, ſermo concipiatur.

Anno a nato Servatore 1350. *Carolo IV.* Imperatore ſuâ comm
dante auſpicia, nova & ultima cœpta eſt *Noribergæ Vrbis exte*
ſio feliciter; atque illa tempeſtate producta fuit in eam, qua nunc
ſe effert, amplitudinem, & ob quam Bodinus lib. 2. de Repub. aſ
ruit, *eſſe Noribergam, omnium Imperii Civitatum maximam.* Nimiru
quod Conradum Celten, aliosque ſequuti, ſic dicimus, habet ea oc
amplius millia paſſuum, ſive duo milliaria Germanica in circuitu. V
ſus Meridiem latior, in Septentrionem adductior deprehenditur, n
omnino rotunda, ſed de induſtria aliquanto reducto ſinu, ut ang
loſa, oppugnatu evaderet difficilior. *Foſſa*, in latitudinem XX. cub
tos patet, altitudo par. *Murus* duplex eſt, uterque tam craſſus, ut
ni armati, inſertis mutuo brachiis, ſuper iis commeare poſſint. Interic
& editior, *Turres* habet ducentas, quadrangulares illas, & parib
intervallis diſpoſitas, in quibus Vigiles agunt, noctu adverſus fortui
excubantes. Exteriorem, ad foſſam, haud pauciores occupant, humili
res tamen, & ubi muri flexus poſtulat, teretes ac rotundæ, quarum ſi
gulæ machinis & tormentis varioq; telorumgenere, oppletæ, & tanqua
ad præſentaneam oppugnationem inſtructæ. *Portæ* præmagnæ, in
verſas Germaniæ partes ducentes, ſex, & minores duæ numerantur. M
jorum quæque fortiſſimis propugnaculis, & immani ac altiſſima Turri r
tunda communitur. In frontiſpicio cernere eſt Aquilas bicipites, mul
auro decoratas. Portis ipſis vectes ferrei cancellati, & penſiles c
tri ſeu cataractæ imminent. Permovit auguſta hæc exterior No
bergenſis Vrbis ſpecies ac forma, Æneam Sylvium Cardinalem, ut
ea: *Quis venientibus Franconia inferiori, & procul ſpectantibus ejus urbis aſ*
ctus? quæ majeſtas? quod decus ab extra viſentibus? ad Martinum Maj
rem JCtum ſcripſiſſe reperiatur.

Nunc, *quem Noriberga olim ha'uerit Dominum, & quan*
primum Imperii liberis Civitatibus acceſſerit, quæſtio exoritu
Atque hic ante omnia diluere oportet maculas, quæ Michaëlis A
tonii Baudrandi, præclari utique Viri, ſed peregrini, & rerum n
ſtrarum, linguæque interdum non usquequaque gnari, Geographiar
opus recens inſigne, in de Noriberga traditis, inficiunt. *Norimberg*
nquit ille, *ſeu Noricorum mons*, Nurnberg *incolis*, Nuremberg *Gall*

Norin

Norimberga *Italis, urbs ampla Germaniæ Imperialis, & libera, in Franconia provincia, ad Regneſi & Pegneſi confluentes ſita eſt ad radices collis, cum Caſtro, in Norgovia tractu, cujus caput exiſtit, facta fuit Imperialis a Friderico primo Imperatore, & ei ſubeſt regiuncula adjacens, inter Marchionatus Onoldinum, & Culembachii, & Palatinatum ſuperiorem. Vrbs ipſa clariſſima, & probe culta eſt, innumeros fere alens artifices. Patria fuit Venceslai Imperatoris, & 13. milliaribus Germanicis diſtat ab Herbipoli in Ortum. 9. a Bamberga in Meridiem, Auguſtam verſus 19. & a Ratisbona 14. in Occaſum æſtivum. Ipſa a Burggrafio Friderico Brandeburgico pretio 240. mille florenorum, emit ſuam libertatem, jura in civitatem, in arcem, & in territorium Norimbergenſe; ultra quod a Rege Bobemiæ etiam emit loca* Herspruk, Lauff, *&* Belden, *itemque arces* Hoheſtein *&* Hanek, *cui acceſſere poſtea* Altorf, *&* Lichſtenaw. Poſſet in his tolerari, quod Noribergam a Friderico primo Cæſare factam eſſe Imperialem perhibet, modo cum iis quæ ſequuntur ſibi conſtaret is ſermo, & non penitus ἀσύςατα traderentur, cum inſuper affirmat, emiſſe eam a Friderico Brandenburgico, præter alia, ſuam libertatem. Quod ſi enim jam Friderici I. Cæſaris beneficio, qui circa XII. a Chriſto nato Seculi medium, rebus apud nos præeſſe cœpit, Noriberga facta fuit *Imperialis*, hoc eſt, uti omnes vocem accipiunt pariter & uſurpant, libera, & ſoli Imperatori Imperioque immediate obnoxia civitas, ecquomodo *emit ſuam libertatem* a Friderico Brandenburgico? qui ad XV. Seculum vitam produxit? Quin imo certum hoc & exploratum eſt, nullo unquam tempore Burggrafiis ſubjectam fuiſſe Vrbem, ut emtione libertatis opus eſſet. Quid a Friderico Burggrafio venditum ſit, quid Noribergenſes emtione ſibi paraverint, pars altera Commentationis noſtræ, productis ipſis verbo tenus contractus inſtrumentis, ad liquidum perducet. Ac fuere, quod in tranſcurſu dicendum, emtionis pretium, non 240. florenorum millia, ceu Baudrando perperam fuit relatum: nec tot millia aureorum, quod a Limnæo l. 5. Jur. Pub. c. 7. n. 12. proditum eſt, nec 180. millia florenorum, quod apud Albizium in Principum Chriſtianorum Stemmatibus, ubi de Brandenburgica Familia agit, & Dreſſerum in Millen. 6. parte 2. aliosque legitur; nec 40. florenorum millia, ceu in Diſſertatione de Burggrafiatu vult Cl. Layrizius; omnium minime vero 400 millia florenorum, quod aliquos aſſerere, Libellus der W elt Alter confirmat, ſed centies vicies mille floreni, apocha ſolutionis, quæ ſupereſt, rei indubiam faciente fidem.

Porro, neque ea quæ a Baudrando innuuntur loca, Reſpublica Noribergenſis a Rege Bohemiæ emit, ſed ab aliis, varia, quibus rerum Dominia transferuntur, ratione, accepta, a Regibus Bohemiæ, quod & priores poſſeſſores fecerant, in feudum tenet. Et *Velden*, non Belden,

Hobenſtein, non Hoheſtein, *Hauſek*, non Haneck, *Lichtenau*, non Lic ſtenau enunciare convenit. Quanquam *Lichtenau* munimentum, ir merito cæteris adjungitur, quippe quod diverſæ ab iis eſt naturæ, cu id A. 1406. a Dominis ab Heideck Senatus Noribergenſis tanquam al dium, ære & libra ſit mercatus.

Enimvero, etſi primi Noribergæ Domini

—— Omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro,

& adeo qualicunque etiam Hiſtorico. Communis tamen fert opini eam ſub finem Seculi IX. poſſesſorem habuiſſe *Albertum*, ſive, ut alii a pellant, *Adelbertum* Comitem Franconiæ, (qui etiam interdum n de Babebergenſis, ſive Bambergenſis Comes dicitur) Ottonis Saxon Ducis ex Baba filia, Henrico Franconiæ Comiti nupta, & quæ Bab bergenſi Vrbi nomen dediſſe creditur, nepotem, atque cum is juſ Ludovici IV. e Caroli M. ſtirpe ultimi Imperatoris, capitis ſuppl cium luiſſet, & bona illius in fiſcum redacta eſſent, tum Imperialem liberam fieri cœpiſſe. Interceſſerat huic Alberto ſimultas cum Rudolpl Epiſcopo Wurtzburgenſi, eumque petierat bello, in quo Adelhardu & Henricum fratres ſuos habuit adjutores. E quibus, cum Henric in pugna occubuiſſet, alterum vero Adelhardum captum Epiſcop neci adjudicaſſet, irritatus Albertus, Epiſcopum tota ditione exui Proſcriptus ob eam cauſam a Cæſare, & diu fruſtra ab illo obſeſſu denique verſutia doliſque Hattonis Moguntini Archiepiſcopi in illi venit poteſtatem. Quippe, quod nunc porro Witichindi Corbejen Monachi, ex lib. 1. Annal. depromtis verbis eloquimur: *iſte Summus Po tifex miſſus eſt ad ſedandam tam ingentem diſcordiam: & ingreſſus civit tem Adelberti, ſub jurejurando ſpopondit, aut ei pacem cum Rege facturun aut incolumem ſuo loco conſtituturum. His pactis conſentiens Adelbertus, fi gratia, & amicitiæ, quod dignaretur aliquid guſtare, rogavit. Quo nega te, illico egreſſus eſt urbem. Cumque pertranſiſſet oppidum cum omni com tatu, fertur proclamaſſe: prob!. inquit, ſæpius petit, qui oblata ſpernit: tæd me longioris viæ, tardiorisque horæ: nam jejuni tota die non poſſumus amb lare. Lætus Adelbertus inclinavit ſe ad genua Pontificis, & ut guſtan gratia in urbem reverteretur, depoſcit. Pontifex in urbem reverſus cu Adelberto, liberatur a lege juramenti, ut ſibi videbatur, eo, quod incolume eum loco ſuo conſtituiſſet. Poſt hæc Regi a Pontifice præſentatus Lothowic & damnatus, capitalem accepit ſententiam.* Conferri poſſunt, eande rem narrantes, Ditmarus Epiſcopus Merſburgenſis, Hermannus Cor

tractu

Contractus, Otto Friſingenſis, Marianus Scotus, Sigebertus Gemblacenſis, Gotfridus Viterbienſis, & Conradus Abbas Vrspergenſis, Scriptores Chronographi. Dabimus & Alberti Comitis nemini memoratum Epitaphium, quod eſt in templo Monaſterii Fratrum Ordinis S. Benedicti Theres, quinto a Bamberga milliari, in Mœni ripa, favori Viri de Republica Noribergenſi, ac ſi id adjicere licet, de nobis quoque bene meriti, acceptum ferendum:

C
ANNO DOMINI IX VIII. OBIIT NOBILIS
ALBERTVS COMES DE BABENBERG
QVI HIC IACET INCINERATVS MONASTERII
HVIVS FVNDATOR OPVM QVONDAM
DATOR CVIVS ANIMA REQVIESCAT
CVM SANCTIS A.

Jam facultates & poſſeſſiones Alberti Ludovicum Cæſarem in fiſcum redegiſſe, Regino Prumienſis lib. 2. Chron. & Otto Friſingenſis l. 4. Chron. c. 15. teſtimonium præbent. In his vero, Noribergam fuiſſe, noſtri Annales aſſerunt, & exinde Schedelius, cum ait: *Ferunt nonnulli eam Vrbem* (Noriberga illi in animo, & in ante dictis,) *fuiſſe olim ſub dominio Nobiliſſimi Comitis Francorum Alberti, qui cum fraude Hattonis Epiſcopi Moguntinenſis a Ludovico Imperatore obtruncatus, deinde in jus Imperii ceſſiſſe.* Nacta nihilo ſecius, etſi cauſa & modus nos latent, Noriberga, poſtea eſt dominum, *Henricum* Sveviæ Ducem, ſed cui illam frater *Conradus II.* Imperator iterum extorſit, & Imperio vindicavit, nexu, haud metuente ſolvi adſtrictam. Sic enim eſt apud Gobelinum Perſonam Decanum Bilfeldienſem Coſmodromii ætat. 6. cap. 53. *Hic Conradus fuit Frater Henrici Ducis Sueviæ, quem ipſe ſibi reſiſtere ſatagentem, extra fines Imperii expulit: & cum idem Henricus ad Regem Hungariæ fugiſſet, idem Rex in die Paraſceves fecit ipſi carnes apponi ad menſam, aſſerens, ita bene & licite tali die poſſe comedere carnes, ſicut contra fratrem ſuum & dominum guerras concitare. Vnde Dux commotus, reverſus eſt ad Regem fratrem ſuum, & veniam conſecutus, Nurenberk ſponte reliquit Imperio.* Franciſcus Irenicus lib. 3. German. exeg. c. 105. ex traditione, annum quo iſta contigerunt, aſſignare conatur, ſcribens: *Cunradus Cæſar ſui nominis ſecundus, anno Salutis 911. ad Imperium hanc Civitatem detuliſſe fertur.* Verum, inanem rumorem aucupatus eſt, nam anno 911. ne quidem Conradus I. Imperii faſces adminiſtravit, ſed anno demum ſequenti illi dignitati fuit admotus. Conradum II. qui Salicus cognominatur,

 demum

demum anno 1024. a Statibus Imperii, & omnibus Epiſcopis electum
& Moguntiæ die Nativitatis Mariæ, 8. Septembris conſecratum fuiſſe
ex Wippone, qui vitam ejus literis conſignavit, & prope æqualis i
lorum fuit temporum, extra controverſiæ poſitum eſt periculum.

INSIGNIA Vrbis duo ſunt: unum vetus, & libertati coævum
quod Scutum exhibet ex ſummo in imum diviſum, ſive bipertitum
cujus dextram partem, eamque auream, occupat Aquila dimidiata n
gra, ex ore aureo linguam exſerens rubram, & unguibus quoque aure
pedem armatum habens Pars altera argentea, tæniis tribus rubr
obliquis notatur. Aquilæ dimidium, eſſe Noribergam Imperialem C
vitatem indicium facit: ſic enim Civitates Imperiales communiter
aut integra Aquila, aut dimidiata ſeſe efferunt. Tæniæ tres rubra
totidem amnes qui Norimbergenſe territorium circumfluunt, ſignif
cant. Vtrumque, poſt alios, Beſoldus quoque in Theſauro Practic
voce Nürnberg p. 697. commonere voluit, inquiens: Nürnberg h
drey Waſſer / Schwartzach / Pegnitz / und Regnitz im Wappen / zu we
chen es den halben Adler angenommen / da ſie den Reich einverleibt wo
den: qui tamen in eo lapſus eſt, quod Pegneſum cæteris aſſociat, cu
potius *Schwabacum* amnem nominare debuiſſet. Pegneſus enim in
terluit Noribergenſem agrum, haudquaquam vero illam, quo
Schwabacus facit, terminat; ergo hujus potius, quam illius, in Inſign
bus nota exprimitur. Nec negligendum, pro Regnitz etiam Rednit
& dici, & in libris ac tabulis Geographicis legi quoque promiſcue.

Aliud Inſigne, in Scuto cæruleo, Aquilam inferne aurean
ſed cui naturæ colore & habitudine, facies, collum, & pectus virg
nalia, cicinni aurei, caputque aurea redimitum corona, commonſtra
Theodorus Hœpingus, cum in luculento Opere de jure Inſignium c.
n. 1056. bene multos Autores, qui Inſignium horum meminerunt, a
legaſſet, ſubjicit deinde: *Cauſam cur Aquila hæc Virgineo capite præem
neat, hactenus quæſivi, ſed invenire haud potui. Scribit quidem Ioh. Hei
feldius in Sphinge Theol. Phil. c. 17. p. 532. edit. octavæ, Imperatorem que
dam, Aquilam virgineo deformatam capite, Vrbi N. in ſignum & monime
tum dediſſe, quia fœminæ maritis eſſent imperioſæ, & andromachæ, viri au
tem γυναικοκρατούμενοι, id eſt, qui uxoriæ poteſtati parerent. Aſt, ſi ita e
ſet, idem de utraque Roma & Conſtantinopoli, mundi capitibus, citra ta
men verum, dicendum foret, quod Caput mulieris galeatum cum ſceptro vel h
ſta præferant. Guid. Pancir. l. 2. theſ. var. lect. c. 18. Freh. in not. ad Andlo l. 1
Imp. Rom. c. 11. in verbis: Nova Roma p. 155. & in Civitatis Emdenæ clypeo ide
caput pictum cernimus apud Braun. lib. 2. Civ. Orb. n. 32. Res ſane antiqu
tatem ſapit, & quid divini, ut ex Clypeo Oſtfriſiæ, Galea Lotharingica,*

Magd

Magdeburgi Vrbis Inſignibus clarum eſt, continet. Cauſa, quare Aquila, virgineo capite, & pectore ventre tenus eleganter exornata ſit in Noribergenſium Inſignibus, & in qua quærenda ſe fruſtra laborem inſumſiſſe queritur Hœpingus, ex vetuſtis Chronicis in promtu eſt. Nempe, quia Arx illius, Henrici V. Imperatoris, proprium Genitorem in ea oppugnantis, vim eluſit, nec ab ipſo, utut reliqua Vrbe capta, in poteſtatem redigi potuit, ſed inviolata ac intemerata manſit, (quin nec unquam deinde quis vitium ei intuliſſe noſcitur) conceſſum ab Henrico patre Vrbi privilegium, ut pro Inſigni, Aquilam etiam Virginis dimidium referentem, oſtentare ei liceret. Recte ergo Martinus Zeilerus in Itinerario: So viel das Wappen der Stadt Nürnberg belanget / ſo iſt ſolches zweyerley. Dann erſtlich iſt das Wappen mit dem halben ſchwartzen Adler im gelben Felde / und drey rothen und weiſſen Strömen / das recht alt Nürnberger Wappen / welches vor der Zerſtörung die Stadt gebraucht hat. Weil aber damal das Schloß nicht gewonnen worden / noch vom alten Keyſer Henrico IV. abweichen wollen / ſo iſt die Stadt einer Jungfrau würdig erachtet / und ihr folgends von dem Keyſer / ein neues Wappen / mit dem Jungfrau-Kopff / ſamt einer Kron / und gantzen Adlers-Leib gegeben worden / ſo zu gemeiner Stadt Inſigel gebraucht wird. Jure vero meritoque miſſas fecit Heidfeldii ineptias Hœpingus, & ad eas explodendas argumenta affert non contemnenda. In quibus tamen, fortaſſe verba, *& Conſtantinopoli*, expungere ſatius foret: cum enim *utramque Romam* dicimus, Conſtantinopolin, tanquam novam, ſive alteram Romam ſimul intellectam volumus: nec opus eſt, ut ejus ſpeciatim fiat mentio. Sic quoque Hermannus Hermes in Faſciculo Juris Publici c. 35. non ſine addita ratione rejicit Heidfeldii ſententiam, aitque: *Arx tamen* (in expugnatione Noribergæ ab Henrico V. facta) *occupata non fuit, ſed a Generoſo Viro Gotofrido dicto, conſervata eſt, ex qua ratione, ut probabile eſt, Vrbs in Inſignibus aquilæ caput virginis coronatæ gerit, ſive quod Arx virgo permanſerit, licet alii velint, Imperatorem quendam Aquilæ virgineum caput addidiſſe in ſignum, quod fœminæ maribus eſſent imperioſæ, & Andromachæ, viri autem uxoriæ poteſtati parerent. Quod ſi verum, idem de aliis Civitatibus dici poſſet, quæ caput mulieris galeatum, vel cum ſceptro gerunt, & forte plurium Inſigniis ejuſmodi figura inſerenda eſſet.* Addimus nos, hactenus eadem prorſus cum Noriberga Vrbe Inſignia jactare Nobiliſſimam *Erlinorum de Rorberg* in Alſatia familiam, quam, foris fortem & inſignem, domeſticam infamiam, ac adverſus naturæ leges ſequioris ſexus ſubjectionem ſic prodere voluiſſe ut credamus, ſanæ mentis non patitur judicium. Repræſentantur hæc Inſignia apud Sibmacherum part. 1. p. 194.

utriusq;

utriusque editionis, quæ exinde in ſumma laude deprædicandum de Inſignibus Commentarium, *la vraye & parfaite ſcience des Armoiries* inſcriptum, *Petrus Palliot* Ludovici XIV. Franciæ Regis Hiſtoricus & Genealogiſta p. 14. tranſtulit, atque ſic ebuccinat: ERLIN VON RORBERG *en Alſace, porte d'azur, à l' Aigle la teſte & le ſein de femme d'or, couronné de meſme.* Credidit Virginis thoracidam, æque ac aquilam ex auro effigiandam eſſe, prout ipſe quoque fecit: nempe, quia apud Sibmacherum Aquilæ nihil præter G hoc eſt Gelb ſive Aurum, additum reperit, atq; eapropter opinatus eſt, notam illam, ad totam Aquilam, quantacunque ſiſtitur, pertinere, quæ tamen nudum tantum Aquilæ corpus reſpectat. Ignorabat ſcilicet, naturalis coloris, qui quoties in homine obtinet Gallis *incarnation* dicitur, apud Sibmacherum nullam expresſim fieri ſignificationem, & Germanicæ linguæ haud admodum peritus non attendit ad monitum, quod operi præmittitur: Es iſt hierinnen auch zu wiſſen/ und zu mercken / daß die Buchſtaben/ ſo in den Wappen verzeichnet ſtehen / derſelben Farben bedeuten / als G. bedeutet Gelb. W. bedeutet Weiß. B. bedeutet Blau. R. bedeutet Roth. G bedeutet Grün. S. bedeutet Schwartz / oder es iſt geſchrafſirt. Wo aber an einem Ort keine Buchſtaben dabey ſtehen / ſo bedeut es / daß daſſelbige Signum in den Wappen / ſeine eigne Farbe erfordert und haben ſoll. Hujus rei ignoratio, non potuit non cauſa eſſe, ut multa Germanorum Inſignia apud Palliotum non recte ſe habeant, quod ne cuiquam id fraudi ſit, ſcire in commune intereſt. De reliquo, non Heidfeldius, ſed Conradus Celtes, illud de Noribergenſibus fœminis andromachis (mea editio male vocat *Andromedas*) & Aquilæ deformatione primus invexiſſe videtur, cum apud eum ſcriptum ſit: *Fœminarum* (Noribergenſium) *hilaritas & eximia manſuetudo (plus quam credi par eſt) decora & venuſta adeſt illis (quæ maxime animos conciliant) comitas, affabilitas, mitisque humanitas, ut plane ad emolliendam ſylveſtrium virorum feritatem natæ videantur, mundæ, politæ, jucundæ, & maritis imperioſæ, & Andromedæ. Quapropter urbano & lepido joco in illos luditur, ob eam rem Imperatorem, Aquilam virgineo deformatam capite, Urbi in ſignum dediſſe: placidæ tamen, & ad obſequia virorum lætæ, contubernales, & convivariæ, non ſegreges aut conclavariæ, & non tantum in curanda educandaque prole (quam præter morem Germanorum, in hac urbe perfuſa indulgentia, & blandiſſima appellatione educant) ſolicitæ. Verum in gubernanda dirigendaque familia prudentes, merciumque, & Arithmeticæ, & Muſicæ, Romanorumque characterum, & linguæ Romanæ intellectum, & uſum literarum callentes, ideoque quæſtibus ſellulariis deditæ.* Poſt alia, de inceſſu & habitu matronali addita, inſuper Noribergenſes mulieres, tanquam

pudi-

pudicitia, fide, & obſequio erga maritos inſignes, palam diſlaudat. Enimvero, iſta a non ſobrio Poeta profecta eſſe, liquido non ſanus Oreſtes jusjurandum daret. Obſecro: ſi Noribergenſibus fœminis adeſt eximia manſuetudo, ſi comitas, affabiltas, mitisque humanitas, ut plane ad emolliendam ſylveſtrium virorum feritatem natæ videantur; ſi placidæ eæ ſunt, & ad obſequia virorum lætæ, vel, quod iterum dicitur, fide & obſequio erga maritos inſignes; ecquomodo, malum! fieri poteſt, ut eadem opera, maritis imperioſæ reperiantur & andromachæ? Citius,

— Frigida cum calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus,

mihi quis conciliabit, quam iſtam acerrimam litem verborum dirimet.

Breviter addendum quid de *Inſignibus Burggraviatus Norimbergenſis*. Ea vero, prout Vir proſapia Nobiliſſimus, ingenio & doctrina eminens, *Jacobus Wilhelmus im Hofius*, in præclariſſimo libro, qui Notitiam S. R. Germanici Imperii Procerum accurate & exquiſite tradit, enunciat, ſunt Scutum *aureum, deferens Leonem nigrum, corona, lingua, & falculis rubeis, margine ex minio & argento teſſellato*. In veteri Haraldico libro MS. obſcurius legitur, & minus ſecundum ſcita artis: Der Burggraf zu Nürnberg führt einen ſchwartzen Löwen in gelbem Feld / neben um den Schild rot und weiß. Sic quoque ſe habent iſta Limnæi tomo 2. Addit. in ſupplementis lib. 5. c. 7. n. 127. *Burggrafiatus Norimbergenſis; Leo niger coronatus, linguam exerens rubram, in campo flavo, circumcirca habens rubras & albas ſectiones*, rot und weiß abgetheilte Raute. Gallis, ora teſſellata dicitur *bordure componée*, & nota eſt imminutionis, *une briſure*, talique ex argento & minio teſſellata ora, Burgundiæ Duces ſcutum liliis refertum præcingebant. In Petri Pallioti, quod jam modo commendavimus Opere, legitur: *le Marquis de Brandeburg, ſuivant le Wapenbuch, porte party de deux traits, & coupé de trois, au premier d'or au Lion conturné de ſable couronné d'argent, à la Bordure componée d'argent & de gueules, qui eſt de Nurenberg.* Quia ad Sibmacherum fit provocatio, huic vitio dandum, quod primus locus aſſignatur ſcuto, cui ſeptimus, ſive primæ lineæ ultimus debebatur: quod convertitur Leo, cui dextrorſum reſpiciendum erat: quodq; argento coronatur, cui corona coccinea conveniebat. Sed nimirum in Sibmacheri libris errores innumeri reperiuntur, & ille perpetuus, quod tum ſcuta ſimplicia integra, tum eorundem, maxime vero compoſitorum, caſſides ac figuræ, pro libitu dextrorſum ſiniſtrorſum ſpectantia exhibentur, magno adverſus Haraldicæ artis leges peccato, & qvod immeritiſſimo

tiſſimo toti nationi Germanicæ attribuit Palliotus, Inſignium Elect ralium Saxonicorum explicationi p. 307 ſubjiciens; *Sera icy obſerv que tous ces quartiers, dont les figures ſont contournées, qu'il ne les faudr pas ainſi repreſenter, ſi chaques quartier eſtoit ſeul, parce que c' eſt la couſt me des Allemans, quand il y a divers quartiers dans un Eſcu, de faire q les figures, animaux, ou autres pieces ſe regardent l' un l' autre, ainſi qu ſe voit aux Armes & Heaumes, qui ſont repreſentés dans le Wapenbuch, l' Autheur nommé Jean Sermachern* (legendum *Sibmacher*) *von Nurnber à obſervé de faire regarder les Heaumes, & de meſme toutes les meubles qui ſo dans les Eſcus, ſans pourtant que l'on puiſſe les blaſonner contournés, n' eſt a que par une certaine ſimetrie qu'il à voulu donner aux Armes, qu'il y à i cerées: ce qui à fait equiuoquer aucuns, qui donnans quelques exemples tire de cet Autheur, ils les ont, ſans auoir pris garde a cette obſervation, blaſonne tournées.*

CAPUT IV.

Noribergenſis agri incolæ pagani Dianam præcipue coluer Sebaldus ad Chriſtianam Religionem illis dux & autor extiti Quis, & qualis ille fuerit. Dania & Dacia voces ſæpe eande regionem ſignificant. Aſſertur Bulla, qua Martinus V. Pa Sebaldum in Sanctorum numerum aggregavit. Publicantur Sebaldo, ejusque miraculis, libri duo MSS. Conradi Celtis Ca men finit de Sebaldo Hiſtoriam.

PRiſcos Noribergenſis agri incolas, paganæ ſuperſtitioni æque Germanos univerſos, deditos fuiſſe, nemini dubium relinquitu Annales noſtri ſignate exprimunt, *Dianam* eos coluiſſe, illique æde ſacraſſe in monte, cui turrim pro ſpecula valituram, addiderint. Et v ro, haud aliud Numen conveniebat in mediis undique ſaltibus o ſepto ſylveſtri populo, niſi Diana,

Magna progenies Jovis,
Quam mater prope Deliam
Depoſivit olivam,
Montium Domina ut foret,
Sylvarumque virentium,
Saltuumque reconditorum,
Amniumque ſonantium:

ceu Catullus cecinit. Horatio lib. 3. Carm. Ode 2. eam invocanti,

Montium cuſtos nemorumque virgo

dicitur. Supereſt in hanc uſque diem turris illa, in monte cui Arx Noribergenſis ſuperſtructa: ſupereſt Templum, quod paganicam fabricam magna ſui parte, hoc eſt præter chorum referre, omnes fatebuntur, qui gentilium in orbe reſidua templa intuiti ſunt: atque id, pro Diana, *Sanctæ Margaretæ* ſacrum eſſe voluit poſteritas.

S. SEBALDUM, in opaciſſima nemora, quæ Norici inhabitabant, circa Seculi a Chriſto nato VIII. finem, aut IX. initium, Evangelii lucem primum intuliſſe, vetus & a majoribus accepta traditio eſt. Cujus uti fidem elevare prohibemur, ita fatendum tamen, circumſtantias haud inter ſe congruere. Conradus Celtes quæ acceperat, ſic in literas retulit: *Divus Sebaldus, paulo poſt Caroli M. tempora, ut Britanni, Galli, & Hibernici Chriſtianam religionem in Germaniam invexerant, cum aliis influens, primus ejus* (Noribergenſis) *collis & nemoris incolas, ad religionem Chriſtianam vitæ & morum ſanctitate invitavit, relictis veteribus Diis, quos priſcorum hominum ſimplicitas, ſuorum agrorum & lucorum præſides, & tutores putabat.* Sed alii, a Romano Pontifice ad Evangelium prædicandum huc miſſum fuiſſe contendunt. Nec minor, cujas ille fuerit, diſſenſus. Quidam, patriam & parentes ejus prorſus non compertos haberi aſſeverant: uti Matthæus Raderus, vol. 2. Bavariæ Sanctæ in vita Sebaldi ſcribens: *S. Sebaldus peregrinus floruit 740. circiter, regio ſatu editus, ſed vera patria & parentes ignorantur.* A nonnullis proditum eſſe, S. Sebaldum, ruſticanum hominem, inter agreſtes vitam egiſſe, Autori Deſcriptionis Noribergæ, quæ Topographiæ Franconiæ inſerta habetur, credimus. Nec enim temere ille aſſeruerit: Etliche wollen S. Sebald ſey anfangs nur ein Baur geweſen / der den Wald geſäet / oder die Leut ſäen lernen / und dabey ein heilig Leben geführt. Incidit nobis ſuſpicio, huic ſententiæ fortaſſe Sebaldi nomen occaſionem præbuiſſe. Quippe, quod Autor incertus opuſculi de Nominibus Propriis Germanorum in Tomum 1. Script. Germ. a Simone Schardio relatus, annotavit: Sebald / *Sebaldus, h. e.* Seewald, *accentu circumflexo in prima, eſt relative contrarium* Hegwald. *Ut* Seewald *ſit ille œconomus, qui foras exportat, ſeminat, plantat, arat, colit terram, rus, hortum, & alia.* Hegwald, *qui collecta, demeſſa decerpta recipiat, domum vehat, condat, ac cuſtodiat. Illum Agricolam, (Græce Georgium,) hunc,* Promum *dixeris.* Annales MSS. cum Legendis, quæ extant, in eo unanimes conſentiunt, Sebaldum, Daniæ cujusdam Regis fuiſſe filium, & conſpiciuntur quoque Daniæ Regum Inſignia, Leopardi tres, picta in ſandapilæ ejus operimento. Quin & fuiſſe Siwaldi

E appella-

appellationem, antiquis Daniæ Regibus uſitatam, & *tres Siwaldi nom*
ne Reges, prioribus illis, idololatria adbuc gentilium in Dania, vigente, ſec
lis, radiaſſe, obſervavit gener noſter, *Dan. Guil. Mollerus* Celebris vi
in pulchra de S. Sebaldo Diſſertatione. Neque vero officit, ceu non
nullis viſum, noſtris relationibus, quod in Bulla Canonicationis, & alib
S. Sebaldus Daciæ Regis proles nuncupatur. Nam ſequioris ævi Scripto
res, vocabulis *Dania* ac *Dacia* promiſcue utuntur, ceu poſt alios, Doctiſſ
mo Baudrando in Geographia p. 320. notatum eſt. Ait ille: *Dacia ſæ*
pe pro Daniæ Regno ſumitur, in Scriptoribus Latinis meridionalibus & junio
ribus, præſertim Italis, ut teſtantur Marius Niger Venetus, & Sanutus. In
de Dacicum mare, etiam dicitur pro Danico, ab aliis, uti a Matthæo Pari
ſienſi, & a Chalcondyla Græco etiam. Sed ipſimet Daniæ Reges, perſæp
Daciæ Regni mentionem fecere in ſuis diplomatibus; ut videre eſt in Hiſtori
rerum Danicarum Joannis Iſaaci Pontani. Et, ut certius iſtud probetur, ine
hic Pariſiis Collegium Dacorum, pro natione Danorum, in Univerſitate ſtu
diorum, ut vocant, & in vico S. Genovefæ.

Nunc Sebaldi, Regum ſobolis, reliquam hiſtoriam, prout in no
ſtris libris traditur, breviter enarranda venit. Ille vero, paulo adu
tior factus, ad capiendum ingenii cultum, peregre Lutetiam abiit
& poſtquam ibi gnaviter literis operam dederat, domum reverſus, ub
nuptias deinde cum Virgine dignitatis æqualis (Dagoberti Galliæ Re
gis filiam quidam nominatim exprimunt) celebraſſet, ipſa feſtivitati
die, S. Alexium imitaturus, & Sponſa, & Parentibus ſuis deſertis
in horridam eremum conceſſit, Deo ibi per annos XV. ſerviens. Poſ
hæc, Romam profectum, Gregorius II. Pontifex in Germaniam miſit, a
Evangelium prædicandum. In itinere, cum in Sanctos Wilibaldum
& Wunibaldum, inedia prope confectos, incidiſſet, illos pane cœli
tus impetrato refecit. Delatus in ea loca quæ Norici inſederant, ex
ſtructa in ſylva, quæ nunc e Visbaco pago Noribergam petentibus ite
præbet, caſula, vicinæ regionis habitatores, ſana religione, cultuqu
veri Numinis imbuere nunquam deſtitit. Fato proximus, exanim
corpus vehiculo imponere, & ibi terræ mandare juſſit, quo bove
quatuor injuges illud pertraherent. Quod imperaverat cum effectun
daretur, ſubſtitere jumenta ad S. Petri ſacellum in pede montis, cu
Norici ſuum Caſtrum impoſuerant, ab illo excitatum: ibi ergo fui
humatus. Sepulchrum poſtea miraculis inclaruit, de qua re in Anti
quorum Auguſtenſium Chronicorum, quæ Matthæus Marſchalcus d
Pappenheim collegit, excerptis, Tom. 1. Rer. Germ. Marq. Freheri a
annum 1070. ſcriptum eſt: *In Nurenberg Sebaldus primum miraculis in-*
claruit. Et apud Lambertum Schafnaburgenſem ad annum 1072. *Cla*

ra

ra & celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria S. Sebaldi in Nurnberg, & S. Hemerad in Haſengun ; & magno populorum concurſu quotidie frequentabantur, quæ divinitus illic loquentibus ſæpenumero conferebantur. Permovit de prodigiis fama, denique Martinum V. Papam, ut Sanctorum Cœlitum numero Sebaldum adſcriberet, ejusq; feſtum die XIX. Auguſti celebrare injungeret.

Operæ pretium fuerit, hoc loco Martini Pontificis Bullam integram exhibere. Talis ejus eſt tenor:

MARTINVS *Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas, devotorum conſuevit juſtis annuere votis, & illis, per quæ divini cultus ac ſtatus Eccleſiarum omnium, aliorumque piorum locorum, ad divini nominis propagationem erectorum, adaugeri valeant, ut ipſis etiam fervor Chriſtianæ Religionis accreſcat, ſui vices officii libenter intromittit, & ea, quæ devotionis cauſa, Romanorum, aliorumque Pontificum, autoritate & ordinatione, rite proceſſiſſe comperit, ut illibata perſiſtant, libenter Apoſtolici muniminis conſtringit firmitate. Sane, pro parte dilectorum Filiorum, Conſulum, ac Proconſulum, ac Communitatis Oppidi Nurnbergenſis, Bambergenſis diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod* BEATVS SEBALDVS, *qui de Regum Daciæ proſapia genitus fuit, in ipſo Oppido, quod Imperiale, & inter alia aliarum partium oppida, ſolenne multum, & inſigne, famoſumque extitit, multis & innumeris in illo, & ejus circumvicinio coruſcat miraculis, adeo, quod pro Sancto & Patrono oppidi ejusdem, per quingentos annos, & ultra, palam ab omnibus fuit reputatus, prout in illo, ejusque circumvicinio dietim reputatur, præfatique Beati corpus glorioſum, in quodam ſolenni ſarcophago, auro & argento decorato, in Eccleſiaque dicti oppidi, quæ Eccleſia Parochialis principalis eſt, clauſura, honorifice conſervatur, ac ipſa, & nonnullæ aliæ Eccleſiæ, Capellæ & Altaria, in præfato Oppido, & locis aliis, ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis, ejusque Genitricis, & glorioſæ MARIÆ Virginis, ac omnium Supernorum Civium, ſub vocabulo ipſius B. Sebaldi, ſumtuoſe & magnifice fundata & erecta, venerabiliter conſpiciuntur: quæ etiam multiplicibus dotata fructibus, aliisque Indulgentiarum & Gratiarum muneribus, autoritate diverſorum Romanorum, aliorumque Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum, Sedisque Apoſtolicæ Legatorum, nec non locorum Ordinariorum, pro viſitantibus Eccleſias, Capellas, & Altaria prædicta, ac eorundem conſervatione, ac conſtructione, manus inibi adjutrices porrigentibus, exiſtant adornata: quodque Eccleſia dicti S. Sebaldi, in Oppido eodem, anno quolibet, in die, qua illum poſt devictum triumphatumque Mundum, in perpetuas æternitates præſens vita parturiit, videlicet XIV. Calend. Septembris, die XIX. Auguſti Feſtum ipſius, Officium proprium & ſpeciale, una cum Legenda, ſeu Hiſtoria, etiam ſpeciali, ſicut pro uno Confeſſore non Pontifice, diverſorum Ordinariorum loci*

 autori-

autoritate celebrari, annis ſingulis exſtitit inſtitutum, prout etiam de illo illa rum partium Chriſticolis devote & ſolenniter celebratur: ita, quod propterea Nomen ejus glorioſum, plerisque Breviariis ac aliis Orationum libris, inter alia Sanctorum nomina asſcriptum reperitur. Quare, pro parte Conſulum, Pro conſulum, & Communitatis prædictorum, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro Divini Nominis propagatione, & ad dictum Beatum, fidelium illarum partium, ferventiori devotione, ac Eccleſiarum, Capellarum, & aliorum prædictorum ſtatu, nec non viſitatione, conſervatione & erectione eorundem, præmiſſis omnibus & ſingulis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confir mationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Divini Nominis propagationem, ſtatum, & communitate Eccleſiarum, Capellarum, Altarium, & Locorum Eccleſiaſticorum quorumli bet, noſtris temporibus potiſſime adaugeri intimis optamus affectibus, & de præ miſſis fama publica, ac fide dignorum relatibus certiorati, ipſa veritate fulciti præfatum Beatum SEBALDUM, Sanctum eſſe, & ut talem haberi & repu tari, ejusdemque Feſtum in dicto die, videlicet XIV. Calend. Septembris, ab omni bus Chriſti Fidelibus, per univerſum Orbem, annis ſingulis celebrandum & reco lendum, ac ejus nomen, Catalogo aliorum Sanctorum Patrum adſcribendum fore declaravimus, nec non omnia, & ſingula præmiſſa, ac conceſſiones, indulgen tias, privilegia & indulta, Parochiali ac aliis Eccleſiis, Capellis & Altarib prædictis, ſub vocabulo dicti SANCTI SEBALDI erectis, per quoscunq Romanos, ac alios Pontifices, conceſſa ante obitum felicis recordationis Grego rii Papæ X. Prædeceſſoris noſtri, ac inde ſecuta, rata habentes & grata, autori tate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, ac præſent ſcripti patrocinio communivimus: ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan i tervenerint in eisdem, & ut ad venerabile Sepulchrum ipſius Sancti, ardenti & affluentius Chriſti Fidelium confluat multitudo, & ejusdem Sancti celebri colatur feſtivitas, & ejus nomen celebrius recolatur, autoritate prædicta, omni bus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Sepulchrum ejus, apud dictam Eccleſiam, ejusdem Feſti die devote viſitaverint, annuatim ſeptem annos, & totidem qu dragenas, de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Et inſup omnia & ſingula bona mobilia ad incertas cauſas, ac ad ea, ad quæ veri hered non ſuperſint, nec pro tempore legitimi reperiuntur ſucceſſores, in Parochia, a apud Rectorem & Parochianos ejusdem Eccleſiæ, quomodolibet reperta, depoſit vel relicta, nec non etiam illa, quæ ad ſimiles cauſas, in prædicta Parochia, dic præcedente tempore, modo præmiſſo, relinqui, deponi ac deputari, aut reper contigerit, pro fabrica Eccleſiæ S. Sebaldi prædictæ, deputamus, ac volumus & o dinamus, quod Rector ac alii in Eccleſia ac Parochia prædictis, pro tempore divinis miniſtrantes, omnibus utriusque ſexus hominibus, apud quos præmiſſa b na conſiſtunt, repertave fuerint, ut illa ad fabricam Eccleſiæ prædictæ tradan

& c

& aſſignent, in remiſſionem ſuorum peccaminum, In foro pœnitentiæ, autoritate Apoſtolica concedimus, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ, facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac aliis contrariis quibuscunque, proviſo tamen, quod bona tradenda & aſſignanda hujusmodi, ad fabricam Eccleſiæ prædictæ integre convertantur.

Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ declarationis, confirmationis, approbationis, communitionis, ſupplelionis, relaxationis, deputationis, voluntatis, ordinationis ac conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumſerit: indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos VII. Calend. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno octavo.

Aſſervantur Noribergæ, in templi Sebaldini ſacrario, Volumina membranacea duo ingentia, uncialibus exarata literis, & robuſtis, æreq; perennioribus thecis, ne labem aut vitium ullo modo capere queant, firmiter concluſa, ita, ut niſi laxatis repagulis illæ adaperiantur, paginæ ſint extra conſpectum. In his libris Sebaldi vita & miracula ſcripta ſunt: ac fuere ſine dubio catenis ferreis, quas adhuc annexas habent, monumento ejus alligati, ut civibus, & peregrinis, religionis cauſa accedentibus, hiſtoriam Sebaldi, & quantum ipſe valeat, exinde perdiſcere liceret. Quia noſtrorum temporum diſciplina, nervos & artus ſapientiæ reputat, non temere credere miracula, quibus majores tamen citra hæſitationem cupide fidem præbebant, nunc negliguntur libri, quos nos tamen repræſentabimus: quoniam fieri poteſt, ut aliquos delectent, memores ſcilicet illius moniti, quod Plinius Secundus per epiſtolam, quæ libri noni quarta ſupra viceſimam eſt, Maximo ſuo ſuggeſſit: *Sit apud te honor antiquitati, ſit ingentibus factis, ſit fabulis quoque.* Vnus liber habet:

Die Hiſtori des heiligen Patrons und Peichtigers Sannd Sebalds ꝛc.

ZU den Zeiten/ Als Leo vnnd Conſtantinus, die Kaiſer/ das Römiſch reich / vnd Pipinus vnd Karolus ſein Sone das Königreich in Franckreich regiert haben/ Iſt geweſen gar ein criſtenlicher/ gotsförchtiger vnd mit viel tugenden gezierter König in Tennemarckt / Der auch ein ſonnder tugendreiche Königin zu einem Gemahel gehabt hat. Vnd dyeweil ſye Got der allmechtig etwa vil zeit leiblicher Frucht beraubt/ haben ſye ſich des aus natürlicher zunaygung nit wenig betrübt/ vnd den allmechtigen flehlich vnnd

mit teglichem ernſt vmb ein erben väterlichs Königreichs gebeten/mit anm
tiger verhayſſung / das ſie alsdann ime ewige keuſchheit layſten/vnd dar
ſolichen erben zu ſeinem götlichen lob vnd geboten ziehen wollten. Dari
hat ſie der höchſt ſchöpffer (der keinen in inen hoffenden vnd forchtend
nymmer verleſt/)barmhertzigklich erhöret / vnd inen einen ainigen Sone m
getailt / den ſie Sebaldum genant / vnd mit pillicher danckſagung gegen g
dem allmechtigen / zu allen götlichen wercken vnd tugenden gehalten/vnd
fromkayt vnd erberkait aufferzogen haben.

S. Sebald wird nach Pariß geſandt.

Als nun der heilig jüngling ſant Sebald / ſeine kindliche tag in dem K
nigklichen Palaſt bey ſeinen eltern gotlich vnd wol zupracht / vnd das funffz
hendt jar ſeines alters erlangt / hat ine der König ſein Vater auff die hoh
ſchuel gem Pariß in Franckreich geſendet/der lernung anzuhangen. Daſelb
hat der heilig jüngling in künſten und tugenden ſo reichlich vnnd hoch g
wachſſen/das es allen daſelbſt wonenden zu ſehen vnd zu hören wunderbarli
geweſt iſt. Hat auch nicht allein die/ſo viel elter / vnd bey der lernung lan
zeit vor Jme geweſt ſein / mit künſten vnd ſchicklichkait vberſtigen / Sond
darinn alſo zugenomen / das er in kurtz bey menigklich für einen vollkome
maiſter geacht/ vnd gegen allen menſchen angenomen worden iſt.

S. Sebald wirdt verhairath.

Nach verſcheinung etlicher zeit/iſt der heilig ſant Sebald von der hohe
ſchuel zu Pariß widerumb zu ſeinen fromen eltern (die nach ime als einem ai
nigen Sone vnd auffenthaltlichen ſtab irs alters / aus raytzung natürlich
liebe / nit klainen verlangen haben gehabt /) anhayms geraiſt. Darab d
from könig vnd ſein gemahel vbergroſſe frolockung vnd frewden in irem g
müete empfangen / dweil ſie iren Sone geſehen haben / Jn ſeinem wan
tapffer/vernünfftigs geſprechs / geſchickter fürſichtiger werck / vnd in ſeine
weſen tugentlich vnd annemlich. Vnd nachdem die bede eltern immer zu eine
tapffern alter gelangt / Auch dem allmechtigen got auff gnedige beſcherun
vnd mittailung eines leiblichen erben ewiger rainigkeit ires leibs zu halten ver
haiſſen hatten/ damit dann ir Königreich nach irem tode nit erbloß gelaſſen
Sonnder mit einem tüglichen geſchickten vnd tugentlichen König widerum
verſehen wurde/haben ſye ſich entſchloſſen/iren hochgeliebten Sone/ den heil
gen Sebaldum/mit einem eelichen frommen gemahel / wie ſich königkliche
würdigkaitten gezimet zu fürſehen. Vnd demnach ir eerlich treffenlich pot
ſchafften / au vil Ort vnd königreich / nach dergleichen geſponß nachfrag vn

erkun

erkundigung zu haben vnd vnnter anderm in Franckreich gevertigt. Daſelbſt hat diſe potſchaft ein jungfrauen eines mächtigen Graven in Franckreich tochter / auch des geſchlechtes vnd geblüets des königklichen ſtammens in Franckreich gefunden / die gar hübſch/vnd mit allen erbarn tugenden vnd geperden gezieret geweſt iſt / die haben die eltern irem Son Sebaldo eelich vertrawt. Als nun der angeſatzt hochzeitlich tag erſchinen / vnd die jungfrau irem geſponß Sebaldo zugelegt worden iſt / hat ſie ine nit einen gemahel/ſonnder einen vollkommen behüter vnd beſchirmer irer jungfreulichen rainigkait befunden: der ſie auch mit diſen göttlichen leeren angeredt vnd vermandt hat. Du edle Jungfrau / dhweil du mir nun eelich vermehelt vnd zugeſelt biſt/ So gepürt ſich/iſt auch pillich/ das du der geſetz vnd rechtlichen pflicht der ee vnterrichtung empfaheſt. Ein gut löblich ding der ee iſt fruchtbarkeit des leibs/ dann daraus wern frucht und kinder geboren/Aber viel höher vnd peſſer iſt/ ein geiſtliche ee / aus dero heilſamliche frucht des gemüets vnd der ſeelen / damit dieſelben vnberührt aller leiblichen gelyder vnbefleckt beleiben / enndtſpringt: dann in der geyſtlichen vnd ewangeliſchen Ee / wirt die jungfreulich rainigkeit gehalten/vollkommenlich bewert vnd beſtetigt / vnd ſameln zuſamen die reichlichen belonungen des verdienens. Deshalben ſo ſollen wir/du edle jungfrau/ ſtreiten und arbeiten in dem lob gotes/vnd in vnſer jungfrauſchafft halten den ſpruch des heiligenn Apoſtels ſant Pauls/alſo ſagendt/Ein jungfrau betracht allezeit die ding / die zu dem lob vnd dienſt gotes gehören / auffdas ſie rain vnd vnbefleckt ſey am Leib vnd der ſele in Criſto Jheſu vnſerm herren.

S. Sebald verleſt ſein Geſponß / wird ein Einſiedel.

Mit dieſen worten vnd troſtlichen vermanungen hat ſandt Sebald von der jungfrauen ſeinem geſponß ſeinen abſchied in der nacht heimlich vnd vnwiſſend genommen/vnd ihr davor verbotten / ſolchs in geheym zu halten / vnd ſein fürnemen nyemandt zu eröffnen. Hat alſo den königklichen pallaſt ſeines Vaters/allen gewalt/wolluſt/reichthümber vnd ere dieſer welt verlaſſen / iſt von dannen gezogen/vnd hat erwelt mer einen geiſtlichen beſchewlichen leben/als ein Ainſidel in der wüeſten / dann den zergenklichen augenplicklichen luſtperkaiten dieſer falſchen betrieglichen welt anzuhangen/ vnd ſich alſo ainig in einen wald gethan / damit er von gemeinſchafft der menſchen vnd allen gegenwürffen/die inen zum vall der ſünden verurſachen / möcht abgeſondert beleiben. Daſelbſt hat er tag vnd nacht in dem gebet mit andacht verzert / ſich mit vill faſten vnd abprechung leiblicher ſpeyß geheiligt / Vnd wiewol er aus ſolcher keſtigung ſeines leibs gantz armſelig vnd mager worden iſt / hat er doch von groſſen anfechtungen des teufels/ſeines fleiſch vnd der welt nit mögen

gen

Digitized by Google

gen vbrig ſein / ſonder ſich mit dieſen dreyen mercklichen veinden / durch ritt[...] lichen kampf vnd widerſtand teglich geübt / Aber ſo viel mer dieſelb anfechtu[...] gegen ime / auch der teglich kampff erwachſen / So viel mer deſter erlicher [...] auch ſein vberwindung erſchinen / dann ſich der man gotes Sandt Sebal[...] alspald dye anſechtungen bey ime vberhandt genommen / zu erlangung e[...] lichs ſigs / in den dornern vnd diſteln hat geweltzt vnd geqvelet / das er dur[...] peynigung vnd verwundung des leibs / alle fleiſchliche vnzimliche anreitzun[...] hat ausgeleſcht.

S. Sebald kumbt gen Rom.

Vnd als er in der wüeſten biß in das Sechzehendt jare / ein heilig Ai[...] ſidliſch leben gefürt / hat er aus götlicher heymſuchung vnd einſprechung d[...] heyligen geiſtes zu gedechtnus gefüert / die lere des heyligen evangeliumb[...] Welicher ein liecht anzündet / der ſoll es nit verporgenlich vndter eine[...] ſcheffel ſtürtzeu / Sonder in die höhe auff einen leuchter ſetzen / damit die fürg[...] enden davon geſehen / hat auch bedacht / das er ime in der wüeſten ainig vn[...] allein nutz were / vnd demnach den wege angenommen / die heiligen ſtet z[...] Rom heymſuchen. Als er nun daſelbſt hynkommen / vnd der Bapſt Gregor[...] us der ander ſeines heiligen lebens bericht worden iſt / hat er ime die pürde[...] zu predigen vnd das gots wort zuverkündigen / auffgelegt / das er willigklich vn[...] mit gehorſam angenommen. Iſt alſo parfueß / wie ein pilgram / mit ſamt ſe[...] nem diſcipel Dyoniſio gewandert / vnd aus götlicher ſchickung / hat er auff der[...] wege ſeiner pilgramſchafft die heiligen ſand Wilibaldum vnd Wunibaldu[...] gefunden / die er in ſein geſellſchafft gutwillig angenommen hat. Als nu[...] dieſe heilige menner etwa viel hoher gepirg vnd ſcharffer wege gewandert ha[...] ben / vnd aus verren ſolliche wegs gemüdigt / vnd an hunger ſchwach worden[...] ſein ſye zu ſant Sebald irem mitgeſellen getretten / vnd ime iren komer ange[...] zaigt / der hat ſye getroſt / ſprechende : Lieben brüeder / Ir ſolt nit verzagen / vn[...] ewer hoffnung in den ſtellen / der mit fünff broten / vnd zwayen viſchen / Fünff[...] tauſend menſchen geſpeyſt hat in der wüeſten / der auch allenn menſchlichen vn[...] vernünfftigen creaturen leibliche narung mittailt / von dem werden ir / wo i[...] ewrn vertrauen in ine ſtelt / erſettigt.

Ein Engel bringt S. Sebald ſpeiß.

Alſo iſt der heylig Sebaldus ein kleinen weg von inen gangen / vnd ha[...] ſein gebet zu got dem allmechtigen gethan. Nach vollendung deſſelben / ha[...] ime der engel gotes von himel die ſpeys gebracht / die er nach geſagter danck[...] ſagung / ſeinen mitgeſellen brüederlich hat mitgetailt / die ſind des erfreudt vn[...] wunderbarlich erſettigt.

Kom[...]

Komt in Italia.

Der heilig diener gotes Sebaldus hat geeylt in Lombardiam das gotswort zu predigen. Welche ſprach er auch in ſeiner vaterlichen wonung hat begriffen. Vnd als er ſich zu der ſtat Vincentz genahet / hat er in einem gehültz vnd gewild dabey/etlich zeit ſein wonung gehalten/vnd alſo ein erlich weſen gefüert / das ſein name vnd geruch allenthalben in Lombardia erſchollen iſt / deßhalben auch etwa vil menſchen aus Vincentz / Badua vnd Mayland/ ſich zu ime geneyhnet haben / die Criſtenlichen lere von ime zu hören / die er gar gutwillig angenomen/vnd mit höchſtem vleyß in dem Criſtennlichen glauben vnderweyſt hat.

Sein lehre Legel wird voll wein.

Vnd als auff ein zeit etliche derſelben perſonen bey ime geweſt ſein / vnnd aus verren des wegs die ſpeyß mit ime genomen / hat ſand Sebald mit ſeinem diener Dioniſio geſchafft / denſelben geſten den wein / ſo er gehabt/ zu raichen. Das aber der júnger Dioniſius / dieweyl er die nacht davor / aus zugefallen durſt/ſolichen wein ausgetrunken hat/zu thun gewaigert / dem hat ſandt Sebald zu etlichen malen angehalten/ſeinen geboten zu leben. Alſo iſt Dioniſius zu der lagel/darin der wein geweſt / komen / vnd hat dye ſo reihlich vnd vol mit wein befunden / das er in offnung derſelben lagel allenthalben mit wein beſprengt worden iſt/darab ſich die menſchen hoch verwundert/vnd ine für einen heiligen man. aus des fürbitt der allmechtig ſoliche mirakel gewürcket / haben gehalten.

Ein Ketzer wird bekehret.

Auff ein andere zeit / als der heilig ſand Sebald etwa vil menſchen das wort gotes gepredigt / hat ſich in mitten des volcks ein ketzer entport / vnd freuenlich geredt/Das alle lere des heiligen ſandt Sebalds falſch were / vnd auff ſolchem freuenlichen irrſal vor allem volck verhart. Deßhalben ſand Sebald zu got dem allmechtigen geruefft/vnd ine demútigklich gebeten hat/ das er ein zaichen vor allem volck würcken wolle / durch welches der Criſtenlich glaube feſter mer beſtetigett werden móge. Zu ſtund hat ſich das erdtreich auffgethan / vnd in angeſicht alles volks/denſelben ketzer biß zum halß verſchlunden. Vnd als er für vnd für vnderſich geſuncken / iſt er in ſich ſelbs geſchlagen/ hat ſeinen falſchen irrſal bekent / vnd mit lauter ſtymm zu ſand Sebald geruefft/ got für ine zu bitten / mit dem zuſagen / das er hynfüro den Criſtenlichen glauben anhangen wolt. Alſo iſt er widerum / durch fürbitt ſand Sebalds auff das erdreich erhebt/vnd von ſolcher götlichen ſtraff gnedigklich erlediget. Von dieſem zaichen ſind gar vil menſchen zu dem glauben bekert worden.

S. Sebald fährt auff ſeiner Kotzen über die Tonaw.

Alſo hat ſand Sebald Weliſche landt verlaſſen / vnd in Bayrn getzoge
Alß er nun an das waſſer Thunaw nit weyt von der Stat Regenſpurg kam
In Ægidiani Templi, ad quod poſt receſſum retrogradimur, aditu magno, A. 1433. exſtructo (qui tamen minime, qualis olim erat, ſupereſt,) aliquando Provinciale Judicium exercitum fuiſſe, Annales commemorant. Abbas Cœnobii dignitatem meruit, ut inter Ordines Imperii locus ei concederetur. Vnde legitur in Matriculis recentioribus: Die Stadt Nürnberg zeucht aus / ſine onere, vigore ſententiæ Cameralis den 27. Oct. 1597. die Abbtey Ægydii oder S. Jlgen in Nürnberg / ſo mit 1. zu Roß / 7. zu Fuß/oder 40. fl. belegt geweſen.

CAPVT XI.

De Templo Patrum Prædicatorum. Huic contigua eſt Bibliotheca. Petrus Apoſtolus vixit in conjugio. Rariores Bibliothecæ libri enarrantur. Falſo nuncio creditum, nuper Ticini repertum eſſe S. Auguſtini corpus: item, Magno Hetruriæ Duci abtuliſſe Judæum libros Hebraicos, ſcriptos a Davide & Prophetis. Vetus conſuetudo eſt, donare Pocula in ſignum amoris. Menſalſiaca amiſſa, emerſit rurſus e tenebris in lucem.

ID quod ſecundum *PATRES PRÆDICATORES* cognominatur, Divæ autem Mariæ Virgini ſacratum fuit Templum, cum adjuncto Cœnobio, circa finem Seculi a Chriſto nato XIII. ex collectitia ſtipe ædificatum eſt, locum illi ſtruendo concedente *Ottone Wincklero*, Cive

& viro integerrimo. Non habeo valde memoria dignum, quod de eo commemorem. Epitaphium *Michaëlis Raphaëlis* tamen, Maximiliani I. culinæ Præfecti, qui Imperatore hoc A. 1489. in Vrbe aliquandiu commorante, diem obierat ſuum, & in Templo iſto ſepulturæ traditus eſt, quia ſemper cum laude nominandus Joh. Jacobus Fuggerus lib. 5. Chron. Auſtr. c. 38. lectu dignum judicat, non id gravabimur recenſere;

ID QVOD ES ANTE FVI: QVID SIM POST FVNERA QVÆRIS:
QVOD SVM QVICQVID ID EST ID QVOQVE LECTOR ERIS.
IGNE. PARS COELO CESSIT PARS OSSEA RVPI,
LECTORI CESSIT NOMEN INANE MICHEL.

Templo nunc juncta cernitur BIBLIOTHECA Publica, cui poſt Imperatoriam, Regiam Gallicanam, & Auguſtam Guelphicam, quartum locum, ex peregrinantium aſſertione, adjudicat Oldenburgerus, parte 4. Theſauri Rerumpublicarum. Addit mox: *Inſpici ibi meretur Manuſcripta S. Ignatii ad Philadelphenſes Epiſtola, in qua ſcribit, S. Paulum, ut & reliquos Apoſtolos fuiſſe uxoratos.* Sed, ne quid diſſimulem, non reperitur Ignatii Epiſtolarum in Bibliotheca exemplar Manuſcriptum. Sola ibi extat Plantiniana editio, & quæ, loco qui innuitur, in Latina verſione, ad Pauli nomen additum habet in margine: *Pauli nomen, in antiquiſſimis Codicibus Anglicanis, & aliis, non extat: unde Doctiſſimi pleriq;, oſcitantiæ ſciolorum aut ſcribarum cenſent aſſumentum.* Leve ergo, & inane prorſus eſt, quod notare jubet Oldenburgerus. Illud potius obſervationem meretur, quod, cum S. Ambroſius ad 2. Cor. XI. 2. annotavit: *Omnes Apoſtoli, exceptis Johanne & Paulo, uxores habuerunt:* quendam in Ambroſii MS. Bibliothecæ Codice, Pauli nomine litura deleto, Petri nomen ſubſtituiſſe. Monachum quendam, ex præpoſtera erga Apoſtolorum coryphæum pietate, id auſum eſſe dubitari nequit, ac fuere ſub Reformationis tempora, qui per Monachorum Cœnobia ſparſi erant MSS. Libri, in unam communem Bibliothecam redacti, unde hæc, de qua nobis ſermo, primum enata eſt. Velim equidem ſcire, quid is homo deſignaſſet, ſi in S. Chryſoſtomi, ceu mihi nuper contigit, (uti ſoleo S. Patris lectioni, cum ab aliis laboribus ceſſationem ſacri dies indicunt, unice vacare.) Homiliam contra Judæos, Gentiles & Hæreticos, quæ eſt Tomo VI. Operum, & verba illius incidiſſet ſequentia: Βλέπε καὶ Πέτρον, τὸν ςύλον τῆς ἐκκλησίας· ὅτι καὶ αὐτὸς γυναῖκα εἶχεν· οὐ γέγραπται, ὅτι Πέτρος γυναῖκα εἶχε· πόθεν οὖν δῆλον, ὅτι γυναῖκα εἶχεν; ἐγὼ λέγω. εἰσῆλθε, φησιν, ὁ Ἰησοῦς, πρὸς τὴν πενθερὰν Πέτρου· καὶ ἦν ἐκείνη ἀῤῥωςοῦσα,

καὶ

καὶ ἥψατο αὐτῆς, καὶ ἔφυγεν ὁ πυρετὸς αὐτῆς, καὶ διηκόνει. ὁρᾷς ὅτι καὶ Πέτρος γυναῖκα εἶχεν; ὅπου γὰρ πενθερὰ, εὔδηλον ὅτι καὶ γυνή. μήτι διαβάλλῃς τὸν γάμον. Ducæanæ editionis verſio eſt : *Vide & Petrum Eccleſiæ columnam : quod & ipſe habuit uxorem. At, non eſt ſcriptum, inquit* (legendum *inquis*) *quod Petrus habuit uxorem, unde ergo liquet, quod uxorem habuit? Ego dico : Ingreſſus eſt Jeſus ad ſocrum Petri : & erat illa infirma, & tetigit eam, & reliquit eam febris : & ſtetit, & miniſtravit. Vides, quod & Petrus uxorem habuit? ubi enim ſocrus, manifeſtum quod ibi & uxor. Vides, quod & Petrus uxorem habuit? ne incuſes nuptias.*

Cæterum, eſt omnino Noribergenſis Bibliotheca, tum excuſis, tum MSS. *libris* inſtructiſſima, quin & multa Mathematica Inſtrumenta, aliasque natura & arte mirificas res ibi ſpectare licet, unde ipſum LEOPOLDUM, Auguſtum Imperatorem noſtrum, cui DEUS perpetuo benefaxit, A. 1658. cum electione coronationeque Francofurti feliciter peractis, Noribergam veniſſet, hoc ἰατρεῖον ψυχῆς ingreſſum, & curioſis oculis omnia rimando, in eo diutule moratum eſſe non pœnituit.

Luſtrantibus ergo Bibliothecam, ſtatim ſe offerunt ſpectanda Volumina ingentia X. Muſicæ Choralis, quæ *Margareta*, Carthuſiani Ordinis circa XV. Seculi initium Sanctimonialis, ſola, in membrana deſcripſit, & paſſim coloribus dispunxit. Eadem deſcripſit Biblia quoque Latina integra, minutis literis, ſtupenda prorſus diligentia, & laboris aſſiduitate. Quamobrem, Celebris *Dilherrus*, qui, quoad Supremum Numen & fata ſinebant, præter alia, quibus fungebatur, ſacra munera, hujus quoque Bibliothecæ præfecturam geſſit, quoties Volumina iſta peregrinis oſtendebat, ſimul addere conſuevit : Hæc quidem Monialis, ſi quæ unquam fœmina, dictum ſibi putavit illud : *Vide, ne Diabolus te inveniat otioſam.*

Sequitur nunc Index rariorum quorundam (quis enim omnes recenſere valeat?) Bibliothecæ MSS. librorum, *Johanne Sauberto*, Theologo Noribergenſi & Bibliothecario, in Orationibus de commiſſa ſibi Bibliotheca, potiſſimum ſe nobis præſtante nomenclatorem.

Membrana quædam antiquiſſima, in qua ipſius Claudii Ptolemæi manu ductæ figuræ.

Ptolemæi ejusdem Cosmographia, manu Trapezuntii correcta.

Archimedis liber Græcus de Sphæra & Cylindro.

Euclidis Geometria.

Julii

Julii Firmici libri Aſtronomicorum.

Homeri, Heſiodi, Sophoclis, Pindari, Æſchyli, Ciceronis Rhetoricorum & Officiorum, Senecæ Epiſtolarum, Virgilii, Horatii, Ovidii, Juvenalis, exemplaria antiqua.

Joſephus de Bello Judaico.

Euſebius Cæſarienſis, & Egeſippus.

Origenis plurima. Chryſoſtomi Homiliæ variæ. Opera Hieronymi.

Auguſtini Opera XII. Voluminibus comprehenſa.

Atq; hujus quidem S. Patris libris merito ſumum ſemper pretium poſuit Eccleſia, ut de hoc theſauro gratulari libeat Bibliothecæ Noribergenſi. Nuperrime, ante paucos menſes, per univerſam Europam percrebuit Italorum relationibus diſſeminatus rumor, etiam corpus S. Auguſtini, quod quo gentium delatum eſſet, nemo hactenus ſciverat, ex inſperato ſub ara cujusdam Ticinenſis Templi repertum fuiſſe, & jam paſſim tripudiabant immenſo gaudio, vixque præ lætitia apud ſe erant, quibus Sanctorum Lipſana curæ ſunt cordique. Enimvero Vir, quem non literæ magis, & ſpectata inter omnes eruditio, quam virtus, ingenuusque candor commendant, *Antonius Magliabechius*, per literas familiariter me monuit, præmaturam fuiſſe iſtam, quæ exorta eſt, publicam hilaritatem, nec eventum votis reſpondiſſe. Addidit & fragmentum epiſtolæ quam ad ſe Ticino ante diem 22. Decembris anni 1695. *Ludovicus Antonius Muratori*, Vir Doctus, perſcripſerat. Id nos, quia cum bona Magliabechii gratia hoc fieri poteſt, aliis pariter non invidebimus. *E ſuanita la ſperanza, di auer trouato il Corpo di S. Agoſtino in Pavia, auvegna che vi concorreſſero molte probabilità, per provarlo tale. Il luogo, perche rinvenuto ſotto l' Altarè di detto Santo: la Caſſa, perche d' Argento e di molta richezza. Qualche letera rimaſta ſopra la calce ove era un poco d' Epitaffio, ed altre ſimili raggioni. Mà tutto queſto probabile, non è giunto a fare una certezza, ed a recarne coſi gran fortuna.* Liberavit me ſimul idem Magliabechius alio errore. Quanquam, quid dico eum liberaſſe me errore? Non profecto tam blennus & ſtipes eram, ut crederem, quod una quaſi cum narratione de exuviis Auguſtini inventis, circumferebatur & jactabatur in triviis. Nimirum Florentiæ Judæum Chriſtianæ religioni nomen dediſſe, obſtetricante in regeneratione ipſo Magno Hetruriæ Duce, ad quem, Judæus ille, Davidis Hebræorum Regis, & Prophetarum, alioſque complures, ante, & mox poſt primam Hieroſolymitani Templi devaſtationem ſcriptos libros, detulerit. De hac re, ille noſter, talia monuit: *Dalle nuoue pubbliche, aurà V. S. Ill. inteſo, di un Rabbino, che a' meſi paſſa-*

paſſati, ſi battezzò qua in Firenze, con grandiſſima ſolennità. Si è communemente detto, ch' eſſo abbia donati a Sua Altezza Sereniſſima alcuni pretioſiſſimi, libri manuſcritti. Perche V. S. Ill. facilmente aurà curioſità di ſapere, ſe tal coſa ſia vera, l' aſſicuro, che il detto Rabbino, non hà donato a S. A. S. libro alcuno, ne ſtampato, ne manuſcritto. In margine adjectum eſt: *Il Rabbino che fù battezzato quà, con tanta ſolennità, non é ne meno uomo di grande ſtima.*

Porro, extant in Bibliotheca:

Avicennæ quædam.

Galeni multa.

Ariſtotelis opera, vetuſtiſſimis Commentariis, & Verſione illuſtrata.

Opera Bernhardi.

Damaſceni pleraque.

Thomæ Aquinatis Opera, XV. Voluminibus diſtincta.

Opera Hugonis Cardinalis.

Nicolaus Lyranus in Vetus & Novum Teſtamentum.

Abbatis Joachimi Notæ in Apocalypſin Johannis, tomis duobus.

Grammatica Theodori Gazæ Græca, αὐτόγραφον.

Theonis Commentarius in Syntaxin Ptolemæi, quem librum Johannes Regiomontanus a Beſſarione dono ſe accepiſſe, manu ſua teſtatur: Beſſarion vero inſcripſit: Τοῦ Θέωνος εἰς τὴν Πτολεμαίου σύνταξιν βίβλος, ἐμοῦ Βησσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ Τουσκουλάνων.

Codex Juris Civilis.

Opus Muſicum, ab ipſo Principe Mauritio, Haſſiæ Landgrafio, magnam partem concinnatum, & Senatui Noribergenſi dono datum.

Volumina duo Aichſtättenſis Horti, quæ florum ad vivum pictas imagines referunt.

Multa alia ſciens prætereo. Præter libros, in fama ſunt, & in pretio habentur:

Globus Cœleſtis unus, Terreſtres duo, non æri inciſi, nec typothetarum characteribus inſigniti, ſed doctiſſimorum hominum manibus ſcripti.

milliaribus a Noriberga diſſitum vicum, eſt translatum. Baſi editæ Templum imponere ratio ſuaſit, ne vicinum flumen, cum ripam egreditur, aliquod detrimentum ei inferret. Fundatoris exanime corpus, monumentum editum marmoreum in Choro tenet, quod inſcriptum habet:

ANNO DOMINI MCCCLVI. VI. MAII OBIIT DOMINVS CONRADVS MAGNVS SCVLTETVS FVNDATOR HVIVS HOSPITALIS CVIVS FIDELIS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

Chori hujus in laqueari pendula Ciſta oblonga, ſervat theſaurum ingentem, *S.R. Imperii Lipſana & Clinodia*, de quibus infra ſeorſim inſtituetur disquiſitio.

Parietis parti ſummæ aræ obverſæ, affixa eſt *tabula picta*, referens Conſtantini M. ejusque matris Helenæ imagines. Imminet illorum capitibus, Chriſti Servatoris pectore tenus icon, cui adſcriptum:

IC XC.

Imperatoris & Imperatricis togæ talares gemmis & unionibus penitus obſitæ ſunt. Ille, coronam clauſam, vittæ cujusdam formam habentem, & fere talem, quali Juſtinianus apud Alemannum in notis ad Procopii ἀνέκδοτα p. 77. tectus cernitur, niſi quod altera Conſtantini gemmis & unionibus oneratur, & in parvum apicem deſinit, capite geſtat. Imperatrix, corona ſimiliter gemmea & margaritata redimita eſt, ſed aperta cuſpidata. Medium inter Conſtantinum & Helenam locum, nuda Crux, coloris ſpadicei occupat, cui clavus in medio ex transverſo imponitur. Cruci Auguſtus & Auguſta manus admovent. Illius effigiei additur:

Ὁ ἅ
ΚΩΝ
STAN
TI
ΝΟ
C.

Helenæ imago adjunctum habet:

Ἡ ἁ
ἙΛΕ
ΝΗ.

In

In tabula XIII. numerantur quaſi quædam globulorum (grober Schröt) e bombarda emiſſorum,relicta,minime tamen pervia veſtigia. Claudunt tabulam valvæ,in quibus foris & intus, hinc B. Deipara, illinc Gabriel Angelus,alternative figurati conſpiciuntur. Cætera, quæ de hac tabula notanda ſunt,duplex, ſed eorundum verborum docet inſcriptio, quarum una cum in edito poſita,& literis vetuſtioribus ſcripta eſſet, atq; ſic ægre legeretur,infra nova alia acceſſit:

Als man zehlet tauſend vier hundert und ſechs und dreiſſig jahr hat die Herrſchafft zu Venedig ein Statt dem Türcken zugehörig Chettelin genannt / durch ihr verordnet kriegsvolck erobert / darin iſt die gegenwertige Tavel und dabei glaubwirdig Schrifften und Anzeigung erfunden worden / der meinung / daß ſolche Tavel ein Contrafactur des Kaiſers Conſtantini und der heiligen Sanct Helene ſeiner Mutter / auch irer bildnus / dieweil ſie bede noch im leben geweſt / gleich gemacht ſey. Demnach hat Pirotreſſa ein Patron von der Venediger Schiff / ſolche contrafaite Tavel zu ſich auf ſein Streitſchiff genomen / undt bey einem halben jahr mit im auf dem meer gefürt. Wiewol nun der gemeldt Patron und ſein mitverwanten / ee ſie anheims gelangt / von den ſeinden mit geſchütz und anderer trefflicher wehre zu mehrmalen beſtritten / und in ſolcher auf dieſelbe tavel etwo viel Schüß mit büchſen und armbrüſten beſchehen ſein / ſo hat doch ſolcher Schüß keiner auf der tavel haften oder verfahen wollen / ſonder iſt durch gemelten patron gantz unverletzt gen Venedig gebracht / und uf des patrons glaublich anzaige ſolcher geſchichte von der Herrſchaft zu Venedig mit groſſer ſoleñitet und proceſſion aller prieſterſchaft / die dem patron entgegen gefahren / empfangen / und daſelbſt zu Venedig in Sanct Helene Kirchen beleitet und aufgehangen / auch von mañiglich für ein ſonder wunderbarlig Heiligthumb mit andacht geehret und hochgeacht / etwo viel jahr alſo daſelbſt gehangen / und nachmaln durch ſonder gunſt und freundſchaft hieher gen Nürmberg kommen. Die wiſſe ein jeder mit andacht zu verehren.

Foris,extra templum,in area meridionali,*Georgius Kötzel* A. 1459. *Sacellum* excitavit, plane ea forma & habitudine,quam habet illud, cui Hieroſolymis Dominicum Sepulchrum ineſt.

Conradus Gros, quem Templum autorem habere diximus, ſumtus perpetuo duraturos conſtituendo, ordinaverat quoque, ut aſſidue *XII. Scholaſtici*, ſimul agentes ſub Pædagogo, liberaliter alerentur, cantandis in eo, ſtatis temporibus, Horis Canonicis. Poſtquam hic Altdorfi munificentia Incluti Senatus Noribergenſis auſpicato A. 1575. Academia condita eſt, ille cœtus huc commigravit, & ceſſit in doctorum Virorum, Eccleſiæ ac Reipublicæ ſalutarem operam navantium, Seminarium.

Amplius, idem opum ſuarum ingentium pie prodigus Groſius, Templo contiguum fecit XENODOCHIVM, quod ad differentiam antiquioris, cui a S. Eliſabetha appellatio indita, *Novi* nomen accepit. Id A. 1487. in auguſtiorem formam redigi cœpit, ad annum usque 1527. continuato opere. Sic evaſit ſtructura pulchra valde & ſpatioſa, ac cui vix parem in Germania deprehendas. Nunquam pigro aëre ingraveſcit, ſed diverſiſſimos ventos, alium alio latere frangit & ſinit: in eoque tum alimonia, tum medicamentis ſalubribus, tam bene molliterque curantur ægri, ut prope illis expediat morbum aut vulnera contraxiſſe. Quod paulo ante laudatus Joh. Jacobus Fuggerus in Chronici Auſtriaci lib. 5. c. 34. memoriæ conſignavit, etiam hic legi debet: Unterdeſſen war K. Friderich / auf den Reichstag zu Nürnberg / mit Reichs- und andern Geſchäften beunmüſſigt. Den 17. April (Anno 1487.) gienge er Kirchfarten / von der Keyſerlichen Burg oder Reichs Veſten in S. Gilgen oder Egidien Kloſter / und von dannen in den Neuen Spital: alda er einen jeden Krancken / mit eigner Hand / einen Fünfer-Schilling gereichet. Auß dem Spital / gienge er in S. Laurentzen Kirche / fürter in den Alten Spital bey S. Jacob / von dar wieder zurücke in S. Sebalds Kirche / und aus derſelben ins Prediger Kloſter: von dannen er nach der Burg und ſeinem Hoflager / widergekehret.

CAPUT X.

De S. Ægidii Templo. D. Chriſtophori imago plerunque foris extra templa ſtatuitur. Ager Noribergenſis Ammonis cornua progenerat, quin &, ceu volunt, in noctis quæ Chriſti Natalitiorum feſtum præcedit, medio, derepente Poma.

A DIVO ÆGIDIO, ad quod, nullo, niſi quem mens fortuito ſuggerit, ordine ſervato progredimur, cognominatum Templum, *Conradus III.* Imperator, ſuaſu S. Bernhardi condidiſſe, & Cœnobium illi adjunctum, Monachis Benedictinis, cum Abbate e Scotia usque accerſitis, inco-

incolendum dediſſe dicitur,conceſſis ampliſſimis reditibus. Erat hic loci antiquitus *Sacellum S. Martini* memoriæ dicatum, quod novæ,quæ addebatur,ſtructuræ,quæq; Crucis formam accepit, includere viſum fuit. Quo vero comode iſta combinatio fieri poſſet, neceſſe erat,unum introitum ſic conſtituere, ut non niſi per deſcenſum aſcenſumque ingreſſuros admitteret. Hartmannus Schedelius ſcripſit : *Conradus Suevus, qui defuncto Lothario in Romanorum Regem declaratus erat,ac ducendæ in Aſiam expeditionis ſuaſu Divi Bernardi Abbatis Clarevallenſis munus aſſumpſit,eam urbem* (Noribergam) *inſtauravit :& inſigne Monaſterium & Abbatiam Ordinis Divi Benedicti ad S.Egidium nuncupatum, in celebriori urbis loco fundavit.* Et Johannes Nauclerus Chronogr. Generat. 39. *Conradus Rex Noribergam Vrbem inſtauraſſe invenitur, in qua et inſigne Monaſterium Ordinis D.Benedicti ad S. Egidium nuncupatum,in celebriori urbis loco fundavit.* Periſtylium Templi, in parietibus undique depictas exhibet imagines eorum,qui in S. Benedicti Ordine claruerunt, ſed ævi vitio prope obliteratas. Leguntur quoque in veſtibulo Verſus, Leonini quamvis, & metri legum expertes, digni tamen ob ſaluberrima monita, qui, ſi minus a deletione, quæ eis imminet,ab oblivione tamen vindicentur.

Judicabit Judices, Judex generalis,
Ibi nihil proderit dignitas Papalis,
Sive ſit Epiſcopus,ſive Cardinalis,
Reus condemnabitur,nec dicetur qualis.
Ibi nihil proderit,multa allegare,
Neq; ad Apoſtolicam Sedem appellare,
Neq; quicquam excipere,neq; replicare.
Reus condemnabitur, ſciet bene quare.
Cogitate miſeri,qui & quales eſtis,
Quid in hoc judicio dicere poteſtis.
Hic non erit Codici locus,aut Digeſtis,
Idem erit Dominus,Judex,Actor,Teſtis.

In Templo, catenis ferreis alligata, e laqueari dependet *Ceti coſta*, enormis magnitudinis,incertum unde, & quam ob cauſam huc delata, niſi forte nimis credula Antiquitas pro oſſe illam accepit immanis marinæ belluæ,quæ Jonam Prophetam, Dei ad Ninivitas legationem curſu pelagio defugientem,deglutivit. Juxta coſtam hanc, parieti applicitus eſt *S. Chriſtophori,Chriſtum puerum ſuccollantis, Coloſſus ligneus.* Inſolens id,nec enim cætero qui facile locus intra ſacras ædes huic Divo conceditur,& prope ſemper, tanquam obſervator,januis & veſtibulis earundem,

rundem, apponitur, aut appingitur. Atque ſic illum pictum quoque exhibebat ambitus exterior, juxta ingreſſum, ædium quas Cœnobium Fontis Salutis ex antiquo in Vrbe poſſidet, quæque exinde der Heils-brunner-Hof vocantur. Subſcriptum erat illi imagini literis antiquis:

CHRISTOPHORE SANCTE VIRTVTES SVNT
TIBI TANTÆ,
QVI TE MANE VIDET NOCTVRNO
TEMPORE RIDET.

Quis verſuum horum ſenſus ſit, nunquam ſane quivi intelligere. Fortaſſe id innuitur, ei, qui ante Chriſtophori imaginem mane præteriens vota concipit, noctu res lætas cupitasque per inſomnia objici.

Quoniam ſic comoditas ſeſe offert, indicandum, præſtare eundem effectû, ſi cervicali ſupponantur, lapides, qui *Amonis Cornuum* nomen habent, & quorum in Noribergenſi, præſertim quatenus huic Oppido vicinus eſt, agro, magna copia cujusvis quantitatis reperitur. Sunt quoq; varii generis, & tam affabre a Natura effícti, ut ars, ſi conetur, ejus ſolertiam ſuperare nequeat: unde apud nos provenientes lapides ejusmodi, potiſſimum in ſcrinia ſua reponunt, qui rerum a Natura productarum faciunt collectiones, eosque etiam longius remoti expetunt. Venit ſolorum horum lapidum cauſa, aliquando ad nos, diligentiſſimus Naturæ ſcrutator, Celeberrimus Vir, *Nicolaus Steno*, & quia in Italia & Gallia familiaritatem cum illo contraxeram, me adiens, rogabat, monſtrarem ei locum, qui præ cæteris Ammonis cornua ſuppeditat. Hunc, Oppido noſtro propinquum, cum perluſtraſſet, mox receſſit, aliarum rerum incurioſus. Cæterum, de vi & efficacia iſtorum lapidum eſt apud Solinum in Polyhiſtoris c. 30. quo Africæ memoria digna percenſet. Ibi de Jovis Ammonis luco, præter alia, narratur: *Illic & lapis legitur, Ammonis vocant cornu: nam ita tortuoſus eſt & inflexus, ut effigiem reddat cornu arietini: fulgore aureo eſt. Prædivina ſomnia repræſentare dicitur, ſubjectus capiti incubantium.*

Occaſio ſermonis poſtulat, ut pulchræ rei, quam territorium Noribergenſe profert, adjungam ſolidum, ex multorum narratione, miraculum. Ejus noctis medio, quæ diem, qua nativitatis Chriſti Servatoris, ſecundum Julianum Calendarium, memoria celebratur, antecedit, alicubi arbores quædam pomiferæ primum frondent, deinde efflorescunt, & mox poma edunt, ceraſorum magnitudine. Fidem res invenit apud Venerabilem & clariſſimi nominis Joh. Michaëlem Dilherrum noſtrum, eumque permovit, ut in libro der Betrachtungen des Lebens des

HErrn:

HErrn JEſu/wie auch ſeiner Apoſtel pag. 350. ſcriberet: Nicht weit von dem Nürnbergiſchen Stättlein Grävenberg/ und auch in der Vor-Statt deſſelben ſtehen etliche Bäume/welche den Herbſt vorher/Aepffel/wie andere Aepffel/tragen/und hernach wiederum/mitten in der Chriſt-Nacht/nach den Alten Kalender gerechnet/ nicht allein blühen/ſondern auch alſobald darauf kleine Aepffelein tragen die ungefehr einer Kirſchen groß ſind/und des folgenden Morgens/die Blühe noch an den obern Theil ſtehend haben. Dergleichen Chriſt-Aepffelein/ wie ſie alda genennet werden/ vor zweyen Jahren/ von dem Herrn Pfleger zu Grävenberg/ mir alſobald an den andern Chriſt-Tag in Baumwollen eingewickelt/herein geſchickt worden: Welche/ wiewol verwelckt/jedoch gar wol kenntlich/ich noch zeigen kan/auch bißhero vielen Fremden/nicht ohn ihre Verwunderung gezeigt habe. Etliche ſolche Aepffelein/ſamt Zweigen von den Bäumen/ ſind mir heuer (Anno 1663.) in der allergroſten Kält/nicht allein von jetzt wolgedachten Herrn Pfleger/ ſondern auch von dem Hern Pfarrer zu Hilpoltſtein/ welches Nürnbergiſches Stättlein/eine Meilwegs von beſagten Grävenberg ligt/überſendet worden.

In Ægidiani Templi, ad quod poſt receſſum retrogradimur, aditu magno, A. 1433. exſtructo (qui tamen minime, qualis olim erat, ſupereſt,) aliquando Provinciale Judicium exercitum fuiſſe, Annales commemorant. Abbas Cœnobii dignitatem meruit, ut inter Ordines Imperii locus ei concederetur. Vnde legitur in Matriculis recentioribus: Die Stadt Nürnberg zeucht aus/ ſine onere, vigore ſententiæ Cameralis den 27. Oct. 1597. die Abbtey Ægydii oder S. Jlgen in Nürnberg/ſo mit 1. zu Roß/7. zu Fuß/oder 40. fl. belegt geweſen.

CAPVT XI.

De Templo Patrum Prædicatorum. Huic contigua eſt Bibliotheca. Petrus Apoſtolus vixit in conjugio. Rariores Bibliothecæ libri enarrantur. Falſo nuncio creditum, nuper Ticini repertum eſſe S. Auguſtini corpus: item, Magno Hetruriæ Duci attuliſſe Judæum libros Hebraicos, ſcriptos a Davide & Prophetis. Vetus conſuetudo eſt, donare Pocula in ſignum amoris. Menſa Iſiaca amiſſa, emerſit rurſus e tenebris in lucem.

ID quod ſecundum *PATRES PRÆDICATORES* cognominatur, Divæ autem Mariæ Virgini ſacratum fuit Templum, cum adjuncto Cœnobio, circa finem Seculi a Chriſto nato XIII. ex collectitia ſtipe ædificatum eſt, locum illi ſtruendo concedente *Ottone Wincklero*, Cive

& viro integerrimo. Non habeo valde memoria dignum, quod de eo commemorem. Epitaphium *Michaëlis Raphaëlis* tamen, Maximiliani I. culinæ Præfecti, qui Imperatore hoc A. 1489. in Vrbe aliquandiu commorante, diem obierat ſuum, & in Templo iſto ſepulturæ traditus eſt, quia ſemper cum laude nominandus Joh. Jacobus Fuggerus lib. 5. Chron. Auſtr. c. 38. lectu dignum judicat, non id gravabimur recenſere;

ID QVOD ES ANTE FVI: QVID SIM POST FVNERA QVÆRIS:
QVOD SVM QVICQVID ID EST ID QVOQVE LECTOR ERIS.
IGNE. PARS COELO CESSIT PARS OSSEA RVPI,
LECTORI CESSIT NOMEN INANE MICHEL.

Templo nunc juncta cernitur BIBLIOTHECA Publica, cui poſt Imperatoriam, Regiam Gallicanam, & Auguſtam Guelphicam, quartum locum, ex peregrinantium aſſertione, adjudicat Oldenburgerus, parte 4. Theſauri Rerumpublicarum. Addit mox: *Inſpici ibi meretur Manuſcripta S. Ignatii ad Philadelphenſes Epiſtola, in qua ſcribit, S. Paulum, ut & reliquos Apoſtolos fuiſſe uxoratos.* Sed, ne quid diſſimulem, non reperitur Ignatii Epiſtolarum in Bibliotheca exemplar Manuſcriptum. Sola ibi extat Plantiniana editio, & quæ, loco qui innuitur, in Latina verſione, ad Pauli nomen additum habet in margine: *Pauli nomen, in antiquiſſimis Codicibus Anglicanis, & aliis, non extat: unde Doctiſſimi pleriq;, oſcitantiæ ſciolorum aut ſcribarum cenſent aſſumentum.* Leve ergo, & inane prorſus eſt, quod notare jubet Oldenburgerus. Illud potius obſervationem meretur, quod, cum S. Ambroſius ad 2. Cor. XI. 2. annotavit: *Omnes Apoſtoli, exceptis Johanne & Paulo, uxores habuerunt*: quendam in Ambroſii MS. Bibliothecæ Codice, Pauli nomine litura deleto, Petri nomen ſubſtituiſſe. Monachum quendam, ex præpoſtera erga Apoſtolorum coryphæum pietate, id auſum eſſe dubitari nequit, ac fuere ſub Reformationis tempora, qui per Monachorum Cœnobia ſparſi erant MSS. Libri, in unam communem Bibliothecam redacti, unde hæc, de qua nobis ſermo, primum enata eſt. Velim equidem ſcire, quid is homo deſignaſſet, ſi in S. Chryſoſtomi, ceu mihi nuper contigit, (uti ſoleo S. Patris lectioni, cum ab aliis laboribus ceſſationem ſacri dies indicunt, unice vacare.) Homiliam contra Judæos, Gentiles & Hæreticos, quæ eſt Tomo VI. Operum, & verba illius incidiſſet ſequentia: Βλέπε καὶ Πέτρον, τὸν ϛύλον τῆς ἐκκλησίας· ὅτι καὶ αὐτὸς γυναῖκα εἶχεν· οὐ γέγραπται, ὅτι Πέτρος γυναῖκα εἶχε· πόθεν οὖν δῆλον, ὅτι γυναῖκα εἶχεν; ἐγὼ λέγω. εἰσῆλθε, φησιν, ὁ Ιησοῦς, πρὸς τὴν πενθερὰν Πέτρου· καὶ ἦν ἐκείνη ἀῤῥωϛοῦσα,

καὶ

καὶ ἥψατο αὐτῆς. καὶ ἔφυγεν ὁ πυρετὸς αὐτῆς, καὶ διηκόνει. ὁρᾷς ὅτι καὶ Πέτρος γυναῖκα εἶχεν; ὅπου γὰρ πενθερὰ, εὔδηλον ὅτι καὶ γυνή. μήτι διαβάλλῃς τὸν γάμον. Ducæanæ editionis verſio eſt : *Vide & Petrum Eccleſiæ columnam : quod & ipſe habuit uxorem. At, non eſt ſcriptum, inquit* (legendum *inquis*) *quod Petrus habuit uxorem, unde ergo liquet, quod uxorem habuit? Ego dico : Ingreſſus eſt Jeſus ad ſocrum Petri : & erat illa infirma, & tetigit eam, & reliquit eam febris : & ſtetit, & miniſtravit. Vides, quod & Petrus uxorem habuit? ubi enim ſocrus, manifeſtum quod ibi & uxor. Vides, quod & Petrus uxorem habuit? ne incuſes nuptias.*

Cæterum, eſt omnino Noribergenſis Bibliotheca, tum excuſis, tum MSS. libris inſtructiſſima, quin & multa Mathematica Inſtrumenta, aliasque natura & arte mirificas res ibi ſpectare licet, unde ipſum LEOPOLDVM, Auguſtum Imperatorem noſtrum, cui DEVS perpetuo benefaxit, A. 1658. cum electione coronationeque Francofurti feliciter peractis, Noribergam veniſſet, hoc ἰατρεῖον ψυχῆς ingreſſum, & curioſis oculis omnia rimando, in eo diutule moratum eſſe non pœnituit.

Luſtrantibus ergo Bibliothecam, ſtatim ſe offerunt ſpectanda Volumina ingentia X. Muſicæ Choralis, quæ *Margareta*, Carthuſiani Ordinis circa XV. Seculi initium Sanctimonialis, ſola, in membrana deſcripſit, & paſſim coloribus diſpunxit. Eadem deſcripſit Biblia quoque Latina integra, minutis literis, ſtupenda prorſus diligentia, & laboris aſſiduitate. Quamobrem, Celebris *Dilherrus*, qui, quoad Supremum Numen & fata ſinebant, præter alia, quibus fungebatur, ſacra munera, hujus quoque Bibliothecæ præfecturam geſſit, quoties Volumina iſta peregrinis oſtendebat, ſimul addere conſuevit : Hæc quidem Monialis, ſi quæ unquam fœmina, dictum ſibi putavit illud : *Vide, ne Diabolus te inveniat otioſam.*

Sequitur nunc Index rariorum quorundam (quis enim omnes recenſere valeat?) Bibliothecæ MSS. librorum, *Johanne Sauberto*, Theologo Noribergenſi & Bibliothecario, in Orationibus de commiſſa ſibi Bibliotheca, potiſſimum ſe nobis præſtante nomenclatorem.

Membrana quædam antiquiſſima, in qua ipſius Claudii Ptolemæi manu ductæ figuræ.

Ptolemæi ejusdem Coſmographia, manu Trapezuntii correcta.

Archimedis liber Græcus de Sphæra & Cylindro.

Euclidis Geometria.

Julii

Julii Firmici libri Aſtronomicorum.

Homeri, Heſiodi, Sophoclis, Pindari, Æſchyli, Ciceronis Rhetoricorum & Officiorum, Senecæ Epiſtolarum, Virgilii, Horatii, Ovidii, Juvenalis, exemplaria antiqua.

Joſephus de Bello Judaico.

Euſebius Cæſarienſis, & Egeſippus.

Origenis plurima. Chryſoſtomi Homiliæ variæ. Opera Hieronymi.

Auguſtini Opera XII. Voluminibus comprehenſa.

Atq; hujus quidem S. Patris libris merito ſummum ſemper pretium poſuit Eccleſia, ut de hoc theſauro gratulari libeat Bibliothecæ Noribergenſi. Nuperrime, ante paucos menſes, per univerſam Europam percrebuit Italorum relationibus diſſeminatus rumor, etiam corpus S. Auguſtini, quod quo gentium delatum eſſet, nemo hactenus ſciverat, ex inſperato ſub ara cujusdam Ticinenſis Templi repertum fuiſſe, & jam paſſim tripudiabant immenſo gaudio, vixque præ lætitia apud ſe erant, quibus Sanctorum Lipſana curæ ſunt cordique. Enimvero Vir, quem non literæ magis, & ſpectata inter omnes eruditio, quam virtus, ingenuusque candor commendant, *Antonius Magliabechius*, per literas familiariter me monuit, præmaturam fuiſſe iſtam, quæ exorta eſt, publicam hilaritatem, nec eventum votis reſpondiſſe. Addidit & fragmentum epiſtolæ quam ad ſe Ticino ante diem 22. Decembris anni 1695. *Ludovicus Antonius Muratori*, Vir Doctus, perſcripſerat. Id nos, quia cum bona Magliabechii gratia hoc fieri poteſt, aliis pariter non invidebimus. *E ſuanita la ſperanza, di auer trouato il Corpo di S. Agoſtino in Pavia, auvegna che vi concorreſſero molte probabilità, per provarlo tale. Il luogo, perche rinvenuto ſotto l' Altarè di detto Santo: la Caſſa, perche d' Argento e di molta richezza. Qualche letera rimaſta ſopra la calce ove era un poco d' Epitaffio, ed altre ſimili raggioni. Mà tutto queſto probabile, non è giunto a fare una certezza, ed a recarne coſì gran fortuna.* Liberavit me ſimul idem Magliabechius alio errore. Quanquam, quid dico eum liberaſſe me errore? Non profecto tam blennus & ſtipes eram, ut crederem, quod una quaſi cum narratione de exuviis Auguſtini inventis, circumferebatur & jactabatur in triviis. Nimirum Florentiæ Judæum Chriſtianæ religioni nomen dediſſe, obſtetricante in regeneratione ipſo Magno Hetruriæ Duce, ad quem, Judæus ille, Davidis Hebræorum Regis, & Prophetarum, aliosque complures, ante, & mox poſt primam Hieroſolymitani Templi devaſtationem ſcriptos libros, detulerit. De hac re, ille noſter, talia monuit: *Dalle nuoue pubbliche, aurà V. S. Ill. inteſo, di un Rabbino, che a' meſi*

paſſa-

paſſati, ſi battezzò qua in Firenze, con grandiſſima ſolennità. Si è communemente detto, ch' eſſo abbia donati a Sua Altezza Sereniſſima alcuni pretioſiſſimi libri manuſcritti. Perche V. S. Ill. facilmente aurà curioſità di ſapere, ſe tal coſa ſia vera, l' aſſicuro, che il detto Rabbino, non hà donato a S. A. S. libro alcuno, ne ſtampato, ne manuſcritto. In margine adjectum eſt: *Il Rabbino che fù battezzato quà, con tanta ſolennità, non é ne meno uomo di grande ſtima.*

Porro, extant in Bibliotheca:

Avicennæ quædam.

Galeni multa.

Ariſtotelis opera, vetuſtiſſimis Commentariis, & Verſione illuſtrata.

Opera Bernhardi.

Damaſceni pleraque.

Thomæ Aquinatis Opera, XV. Voluminibus diſtincta.

Opera Hugonis Cardinalis.

Nicolaus Lyranus in Vetus & Novum Teſtamentum.

Abbatis Joachimi Notæ in Apocalypſin Johannis, tomis duobus.

Grammatica Theodori Gazæ Græca, αὐτόγραφον.

Theonis Commentarius in Syntaxin Ptolemæi, quem librum Johannes Regiomontanus a Beſſarione dono ſe accepiſſe, manu ſua teſtatur: Beſſarion vero inſcripſit: Τοῦ Θέωνος εἰς τὴν Πτολεμαίου σύνταξιν βίβλος, ἐμοῦ Βησσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τυσκωλώνων.

Codex Juris Civilis.

Opus Muſicum, ab ipſo Principe Mauritio, Haſſiæ Landgrafio, magnam partem concinnatum, & Senatui Noribergenſi dono datum.

Volumina duo Aichſtättenſis Horti, quæ florum ad vivum pictas imagines referunt.

Multa alia ſciens prætereo. Præter libros, in fama ſunt, & in pretio habentur:

Globus Cœleſtis unus, Terreſtres duo, non æri inciſi, nec typothetarum characteribus inſigniti, ſed doctiſſimorum hominum manibus ſcripti.

Vitrum, quo B. Lutherus, Celebrem Theologum Juſtum Jonam donavit. Repræſentat amborum imagines inciſas, & & verſus inſuper:

DAT VITRVM VITREO IONÆ VITRVM IPSE LVTHERVS,
VT VITRO FRAGILI SIMILEM SE NOSCAT VTERQVE.

Dem alten Doctor Jonas/
Bringt D. Luther ein ſchön Glaß/
Das lehrt ſie alle beyde fein/
Daß ſie gebrechliche Gläſer ſeyn.

Fuit (ne quis hoc donum Luthero vitio vertat) mos Pocula donandi, ceu ex variis Homeri teſtimoniis conſtat, antiquiſſimus. Adſcribimus ex Odyſſea Δ Menelai, Telemacho factam, pollicitationem:

Δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον· ἀργύρεος δὲ
Ἔστιν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται.
Ἔργον δ' Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ Φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεὺς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν
Κεῖσέ με νοστήσαντα. τεῒν δ' ἐθέλω τόδ' ὀπάσαι.

Dabo tibi Craterem elaboratum: argenteus autem
Eſt totus, auro autem labra immixta ſunt:
Opus autem eſt Vulcani, dedit autem ipſum nobilis heros
Sidoniorum rex, quando ejus domus ſuſcepit
Illuc me profectum. tibi autem volo præbere.

Repetitur totum hoc verbo tenus in Odyſſea O. Alcinous Phæacum Rex, in Odyſſea Θ ad Areten conjugem ait de Vlyſſe:

Καί οἱ ἐγὼ τόδ' ἄλεισον ἐμὸν περικαλλὲς ὀπάσσω,
Χρύσεον, ὄφρ' ἐμέθεν μεμνημένος ἤματα πάντα
Σπένδῃ ἐν μεγάρῳ Διΐ τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν.

Atq; ei ego hoc poculum meum pulchrum præbebo
Aureum, ut mei memor diebus omnibus
Libet domi ſuæ Joviq; aliiſq; Diis.

Manſit

Manſit deinde conſuetudo, pocula mutuo in amoris mnemoſynum donandi, apud plerasque gentes. Imprimis Germani ea uſi ſunt, atque utuntur etiamnum. Cum Carolus V. Cæſar A. 1541. Noribergam veniſſet, præter humillimi obſequii ſigna edita alia, Senatus Numini Majeſtatique ejus devotus, Poculum aureum illi offerebat, in quo Numi aurei centum repoſiti erant, quorum valor ab unius æſtimio, continuo progreſſu, ad centum usque ſeſe identidem multiplicabat. Solent Arithmetici hoc problema diſcipulis proponere, & oſtendere, quomodo levi negotio ſumma ineunda ſit. Hanc, ipſamque rem indicat Chronicon noſtrum MS. Noribergenſe: Am 17. Februarii ſchenckt man der Röm. Käy. May. ein guldne Scheuren / darinnen hundert Stuck Goldes waren / alſo daß das erſt ein Goldgulden / das ander zween / das dritt drey / und alſo fort hinaus bis auf das hunderte / welches hundert Goldgulden galt. Thun dieſe Stück zuſammen fünfftauſend und funfzig Goldgulden.

Denique oſtenditur in Bibliotheca Abacus ligneus, eleganter Chronologiam totius Veteris Fœderis, ſecundum Patriarcharum, Judicum, Prophetarum, Regum & Pontificum ſeriem, inſculptam exhibens. Communiter exiſtimant a Johanne Regiomontano profectum eſſe hoc opus, quod Saubertus, incorrupti Vir judicii, Menſæ Iſiacæ longe præferendum eſſe cenſuit.

Quoniam *Iſiacæ Menſæ* facta mentio, operæ pretium eſt indicare, quæſiviſſe a me haud ita pridem per literas, Illuſtrem Virum, *Gisbertum Cuperum*, Incluti Senatus Potentiſſimorum Ordinum Fœderati Belgii ex Tranſiſalana Provincia Aſſeſſorem, num videretur mihi rem acu tetigiſſe Clariſſimus *Olaus Rudbeckius*, dum in parte ſecunda Atlanticæ, Menſem Iſiacam nove ita exponit, ut Calendarium eam fuiſſe contendat. Reſcripſi ego, non eſſe mihi Sphingem domi ut Hortenſio, nec tantum me mihi ſumere, ut de iis, quæ nullus aſſequor, judicium interponam. Ἐφ' οἷς δὲ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ. Non negari tamen poſſe, pulchra ac erudita eſſe, quæ Rudbeckius diſſeruit: mirari me interim, cum ſolius Pignorii tanquam Menſæ Iſiacæ expoſitoris nominatim mentionem faciat Rudbeckius, non viſum illi eſſe Syntagma, quod *Athanaſius Kircherus* de Menſa Iſiaca compoſuit, inſeruitq; Oedipo Ægyptiaco, ac in quo non tantum quid majora emblemata in receſſu habeant, revelare ſe nobis ſibi viſus eſt, ſed & idem inſuper de limbis, qui tabulam ambiunt, & interſectionibus ejus præſtitit, non raro ad minutias adeo figurarum hinc inde ſparſas, etiam deſcendens, tanta, veritatem e profundo ſe eruiſſe, fiducia, ut omnes ſedulos Lectores, *rectum quoq;, ſincerum, & ingenuum, nul-*

um, nullis cavillis obnoxium, de vera & genuina Tabulæ a ſe peracta interpretatione judicium daturos confidat. Sic autem viſum eſſe Kirchero, *hanc Menſam*, quod ejus verbis dicendum ſit, *nihil aliud fuiſſe, niſi totius Ægyptiacæ Theologiæ, tum practicæ, tum theoreticæ, epitomen quandam & anacephalæoſin. Doceri in ea primo omnem triplicis Mundi, Archetypi, Intellectualis, & Senſibilis conſtitutionem; quomodo videlicet Paterna Mens ſeu ſuprema divinitas, veluti ex centro quodam, in univerſam Mundorum, tam ſenſibilium, quam inſenſibilium circumferentiam agitata, omnia moveat, omnia animet, ac omnia triadis ſuæ charactere inſigniat. Deinde, quomodo per fundum paternum ex tribus triadibus conſtitutum (quod fundum nonnulli Jynga, quidam ἑστιάρχην παντόμορφον, alii, ut Platonici, Mundi animam, Philo σοφίαν κοσμοτεχνῖτιν appellent) univerſa moderetur: & quomodo unaquæque trias, Patre, Potentia, & Mente, triade perfectiſſima, fontanæ triadi fidei, veritatis, & amoris complicata exiſtat.* Cæterum, pergebam ego, habere me nihilo ſecius, quod de Menſa Iſiaca, illi ſine dubio aliisque ignoratum, moneam probe. Conſtare nimirum, poſt Petri Bembi Cardinalis obitum, Menſam Iſiacam una cum aliis antiquitatis monumentis A. 1547. obtigiſſe Vincentio Mantuano Duci. In ejus & Succeſſorum Cimeliarchio conditam manſiſſe ad hujus Seculi annum usque trigeſimum. Eo, quia Mantua a Ferdinandi II. Cæſaris milite expugnata, victoribus in prædam ceſſit, amiſſam fuiſſe Menſam, nec quemquam mortalium cognitum habuiſſe, quid illi ſit factum. De hac re, Kircherum, qui Menſam *ab Ægyptiis, & in Ægypto, & quod amplius eſt, ante Cambyſis in Ægyptum facta irruptione, eo videlicet tempore, quo maxime hieroglyphicæ literæ in Ægypto florebant, confectam eſſe*, arbitratus eſt, ſic ſcripſiſſe: *Tabula dicitur Iſiaca, quia Iſiacæ, hoc eſt, Ægyptiacæ Theologiæ ſummam continet; Bembina dicitur, eo quod Bembus Cardinalis, ſummo Reipublicæ literariæ bono, eam primus ab interitu vindicatam, Orbi protulerit. Nam a fabro quodam ferrario, qui illam in Borboniana Vrbis direptione comparaverat, pretio non contemnendo redemptam, veluti admirandum quoddam veteris Sapientiæ monumentum, in Muſeo ſuo, rebus omnibus ad literarum antiquitatumque notitiam ſpectantibus inſtructiſſimo, usque ad mortem conſervavit: quo fatis functo, tandem Duci Mantuæ ceſſit, in cujus Gazophylacio, inter illuſtrium antiquitatum monumenta, aſſervata fuit, usque ad annum 1630. quo, in miſeranda Mantuanæ Vrbis direptione ita evanuit, ut tametſi ſummo ſtudio inſtitutum ſit, ut ſciretur, quid tandem de ea factum ſit, in hunc usque diem nemini explorare licuerit.* Aſſero igitur, inquiebam porro, ad te, flos Virorum, *Cupere*, nuncium, cujus maxime te participem fieri velle opinor. Bonum factum! Ante hos triginta, & quod excedit, annos, Tabulam Auguſtæ Taurinorum Archiater, Sabaudiæ Ducis, cujus nomen memoriam meam fugit, ſed qui tamen ipſe rem

mihi

mihi narravit, inter vetera ferramenta reperit rurſus, &

Jaces indigno, quanta res, dixit, loco!

Translata illico eſt, a ſordibus, quibus obſita erat, repurgata, in Ducale Palatium. In hoc ſervatur, in hoc, quoad collibitum erat, eam contemplandi poteſtas mihi conceſſa fuit. Quantum recordor, nec, quod Kircherus prodidit, *tota ærea eſt, nec figuris, partim encauſto, quod ſmaltum vocant, partim argenteis lamellis, quibus figurarum ornamenta, & habitus mire condecorantur, affabre inſertis, conſtat.* Chalybea mihi videbatur, figuræ omnes inciſæ ſunt, earumque crenas aurum opplet, citra encauſtum, citra argenti lamellas. Jacet ſuper Tabula repoſitus liber, quem Dux magni nominis Carolus Emanuel I. Philippi II. Hiſpaniarum Regis gener, de vitis Illuſtrium Principum compoſuit, ſuaque deſcripſit manu. De hoc theſauro inſigniter ſibi gratulabatur, quæ tum tutelam Filii impuberis adminiſtrans, rebus præerat *Chriſtiana Franciſca*, Sabaudiæ Dux & Cypri Regina, ſic enim vocari geſtiebat, & ſic inſcribi juſſit tabellæ votivæ, quam, cum Filius ex morbo convaluiſſet, in Templo Dominæ Angelorum ſuſpendit:

D. ANTONIO A PADVA

VT CAROLVM EMANVELEM II. SAB. DVCEM

CYPRI REGEM

LVCVLENTA PROTECTIONE SERVATVM

IN POSTERVM VALIDO PATROCINIO MVNIAT

CHRISTIANA FRANCISCA SAB. DVX CYPRI REGINA

JVGITER DE FILII REGNIQVE INCOLVMITATE SOLICITA

D. D.

ANNO MDCLIII.

Finiunt de Bibliotheca narrationem, Inſcriptiones quibus janua ejus notatur. Foris legitur:

D. O. M. S.

Illuſtris cura, ſtudioq; favente Senatus,
Heic habitant Muſæ, Pallas, Hygeia, Themis.
Et Dea Lux veri: & Reverentia Numinis. Hoſpes,
Paſce volens licitis mentem oculosq; modis.
Aſt ungues cobibe: Rhamnuſia non procul, & quæ
Supremam claudit Mortis imago locum.

Intus ſcriptum eſt:

Pulchra quidem res eſt Mundi Sapientia Mundo,
Atq; ſuæ Charites concomitantur opes:
Vna ſed ante omnes omnis Sapientia cœlo
Regnat, & eximium eſt, quicquid Olympus habet.

CAPVT XII.

De S. Jacobi Templo, & Domo Teutonica. De Monialium S. Dominici, Fratrum Auguſtinianorum, & Franciſcanorum Diſcalceatorum Cœnobiis. S. Marthæ Xenodochium, & S. Claræ Cœnobium quos habuerit fundatores. Creditum eſt Catharinam Ebneriam Monialem cum Chriſto egiſſe familiariter. Johannis Tauleri Theologi laus.

CIrca Seculi XIII. finem, Familiæ nonnullæ peregrinæ Nobiles, quæ in Vrbe Noriberga conſederant, non memoriæ tantum S. JACOBI Apoſtoli Templum dedicarunt, ſed & ex adverſo ejus *Equeſtris Teutonicæ Militiæ commodo Domum excitarunt*, *cum adjuncto Xenodochio*, quod ad differentiam alterius Novi, *Vetus* dictum eſſe, ſupra innuimus; proprium cognomen ſecundum *S. Eliſabetham* inditum erat. Quondam a Teutonica Domo, per Ambulacrum columnis impoſitum, in Jacobi Templum fiebat tranſitus, quorum, cum Guſtavus Adolphus Sveciæ Rex in Vrbe ageret, Ambulacro diruto, facta eſt ſeparatio.

Teutonicæ Domui, der Haus-Commenthurey/ *Sacellum* jungitur, in quo Romanæ Eccleſiæ addicti, ſacrorum ſuorum uſum habent. Atque notandum, eſſe id Noribergæ ſingulare, quod hi, quos diximus, Romano Pontifici mancipati, uno & eodem tempore cum reliquis, qui omnes Proteſtantium religionem profitentur & ſecundum Julianos faſtos tempora computant, Vrbis habitoribus, Papæ ſine dubio indulgentia, dies ſuos feriatos agunt. Cauſa rei, quod maxima pars eorum, qui Romano Catholicam religionem tuentur, ex Opificum operariis, denen Handwercks-Geſellen / & peregrinis ſervis ac ancillis componitur. Quod ſi autem iſti, cum magiſtris, redemtoribus, & dominis, non iisdem diebus feſtis profeſtisque uterentur, ſumma oriretur omnium rerum confuſio, & magnum hi detrimentum paterentur. Et vero, apud Rhætos, in Curienſi Vrbe, ipſe Pontifici Ro-

ci Romano obſequium præſtans Epiſcopus, cum diœceſi ſuæ ſubjectis, ad formulam veteris Juliani Calendarii init temporum rationes.

S. CATHARINÆ Templum, *Crato Langius* condidit, & teſtis eſt tabella, ad ſepulchrum ejus in columna appenſa, quæ inſcriptum habet:

Hier ligt begraben Craft Lang / der ein Stiſter geweſen dieſes Gottshaus am Gerdrauten Tag in der Faſten / da man zehlt 1314. Jahr / als das Kloſter geſtanden / als lang da man zehlt 1292. Jahr / am Dominicus Tag als er da iſt begraben worden.

Nimirum, ante hunc, *Conradus de Neumarck* A. 1292. *Cœnobium Monialium, ſecundum S. Dominici diſciplinam* excitaverat, evocatis Frauen-Auraco Monialibus XVI. quarum tenue, in quo ſuis ſacris vacabant, Sacellum, a Cratone non modici Templi formam habitumque accepit. In hujus Choro Conradus terra conditus jacet, ac monumento eminenti additur epigraphe:

ANNO CHRISTI MCCXCVI. OBIIT CONRADUS DE NOVO FORO FUNDATOR HUIUS CLAUSTRI.

In hoc Templo, Phonaſcis, denen Meiſter-Singern / ſua conceſſum eſt feſtis diebus

—— *arguta modulari carmina voce.*

S. AUGUSTINI EREMITANIS FRATRIBUS, principio extra Urbem, in loco, qui haud procul a Porta Nova abeſt, Cœnobium A. 1218. exſtruxerant *Naſſoviæ Comites*. Illud A. 1235. diruere, & Monachos in Urbem recipere viſum fuit, condito in Vinarii Fori confinio novo Cœnobio, cui A. 1485. Templum ſub *S. Viti* tutela acceſſit. Monachis, ſuperiori ævo cedentibus, reditus eorum ad alios pios uſus & publicas, eleemoſynas Senatus convertit.

DISCALCEATIS MONACHIS S. FRANCISCI, ſimiliter *Naſſoviæ Comites*, quibus *Conradus Waldſtromerus* ſe aſſociavit, A. 1206. de Cœnobio proſpexerunt, Iſtud deinde expoſitis, aut parentibus orbis infantibus, receptum præbuit.

Sed & S. MARTHÆ TEMPLUM, cum *Xenodochio*, quod additum habet, originem debet *Conradi Waldſtromeri* inſigni liberalitati. Peregrinis pauperibus etiamnum per triduum hic commorari licet, nihilque iis deſit.

Anno

Anno 1208. Vetuſtæ proſapiæ nobile germen *Fridericus Ebnerus* Sanctimonialium habitationi, D. CLARÆ COENOBIVM excitavit, quo perfecto, ipſe in Franciſcanorum Diſcalceatorum gregem ſeſe intulit; moriturus tamen, corpus exanime in abs ſe conditi Cœnobii Templo ſepeliri juſſit, quod etiam factum eſt. Dedit poſtea, ex interjecto ſeculo, eadem Nobiliſſima Ebneriana Familia, *Catharinam*, Virginalis Cœnobii Vallis Angelicæ, quod extabat tribus ab Vrbe Noriberga milliaribus, Antiſtitam, fœminam religioſiſſimam, & cum qua creberrime Servatorem egiſſe, ſuaviſſimosq; miſcuiſſe ſermones invaluit quondam opinio. Exhibitus mihi aliquando fuit ſpiſſus liber MS. ex criteriis omnibus, certo certius Catharinæ temporum æqualis, plenus narrationum de hac Chriſti cum illa neceſſitudine ac familiaritate, eaque tam arcta, ut vix inter homines major contrahi queat. Duo ex illo mihi excerpſi. Vnum, quod Chriſtus aliquando querulus Catharinæ dixerit: **Jch bin ein armer Pilgerim: die Heiden die kennen mein nit; di Juden die wollent mein nit; ſo iſt ſo groß werr in den Chriſtenlichen landen/ daß ſi mein kein war nement.** Vah! ſi ſic olim lamentatus eſt Servator, quales hac tempeſtate ejus quiritationes & ejulatus eſſe credimus, qua

—— tot bella per orbem,
Tot ſcelerum facies.

Omnis Europa undique flagrat immani, atroci, ardentiſſimo incendio, & niſi ex machina Deus noſtri miſereatur, periimus.

O nos dura ſorte creatos!

Alterum, quod maximopere mihi notandum duxi, (& notent hoc alii quoq;, quibus incorruptæ Religionis vis & ſenſus aliquis ineſt) erant verba: **Am nechſten tag nach S. Andreas tag/ wart ir funt getonn von got von einem prediger/ der hieß Dr. Tauler/ das der got der liebſt menſch wer/ der er uf ertreich ein het.** Concordat cum iſtis Lutheri de Taulero judicium, quo, Viro ſummis præconiis digno, Vito Ludovico a Seckendorf in Lutheranismo lib. 1. ſect. 8. §. 8. teſtimonium perhibente, ad Spalatinum ſcribens, commendavit *Joh. Tauleri Sermones, ac neque in Latina, neque in Germanica lingua vidiſſe ſe dixit Theologiam ſalubriorem, & cum Evangelio conſonantiorem.* Nimis a Supremi Numinis ſententia, certe a veritate, intemperiis actus receſſit Johannes Eccius Theologus, Papæ hyperaſpiſtes, & Lutheri hoſtis acerrimus, qui Taulero tantopere inimicum ſe præbuit, eumque ſic conviciatus eſt, ut Ludovicus Bloſius Abbas Lætienſis neceſſitatem ſibi impoſitam crederet, pro Taulero Apologiam adornandi. In ea ſcripſit: *Quum intellexiſſem, pleroſq;*

roſq; a lectione librorum D. Johannis Thauleri deterreri verbis Joannis Eckii, operæ pretium eſſe duxi, paucis ea refellere, quæ in ipſum Thaulerum minus conſiderate ſcribit Eckius. Hic enim disputans adverſus Mart. Lutherum hæreſiarcham, tertio libro de Purgatorio Thaulerum appellat ſomniatorem, eumque hæreſeos inſimulare videtur: nihil tamen adducit, quo comprobet, illum eſſe hæreticum. Qui, ſi diligenter legiſſet ejus Lucubrationes, longe aliter de eo ſenſiſſet. Nam Thaulerus Catholicæ fidei Cultor integerrimus eſt. Ea, quæ ſcripſit, ſana & plane divina ſunt, ut cognoſcere poſſunt omnes, qui in illis ſunt verſati. Sed Eckius ardore Eccleſiæ ſuccenſus, indigne tulit, quod Lutherus magnifice laudaret Thaulerum, & ſententiis ejus ſua prava dogmata confirmare niteretur. Circa finem Apologiæ legas: *Ipſe itaque Thaulerus non acerbe in odium adducendus, ſed ut eximius orthodoxusque Theologus, ac ſingularis Dei amicus, commendandus eſt. Eckius non putans ſe falli, dicit: Vtinam Thaulerus prorſus lateret, & non involaret in Monaſteria. Ego vero in Nomine Domini dico: Vtinam Thaulerus ubique gentium cognitus, & in omnia Monaſteria receptus eſſet, atque a quamplurimis diligentiſſime legeretur.* Nos, Amen! Sela! acclamamus ex formula. Extat liber de Revelationibus Catharinæ Ebneriæ, in Bibliotheca indolis generoſæ, & in magnam ſpem Patriæ ſuccreſcentis, *Hieronymi Wolfgangi Ebneri*, quem peregre profectum, DEVS tueatur, ac ſoſpitet!

CAPVT XIII.

De Carthuſianorum Cœnobio. Laurentii Beyerlinck criminatio refellitur. Fas fuit Ordinibus Imperii Proteſtantibus, Monaſteriorum reditus ad alios pios uſus transferre.

ANno poſt Chriſtum natum MCCCLXXX. conſilium cepit *Marquardus Mendelius*, exſtruendi COENOBII CARTHVSIANORVM, erogatis in eam rem univerſa ſubſtantia ſua, omnibusque facultatibus. Vnde in Chronico MS. notatum eſt: Anno 1380. kamen die erſten Cartheuſer hieher/waren 4. und hielten ſich/biß das Kloſter erbaut worden/in einem Haus/gegen den Kloſter auf. 1382. als das Kloſter vollbracht/ zogen die Cartheuſer/ſamt einen laico, und Marquard Mendel/ als Stiffter/ in das neue Kloſter. Es hat dieſer alle ſeine eigne Güter/und Lehen/ ingleichen alle Barſchafft/und Hausrath/in das Kloſter geben.

Laurentius Beyerlinck, in ingenti Opere, cui *Theatri Vitæ humanæ* nomen fecit, titulo *Religioſus*, ſcripſiſſe deprehenditur: *Cella B. Mariæ apud Noribergam, Diœceſis Bambergenſis, fundatorem habuit Marquardum Mendelium.*

delium. Cœnobium quondam opulentum ac præclarum fuit, nunc vero Prædicantium uxorcularum ignobile domicilium. Sermo eſt obſcurior, & hoc voluit dicere, condidiſſe quondam Marquardum Mendelium Noribergæ, honori B. Mariæ Virginis, Templum, & addidiſſe huic Carthuſianorum Cœnobium opulentum ſatis & præclarum. Id vero, poſt Reformationis tempora viduarum & orphanorum, quos Miniſtri Eccleſiarum Scholarumque Magiſtri poſt ſe relinquunt, ceſſiſſe habitationi. Atque hoc ſane verum eſt, nec poteſt Deo diſplicere, iſta transfiguratio. Succeſſere enim in locum Monachorum plurimum rudium, & qui, quod in Erasmi Roterodami Colloquiis de Carthuſianis legitur, *in veſte, cibo, preculis, cæteriſque ceremoniis fiduciam ponunt, neglecto ſtudio pietatis Evangelicæ*: qui undecunque allatis recentibus, aut ſumo induratis exquiſitiſſimis piſcibus, cibiſque & obſoniis (ſola carne excepta,) omnis generis opiparis aliis, ſeſe ſaginant, vetus vero ſalernum ſemper ad ſatietatem bibunt; qui probe & nitide veſtiuntur, molliter cubant, nec aliis ullis officiis ſacris, (præterquam ſoli precum in choro recitationi, a multis ne intellectæ quidem, vacant, his, inquam, ſucceſſere fœminæ, quæ una cum liberis viduitatem & orbitatem ſuam deflent, ac quibus id ſevere imperatur, ut ex Apoſtoli 1. Tim. V. præcepto, *deſolatæ, ſperent in Deum, & inſtent obſecrationibus & orationibus nocte ac die, nec in deliciis ſint, ſed id operam dent, ut irreprehenſibiles vivant, nec occaſionem dent adverſario maledicti gratia.* Nec eſt, ut quem ſolicitet, quo jure prioris ſeculi Senatus Noribergenſis, ut paulatim, tum Carthuſiani, tum alii Monachi Monialesque in Vrbe deficerent, concedere, itemque, qua facultate, Monaſteria eorundem vacuefacta, cum reditibus, in ſanctimoniæ opera alia convertere ille potuerit. Pridem evicerunt Imperii Ordines Proteſtantes, quodammodo naturæ & gentium juri, ſcitiſque ſanæ & ſobriæ Politices, omnino vero divinis literis, & moribus inſtitutiſque priſcæ Eccleſiæ congruere, ut rerum ſacrarum curam aliquam Politicus Magiſtratus ſibi vindicet, verum Dei cultum promoveat, & quæ illi quoquo modo officere videntur, tollat e medio. Atque ſane, quod obſervationem ſedulam meretur, gaudebat, etiam ante Eccleſiæ Reformationem, antiquitus Noribergenſis Senatus, præ multis in Orbe Principibus, hoc inſigni privilegio, ut in ſuæ Vrbis Clericos quaſi quoddam imperium exerceret, & ut hi paulo addictius, quam alibi fiebat, vivere cogerentur. Conradum Celtem teſtem cito. Ait is: *Monaſteria virorum & ſacra κοινόβια, id eſt, contubernia, Vrbs intra murum ſeptem habet, locis opportunis conſtructa, & per Vrbem diviſa, ædificiiſq; & ædibus idoneis donata, & illis, quæ ad rem divinam, religionemq; ornandam pertinent, abunde locupletata. Illa, non ſuo, ſed Senatus decreto & arbitrio reguntur.* Poſt interjecta alia ſuccedit:

cedit: *Sacerdotes etiam populares, honeſtis legibus a Senatu coërcentur, ne licentioſe vivant, ut in aliquibus Vrbibus fit, in quibus ſibi omnia licere, per religionem & dominationem putant.*

Neque vero admodum vitio nobis vertere debent Romano Præſuli addicti, illam Cœnobiorum quorundam, cum ſuis proventibus, in novas formas, a Reformatoribus Eccleſiarum ſuperiori ævo factam mutationem. Ipſe enim Romanus Pontifex, qui tamen pro Paſtore univerſali & œcumenico, Eccleſiarumque omnium, ac maxime Ordinum Monachalium Patrono & Protectore ſe gerit, quemq; idcirco ejus, cujus vices in terris obire creditur, exemplo, ſumma ope niti decebat, ne quam ex ovibus ſibi commiſſis perdat, & ut ſua etiam cuique Eccleſiæ bona intemerata conſervet, ſibi id ſumit, ut integros adeo Monachorum Ordines, quoties ei viſum, nulla cauſa dicta, non radicitus quidem, verum eradicitus tollat & exſtirpet, deque reditibus, quibus gaudebant, ex ſententia disponat. Ejus rei memorabile exemplum noſtra ætate nobis Clemens IX. Pontifex præbuit. Iſte, cum in Bulla die 6. Decembris An. 1668. promulgata, profeſſus eſſet, *Romanum Pontificem, agri Dominici curæ, more ſeduli patrisfamilias, jugiter invigilantem, ad evellendas inde Religioſorum Ordinum atque Congregationum plantas, quæ deficiente primævo religioſitatis vigore atque ſpiritu, nullam ſeu valde modicam, in Eccleſia Dei utilitatem præſtant, nonnunquam adduci, ſicut publico ejusdem Eccleſiæ bono conducibile in Domino arbitratur:* jam nunc porro ſubjecit: *Hac conſideratione, aliisque graviſſimis, & rationalibus cauſis, Nobis notis, adducti, motu proprio, ac ex certa ſcientia & matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Congregationes Canonicorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jeſuatorum Sancti Hieronymi, & Fratrum ejusdem Sancti Hieronymi de Fæſulis, ſub Regula Sancti Auguſtini, una cum omnibus earum reſpective dignitatibus, officiis, omnique conventualitate, collegialitate, titulo, eſſentia ac denominatione, tenore præſentium, perpetuo extinguimus, ſupprimimus, & abolemus, ac univerſa earundem Congregationum ſic ſuppreſſarum reſpective bona mobilia, & immobilia, tam ſacra, quam profana, Conventus, Collegia, Monaſteria, Domos, Vineas, Prædia, Canones, Reſponſiones. Fructus, Introitus, & jura quæcunque, ubicunque locorum exiſtant, Noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, in uſus, & opera pia, per eos, quibus id a Nobis, & Sede præfata commiſſum fuerit, convertenda reſervamus. Præterea Canonicis, & Fratribus dictarum Congregationum ſuppreſſarum, qui nunc vivunt, & in eisdem Congregationibus reſpective profeſſionem emiſerunt facultatem transeundi ad aliam quamcunque Religionem, ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in ſeculo, in habitu Clerici ſecularis, ſub juriſdictione & obedientia Ordinariorum locorum, ubi eos*

morari contigerit, cum proviſione ipſorum ſingulis, pro alimentis, Clericis quidem in ſumma XL. Scutorum moneta Romanæ, Laicis vero ſeu converſis, in ſumma XX. Scutorum parium, annis ſingulis, donec vixerint, ſeu aliunde ſufficienter eis proviſum fuerit, ſuper certis bonis, aut reditibus Congregationum ſuppreſſarum hujusmodi reſpectivè per eosdem Ordinarios aſſignanda, tribuimus & impertimur. Hæc, ut eo melius iis, quæ Ordines Proteſtantes deſignarunt, κατ' ἄνθρωπον excuſatione, quam ſua cuique mens nullo negotio ſuggerit, ſubveniant, ſciendum inſuper, Miniſtros Hiſpanicos, ſuppreſſorum Ordinum per Ducatum Mediolanenſem, prædia, ac bona quævis, Fiſco Regio vindicatum iviſſe, fruſtra reclamantibus ringentibusque Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris.

CAPVT XIV.

De Sacrorum publicorum, prout nunc Noribergæ inſtituuntur, ratione. Civium ſpectata eſt pietas. De Gymnaſio, & Scholis cæteris. Gerontocomium duplex habetur. Erga quosvis in egeſtate conſtitutos, pro illorum conditione, largiter exercetur beneficentia. Lautitiæ tamen, qua olim leproſi quotannis excipiebantur, facta eſt antiquatio.

QVod ad *ſacrorum, qualis nunc eſt Noribergæ, rationem* attinet, dividitur Vrbs ſecundum partes, in quas eam interfluens amnis æquabiliter dispertit, in *Diœceſes duas*, Sebaldinam & Laurentianam, a Templis ſic cognominatas. Cuique Templo præeſt Eccleſiaſtes, qui vulgo Prediger dicitur, unus, & Diaconi octo. In his Parochialibus Templis baptizabantur quondam infantes omnes, quæ tamen initiatio religionis, jam plurimum in ædibus privatis peragitur, quia ſæpe tenellis infantibus via longa, per quam in Templum deportabantur, aut pro anni tempeſtate æſtus vel frigus obfuit. Ergo Diaconum aliquem ex hac aut illa Eccleſia, pro regione Vrbis, in qua lucem aſpexit infans, in ædes acceſſere conſuetudo fert, qui ſanctum *baptisma* ibi, in ſacri Vadis, & familiarium præſentia adminiſtrat. Ea res imprimis ex partitudine laborantibus puerperis in remedium cedit & allevamentum doloris, dum, quam enixæ ſunt ſobolem, ſuis oculis in fœdus divinum recipi conſpiciunt.

Matrimonium contrahentes, in iſtis quoque Templis benedictionem accipiunt, quæ & ipſa τελετὴ tamen, varias ob cauſas, & præſertim, ut veſtium luxus & ſumtuum nimietas cohibeantur, intra ædes privatas ſub-

inde peragitur. Atque hic, ſi Sponſus & Sponſa diverſarum Parochiarum conveniant, ille hanc ſequitur, in ejus Eccleſia connubio jungendus.

Amplius pertinent etiam *Funerum* in Cœmeteria,& ad ſepulturæ locum deductiones, ad Parochiales Eccleſias, niſi, quod in Xenodochio morientibus, illi addicti Sacerdotes exequias eunt. Vt publice omnibus, de obitu eorum,qui vivendi finem fecerunt,(quod in tam magna Vrbe, interdum ſero cæteroqui fieret,)conſtet,die funebri in aliquot Templorum foribus ſuſpenſæ tabellæ demortuorum nomina & honores aut munera ſignificant.

Egregio inſtituto introductum eſt,ut noctu & interdiu ſemper Diaconus aliquis,per ſeriem viciſſitudinis,in Parochialium ædium rei huic dicato proprio & opportuno conclavi, in dem Wöchner-Stüblein des Pfarrhofs/ commoretur,quo ſemper præſto ſit, qui animam agentibus, aut in alio gravi diſcrimine conſtitutis, evocatus, ex tempore præſentiam ſui facere,& ſolatia inſpirando opitulari queat, quoties ordinarium accerſere prohibet diſtantia, aut ille morbo, vel aliis negotiis & occupationibus diſtinetur.

Præter Parochialia Templa,habent quoque ſuos Eccleſiaſtas Diaconosque alia IV. Ac *Ægidianum* quidem,Diaconis ſex,*Marianum* duobus, *Jacobæum* tribus,*S. Spiritus* ſex inſtructum eſt,acceduntq; poſtremo huic, duo inſuper, qui vulgo die Sudden-Prediger appellantur, voce, cujus ſignificatio ignoratur. Ipſi de appellationis cauſa a me quæſiti,hanc reddidere,quod in Xenodochii aula ad ægrotos (hoc enim illorum officium eſt)verba fundant e ſuggeſtu, qui auſtrali orbis plagæ obvertitur, cum cæteri omnes,alias mundi regiones reſpiciant, ac ideo Suden/non cum plebe Sudden-Prediger enunciandum eſſe. Sed quia Prediger in der Sudden/quoque dicimus,ideo Sudden/mihi Xenodochium innuere videtur, quamcunque ob cauſam.

Diaconi omnes,pridie ante dominicos feſtosque dies, pœnitentium confeſſionibus audiendis vacant;& τὰ ἅγια poſtridie diſtribuunt: eſtq; ad ſacras epulas accedentium ſemper multitudo ingens.

Ergo ſi numerum ineamus, deprehendemus in Vrbe Divini Verbi ſtatos,& collegiarios Miniſtros,omnino XLI. Eccleſiaſtas nempe VI. Diaconos XXXV. iſtis accedunt Vicarii nonnulli,qui aliquo,cui verba ad populum facienda,ſubita ægritudine laborante,actutum in locum ejus ſubeunt,item ergaſtuli Concionator, & quandoque alii,ut ſic haud paucioribus fere quam quinquaginta Sacerdotibus Noriberga inſtructa ſit, quot nulla in Germania,ſecundum Proteſtantium formulam ſacra exercens Civitas,agnoſcit. Habentur autem ordinatim,& nullo feſto (id

enim operarum augmentum imponit) intercedente, ſingulis hebdomadibus Conciones XXXVI. ut nemo non, quovis die Concionem matutinam & veſpertinam audire poſſit. Præter Conciones, etiam præſcriptis diebus preces publicæ Bettſtunden / ac pueriles in religione inſtitutiones, Kinderlehren celebrantur. Quatuor ante feſtum Paſchatos hebdomadibus, in Parochialibus & Ægidiano Templis, alternis diebus Paſſionis Domini noſtri & Catecheſeos fit explicatio. Sunt vero ſemper plenæ auditorum conciones, nec eſt in Templis ſolitudo, pro *antiqua & inſita Civibus pietate*, ac erga Deum religione. Vnde nec ſurdis inculcant Verbi Divini Præcones ſua monita, ſed morigeris, & amantibus bonæ frugis, ac, ſi qua in re ſe deliquiſſe ſentiunt, vitam commutantibus in melius. Hujus inveteratæ indolis dabimus priorum ſeculorum exemplum. Venerat olim *Cardinalis Capiſtranus* Noribergam, & quamvis alieno ore, quippe Germanicæ loquelæ ignarus, ad populum, e ſuggeſtu, ſub dio, in Xenodochii Cœmeterio conſtitutum, verba faceret, adverſus luxum virorum fœminarumque & vitiorum illecebras graviter perorando, tantum tamen aculeum in auſcultantium animis reliquit, & ſic eos commovit, ut mulieres magis ad ſuperbiam & irritamenta libidinum, quam tegendum corpus compoſitas veſtes, viri aleas, teſſeras, fritillos, luſorias chartas, trahas multis ſonoris nolis & imaginibus ornatas, currus pompales & eſſeda, ſuis manibus illuc in medium comportarent, & in ignem excitatum conjicerent. De qua re in Chronico MS. Bibliothecæ Noribergenſis legimus: *Cum Anno MCCCCLIV. Johannes de Capiſtrano, Italus, Ordinis Minorum S. Bernardini. Vir excellenti doctrina, & vitæ morumque innocentia Noribergam delatus, aliquot dies ibi commoratus, & officio concionandi functus fuiſſet, quanquam interpretis opera uſus, utpote minus gnarus linguæ Germanicæ; confluente indies immenſa hominum multitudine, & oſtenſa fœditate ſcelerum ac flagitiorum tum ingraveſcentium, ſimul denunciata promerita ira ac pœna divina, ita perculſi ac conſternati fuerunt animi auditorum, ut mulieres mundum ad luxum compoſitum, viri vero chartas luſorias, currus phaleratos, & quasvis res ludicras alias, in medium congeſtas, igni abſumendas traderent.*

De reliquo, ſervantur in Templis Ceremoniæ publicæ, multum in adiaphoris, ex inſtitutis antiquis, præſertim quoad Choralem, qua Pſalmi Latini decantantur, Muſicam, Antiphonas item, tum quoque veſtitum ſacerdotalem, lampades, luminaria, habentes etiamnum.

Bonæ Mentis officinæ, hoc eſt SCHOLÆ majores, in quibus ad pietatem, virtutem, & doctrinam pueri juveneſque erudiuntur, pro variis Vrbis regionibus quinque ſunt. Prærogativam tenet *Gymnaſium*

Ægi-

Ægidianum, quod Inclytus Senatus A. 1526. fundavit, ſolemni oratione dedicationem ejus faciente, communi (quo elogio ab omnibus noſcitur) Germaniæ Præceptore, *Philippo Melanchthone*, quæ, inter cæteras, nomen ipſius præferentes, Tomo 1. ſuperat. *Joachimus Camerarius Papebergenſis*, & *Eobanus Hesſus*, quem Lutherus ἑσσῆνα, hoc eſt Regem, quin & ab ipſis Muſis coronatum Poëtam vocare ſolebat, merentur, ut illorum ex primis Profeſſoribus nominatim fiat mentio. Ipſe adeo Melanchthon, ad Concilium Tridentinum proficiſcens, cum in Vrbe, literas ſalvi conductus præſtolaturus, aliquandiu ſubſiſteret, rogatus, XXX. prælectiones in acroaterio inſtituit, & pro Magiſtro ſe geſſit ingenuæ juventutis. Viſum deinde fuit A. 1575. Incluto Noribergenſi Senatui, Gymnaſium in hoc oppidum noſtrum transferre: ſed quod ob præſentis ſeculi bellicos motus, & quia parentibus moleſtum erat, nondum adultos liberos abs ſe dimittere, iterum Noribergam A. 1633. in veterem locum remigravit; cum jam ante, Anno nimirum 1622. FERDINANDI II. Cæſaris auſpiciis, *Altdorfium*, quod primum in NaſſoviæComitum, deinde Burggrafiorum, poſtea Ducum Pomeraniæ, denique Ruperti Palatini dominio fuit, & ab hoc ad Senatum Noribergenſem tranſiit, ac tanquam allodium poſſidetur, Academiæ ſive ſtudiorum Vniverſitatis habitum quoque induiſſet.

Reliquæ Scholæ, *Sebaldinæ*, *Laurentianæ*, *Xenodochianæ*, & *Jacobææ* nominibus inſigniuntur. Qui priores duas frequentant, non tantum minerval nullum exſolvunt, ſed &, quoniam funera pſallendo comitantur, pecuniam ipſi accipiunt. Cumque in ſuperiorum Claſſium Diſcipulos, præmium præterea aliquod ex cantu in Templis redundet, atque talibus Cives ditiores, liberos teneræ ætatis, domi ſuæ literarum elementis imbuendos, committant, fit hinc, ut peregre adventantes pauperes & egeni juvenes, ſine ullo ſumtu, eruditionem parare & honeſte vitam agere queant.

Triviales Scholæ, in quibus pueri puellæque ad legendum, ſcribendum, numerandumq; proficiunt, & Chriſtianæ religionis capita, cum Davidicis Pſalmis, Hymnisque Eccleſiaſticis fideliter addiſcunt, multæ habentur, earumq; per ſuſpenſas tabulas, calligraphiam Magiſtri aureis literis oſtendentes, fit ſignificatio. In harum aliquibus, mirus atque is vetuſtus mos obtinet, ut diebus aliquot ante Feſta majora, quibus, per Dominicam Nativitatem, & Reſurrectionem, Spiritus item Sancti in Apoſtolos effuſionem, humano generi divinitus conceſſa beneficia Eccleſia recolit, Diſcipuli extra eas proturbentur, die Kinder werden ausgetrieben. Inſidet ſcamno Magiſter, & humi per divaricatos pedes prorepentes

pueros

pueros puellasque leviter percutit, ſic illos a ſe abigens. Fieri aliter non poteſt, quam ut hic ritus ejusdem ſit originis cum eo, qui Patavii, & forſitan alibi quoque in Italia, quamvis in contrarium, obſervatur. Iſthic enim, cum Feriæ, & vacatio a ſtudiis imminent, Studioſi concurſu facto, Profeſſoribus prælegere volentibus, ſubſellia manibus aut malleis ligneis pulſando, & pedibus ſolum tundendo obſtrepunt, eosque ex auditoriis exigunt. Dant hoc Profeſſores delectamento Studioſorum, ut præſentes ſe ſiſtant, quia hi graviter cæteroquin laturi erant, ſi jure ſuo, ob illorum abſentiam, uti prohibeantur. Memini tamen, Virum claræ inter omnes eruditionis ſublimisque ingenii, *Octavium Ferrarium*, mihi teſtari, noluiſſe ſe unquam iſtam contumeliam in ſe accipere, ut Auditores, vociferando, & baccharum bacchantium more tumultuando, os ſibi obturent, nec die, quo iſta fiunt, in Gymnaſio ſe comparere.

De reliquo, in Noribergenſes triviales Scholas ea quoque conſuetudo jam olim admiſſa eſt, ut annuatim ſemel, æſtivo tempore, pueri puellæque hilaria agant, quod die Kreutz-Fahrt dicitur. E pueris eligitur, qui Sponſum ſe aſſimulat; ei adjungitur puella Sponſa; atque non hi tantum, ſed & cæteri, decenter nuptialibus veſtibus exornati, ſic per Vrbis compita, congruo ordine, educuntur extra eam, in locum deliciis ante deſtinatum. Ibi convivantur, & tripudiando, ac choreas agitando diem ducunt, pro ætate, innoxiæ litantes lætitiæ, parentibus plerunque inſpectantibus. Nempe prudens Antiquitas, velut ipſius Sapientiæ dictamen venerata eſt, & in vita obſervandum cenſuit, quod Æſopus Sophus inculcare ſolebat, his Phædri verbis proditum;

Cito rumpes arcum ſemper ſi tenſum habueris,
At, ſi laxaris, cum voles, erit utilis.
Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

GERONTOCOMIIS duobus Noriberga gaudet. Vnum, *Conradus Mendelius*, Marquardi Carthuſiæ conditoris frater, in illius Cœnobii propinquo, XII. Apoſtolorum memoriæ excitavit, ut in eo, totidem viribus effœti ſenes vidui, nulla ſua culpa, ſed ſortis iniquitate ad inopiam redacti, perpetuo alerentur. Statis diebus, ſacris, quæ in Laurentiano Templo peraguntur, intereſſe eos oportet. Quotidie, in vicino proprio Sacello, ab Apoſtolis cognominato, in der XII. Bothen Capell/ mane & veſperi, preces ſuas concipiunt, uno per ordinem cæteris præeunte, qui iis der Regelmeiſter dicitur.

Conra-

Conradum Mendelium imitaturus & ſuperaturus quoque *Eraſmus Schildkrot*, patria Regiomontanus, Boruſſus, profeſſione Medicus, quemque, ceu percrebuit rumor, fortuna & induſtria Lapidis Philoſophorum compotem reddiderant, & ipſe A. 1495. XII. Senibus de victu & amictu laute ac liberaliter providit, ſed quibus ſeparatim ab invicem agere, & in conjugio vivere, fruique cum uxore & liberis alimonia transmiſſa concedebatur, nec aliud præſtare hi debebant, quam ut conſtitutis diebus ſimul convenientes, decenti ſerie, veſtium forma ab aliis diſtincti, Templum peterent, & in orationibus cultuque divino tempus aliquod ducerent. Eraſmus moriens, amici ſui, *Matthæi Landaueri*, negotiatoris ærarii, fidei commiſit, ut inſtitutum hoc, eo quo cœptum fuerat, modo perſequeretur. Is vero ſatius eſſe judicavit, ſi homines iſti in communi viverent contubernio. Quapropter excitavit in hanc rem, non procul ab Ægidiano Cœnobio, ædificium ingens, adjuncto ei memoriæ omnium Sanctorum dicato Sacello. Huc deinde conceſſerunt Senes prædicti, & continuatur in hanc usque diem talium ſuſtentatio.

Poſtulabat hic locus, ut aliorum legatorum ad pias cauſas, congiariorum, & eleemoſynarum, quæ magna copia egenis omnis ſexus ætatisque, pro cujusque vitæ conditione & indigentia, aſſidue erogantur, Stipendiorum item, quibus bonarum literarum amantes Studioſi juvenes, ſed quorum ingeniis excolendis res domi anguſta obſtat, ſublevantur, mentionem facerem. At, quia oſtentationis inimica eſt liberalitas, nec pauperibus ſubveniunt Senatus Populusque Noribergenſis, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, talia ſilentio involvere rationis & conſilii eſt. Conradus Celtes tamen de hoc argumento aliqua in libelli de Noriberga capite 12. ſcripſit, ſed quibus intra duo, quibus ille antiquior, ſecula, multimodis facta eſt acceſſio, & fit quoque, Deo gratia, indies. Id enim maximum lucrum ſemper reputarunt Cives Noribergenſes, idoneis hominibus indigentibus, de re familiari aliquid impertiri, & non pro tempore tantum, verum &, modo facultates id permittant, talibus conſulere in longitudinem.

Cæterum, ne quid omnino reticeam, illud Noribergenſium vetus circa leproſos pietatis opus, quod loco indicato, verboſe admodum Celtes enarrat, & cui ſimile nusquam apud alias urbes aut gentes inveniri aut audiri merito pronunciavit, abiit in deſuetudinem, in quo nos ideo breviores erimus recenſendo. Hebdomade qua Dominicæ Paſſionis celebratur memoria, leproſi utriusque ſexus, ex omni regione, ſæpe ſexcenti aut octingenti numero, in urbem confluebant, & in domo pu-

N blica

blica,ad eum finem conſtructa,alebantur. Fiebat deinde per Medicum exploratio ſingulorum, ne quis mundus impurorum cœtui ſeſe ingereret. Poſt hæc,die quæ a Cœna Domini nomen habet, dato ſigno, conveniebant omnes in Cœmeterio ad S. Sebaldi Templum. Ibi tum Sacerdos,concione habita,ſolabatur miſeros, ut ſuum malum æquo animo ferrent, & cum verba facere deſiiſſet, in Sacello Cœmeterii ſacræ Synaxeos eos reddebat participes. Sic deducti in cœnaculum ingens, convivio opiparo excipiebantur. Cernebantur tum nobiles & inſignes matronæ, ingenui & magnifici cives,præcincti ad illorum menſas miniſtrare,apponere cibos, conſcindere, implere pocula, aliisque certare ſervitiis,imprimis vero convivas ad molliter ſe curandos hortari. Finitis epulis,& hymno dicto,quisque tunica & linea veſte donabatur, & rogabatur, ut officium præſtitum æqui bonique conſuleret, ac poſt annum reverti dignaretur.

CAPVT XV.

Noribergenſis Arcis laus. Lapſiones memorabiles. Fons miræ profunditatis. De Granariis Noribergenſibus, & frumento in iis annoſæ ſenectutis. Quid in Curia notare conveniat.

TEnemus, quæ circa Noribergæ Religioſas fabricas obſervanda veniunt:nunc *Profanas* oculis contemplandas ſubjiciemus. In hos autem ultro ſtatim incurrit, quæ monti impoſita cernitur, ARX ardua, & formæ ampliſſimæ, vulgo das Schlos/die Burg/die Veſten dicta, *mirificis*,quod Reusnerus part. 2. de Vrbib. Imperial. ſcripſit, *molibus, contra vim atque impetum hoſtium munita, præſidium Reipubl: tutiſſimum, Regum Cæſarumque auguſta domus atque ſedes magnifica.* Hanc, ſed rudi adhuc opere(nam majorem cultum poſtea identidem,& complementum anno demum 1538 accepit) Conradus I. anno 913. ſubſtituiſſe dicitur Noricorum Caſtro,quod ob vetuſtatem & ſtructuram minus robuſtam ruinam minabatur: eundemque autorem habet *S. Ottomari*,quod in illa eſt, *Sacellum*,tres integras,unam fractam habens columnam: de qua re circumfertur fabula, olim Sacrificulum quendam & Cacodæmonem inter ſe pactione certaſſe,num ille prius Miſſam dicere, quam ipſe columnas quatuor unam poſt aliam, Roma huc deferre queat. Attulerat Cacodæmon jam tres columnas, Miſſa nondum finita; ſed cum quarta adventans,animadvertit,ſuum jam penſum abſolviſſe Sacrificulum, unde iratus in medium projecit columnam, quæ ſic repente diſſiliit. Cæterum ex Arce, in ſubjectam Vrbem, & vicinos Campos, Villas, Prædia,

dia, Pagos, proſpectus patet tam amœnus, ut, qui oculis non viderunt, æque pulchrum theatrum neutiquam mente & cogitationibus fingere poſſint. Eo captus Præſtantiſſimus Vir, Carolus Patinus, in quarta Relationum Epiſtolicarum, ſic illud deprædicat: *On decouure toute la Ville, et ſi on peut dire ainſi l' horison tout entier. Les campagnes des environs n' ont rien qui borne la veüe, et la ſeule foibleſſe de l' oiel empeſche, qu' on ne decouure encor plus loin.* Eadem fere juxta cum aliis quibusdam, vernaculo ſermone Joſephus Roſazer in Cosmographia parva ſic extulit: Herrlich/und lobenswehrt iſt das Käyſerliche Schloß auf den Neronisberge der Statt ligende/in welchem die Abbildungen der Römiſchen Käyſer/ſo daſelbſten Hof gehalten/ auf den groſſen Saal/ und andern Gemächern/ vielerley fürtreffliche Sachen zu beſchauen/darauf man/aus allen Fenſtern/nicht allein die Statt/mit allen Häuſern und Angehör/im Geſicht haben kan/ ſondern auch des gantzen Horizontens/und Landes-Refier/umb die Statt herum/einen überaus ſchönen Proſpect einzunehmen/ desgleichen im gantzen Reich ſchwerlich anzutreffen ſeyn wird.

Accidit A. 1225. in hac Arce *Caſus funeſtiſſimus.* Celebrabat tum Friderici II. Imperatoris filius, *Henricus*, nuptias cum *Margareta*, Leopoldo Glorioſo Auſtriæ Duce genita. Ibi cum in cœnaculo choreæ agerentur, ſoluto pavimento, omnis collecta multitudo in præceps data eſt, atque periere ex convivis amplius LXX. numero. Franciſcus Irenicus in Exegeſi Germaniæ lib. 3. cap. 105. ita rem narrat, ut dicat, *ſex ac quinquaginta viros, tres ac viginti mulieres aqua abſorptos eſſe*; quod, cum nulla Arci vicina ſit, ut Scripturæ phraſi loquamur, מקוה המים *congregatio aquarum*, neutiquam fieri potuit. E caſu & ruina pleroſque enectos, aliquos in oppreſſione præcluſo ſpiritu ſuffocatos eſſe, credere ratio jubet. Magis ad verum accedere videntur, quæ Illuſtris Joh. Jacobus Fuggerus in Chronici Auſtriaci l. 2. c. 3. ſcripſit: Herzog Heinrich V. in Oeſterreich hielte A. 1225. als ſeine Schweſter Margareta, mit Kön. Heinrichen, Keyſ. Friderichs II. Sohn zu Nürnberg vermählt wurde/ daſelbſt zugleich Beylager/mit Richarda, Landgr. Ludwigs in Thüringen Tochter. Dazumal/als auf der Burg oder Veſten ein Tantz gehalten werden/ brach der Boden des Saals/ und wurden in 70. Herren und Frauen/ Graven-und Ritterſtands/vom Fall theils getödtet/ theils ſonſten hart verletzet. Der Keyſer ſelbſt/ſoll ſich kümmerlich an einem Fenſter erhalten haben. Ajunt, iterum An. 1284. in nuptiis *Rudolphi I.* Imperatoris cum *Agnete* Burgundica, non minorem cladem eos, qui tum congregati aderant, hic loci paſſos eſſe. Notare iſtud licet in communi vita, ſæpe prolapſionem ex loco haud edito, aliquibus mortis cauſam fuiſſe, alios vero

ex ſummo in ima præcipitatos, id tuliſſe impune. Sic Friderico III. Cæſare A. 1497. Noribergæ Comitia habente, Hipparchum ejus, equus cui inſidebat, in profundiſſimam foſſam ſecum egit, citra ullum detrimentum: quod merito lib. 5. operis laudati c. 35. memoriæ conſecravit idem Fuggerus, his uſus verbis: Sonſten hat ſich bey dieſen Reichstag denckwürdig begeben/ daß im Monat December ein Keyſerl. Bedienter und Roßbereuter/ der Baumgartner genannt/ aus der Steyrmarck bürtig/ als er vor den Thiergärtner Thor ein Roß getummelt/ mit demſelben über und über in den Stadtgraben geſtürzet; da dannoch das Pferd auf die Füſſe gekommen/ und erſt nach dem Sturz auf eine Seite gefallen/ gleichwol am andern Tag daſelbſt im Graben verrecket/ aber der Reuter iſt friſch und geſund davon gangen.

De *Hortis*, quos Arx additos quondam habuit, apud Conradum Celten legimus: *Cæſar Fridericus* (*III.*) *ut hortis plurimum ſe oblectare ſolebat, in Arce* (Noribergenſi) *penſiles ſibi hortos fieri fecit. Pilis onus ſuſtinetur, altitudinem muri æquans, ſolumque ſuperſtratum herbarum & arbuſtulorum patiens eſt.* Vt Vrbs validius communiretur, neceſſe fuit hortos iſtos in prægrande propugnaculum mutare, in quo *Georgius Chriſtophorus Eimmartus*, Vir Aſtronomiæ, ſi quis unquam, peritiſſimus, noctes inſomnes ducens, a ſe confectis exquiſitiſſimis inſtrumentis, Solis Lunæque meatus ſpeculatur, &

Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.

Chronicis Noribergenſibus proditum eſt, aliquando *Rudolpho I.* Imperatori, ex Arce verſus Sebaldinum Templum prodeunti, occurriſſe ardelionem quendam cum ſacco, petiiſſeq;, ut ſecum hereditatem cerneret, eo quod frater illius ſit, ob utrique comunem magnum parentem Adamum. Nec mora Imperatorem conjeciſſe in ſaccum teruncium, dixiſſeque homini: Aufer te hinc, & cura, ut quisque fratrum tuorum tibi tantundem det, atque ſic me longe ditior evades.

Arci adhærere *S. Margaretæ Templum*, ſupra fecimus indicium. Eſt aliud in vicinia A. 1428. *S. Walburgis* honori in loco, qui quondam pro aſylo valebat, auf der Freyung/ conditũ. Haud procul *Fons* abeſt, ædificio concluſus, cujus videndi copiam peregrini ſibi concedi poſtulant. Magna illius profunditas, & Frölichius in Cynoſura peregrinantium aſſirmat, *antequam lapis injectus aquam pertingat, Orationem Dominicam abſolvi poſſe.* Carolus Patinus in Epiſtola ſupra allegata, rem ſic expreſſit. *On pourroit faire une asſez longue hiſtoire, de moment qu'on auroit jetté une pierre de lans jusques à ce qu'on eût entendu le bruit de ſa chûte.* In libro antiquo MS. literis conſignatum reperi, profunditatem putei eſſe pedum

ctis, citra dif-
it & 44. libræ
inarum, quæ
egaſeo cabal-
ſæque Nori-

grafiorum,
olleren ſibus
lector, eam
qua vendi-
verſa fuit in
ra, & omnia
t illud Gra-
ædicat, *tre-*
lendum his,
le Prodicio
gæ frumen-
tenti panis
eſſor, manu
jubente Se-
l panem con-
edictum an-
Martinus
Annalibus
panem ob-
itum dele-
ilippum fi-
s, quæ, ne
deſtituun-

IA objici-
ctum, &
cui vel ſic
Amſtelo-
ificii velut
carbone … t, nobis perhibet Bouſingaultius, operis, le
nouueau … parte 2. p. 239. verbis: *L'Hôtel de Ville eſt un*
grand Corp … trois grands Portaux d'un ordre Dorique, ſur
chacun deſqu … le treize fenêtres, chacune ornée de leur archi-
tecture et froi … nte pas de long, et quatorze de large. On y voit

quan-

ex ſummo i
Cæſare A. 1
cui inſidebat
mentum: qu
idem Fugge
denckwürdig
Roßbereuter
vor den Thie
in den Stad
men/und erſt
Tag daſelbſt
von gangen.

De *H*
Celten legi
bat, in Arce
tur, altitudi
rum patiens
in prægran
martus, Vir
ducens, a ſ
tus ſpecula

Chronicis
Imperatori
ardelionem
neret, eo q
Adamum.
dixiſſeque
tibi tantum

Arci a
Eſt aliud i
pro aſylo v
ficio concl
Magna illi
aſſirmat, *antequam lapis injectus aquam pertingat, Orationem Dominicam ab-ſolvi poſſe.* Carolus Patinus in Epiſtola ſupra allegata, rem ſic expreſſit. *On pourroit faire une aſſez longue hiſtoire, de moment qu'on auroit jetté une pierre de l'ans jusques a ce qu'on eût entendu le bruit de ſa chûte.* In libro antiquo MS. literis conſignatum reperi, profunditatem putei eſſe pedum

dum 28848. Aqua tamen, rotis machinariis, ingenioſe factis, citra difficultatem extrahitur, catenæ ferreæ, cujus 14. centenarii & 44. libræ pondus ſunt, appenſa urnula. In veſtigia quoq; ſolearum equinarum, quæ *Apollonius* (*Apelles* quibusdam dicitur) *a Geillingen*, cum Pegaſeo caballo foſſam tranſiliens, crepidini muri impreſſiſſe creditur, quæque Noribergenſis Vrbis ſunt μνημόνευμα, Viatores inquirere ſolent.

Extabat olim in eodem hoc Monte alia *Arx Burggrafiorum*, ſed quæ, poſtquam *Fridericus*, quintus hujus nominis ex Zollerenſibus Burggrafius hereditarius, primus vero Brandenburgicus Elector, eam exuſtam, accepto pretio in Noribergenſes tranſtulit, & de qua venditione pridem actum eſt verboſius, e ruderibus excitata, converſa fuit in *Granarium* publicum. Atque hoc fortaſſe (ſunt enim plura, & omnia magnitudinis eximiæ, ac apparatu ornatuque viſendo) erat illud Granarium, in quo Kirchnero, ceu Disput. 21. de Republ. ipſe prædicat, *trecentorum annorum frumentarii acervi demonſtrabantur.* Addendum his, opportunitate ſic ferente, quod Vinandus Pighius in Hercule Prodicio p. 149. memorat, A. 1571. *Carolo*, Juliacenſi Principi, Noribergæ frumentum 150. annorum, ex quo quondam Maximiliano I. Cæſari petenti panis piſtus ſit, fuiſſe oſtenſum. Ad eum locum antiquior libri poſſeſſor, manu ſua notavit in ora: *Ex eodem frumento ſimiliter panis eſt piſtus, jubente Senatu 18. Aprilis A. C. 1621. ad probandum, num adhuc ſit aptum ad panem conficiendum, qui tamen fuit bonus. Frumentum itaque illud ad prædictum annum duravit annos 274.* Iſt noch 4000. Simmer vorhanden. Martinus Zeilerus parte 1. Itiner. Germ. p. 108. ex Noribergenſibus Annalibus MSS. refert, *Carolo V.* Imperatori A. 1541. Noribergæ agenti, panem oblatum ex frumento annorum 118. paratum, quo non ipſe tantum delectatus fuerit, ſed & partem ejus in Hiſpaniam miſerit ad Philippum filium. Grana autem frumenti hujus, ob crebras agitationes, quæ, ne vitium capiat, ſtatis temporibus fieri ſolent, pæne folliculis deſtituuntur.

Ex Arcis Monte per declive deſcendentibus, ſtatim CVRIA objicitur, opus imperfectum adhuc, nec niſi ad medietatem perductum, & quod A. 1340. *Philippus Gros* architectus condere cœpit, ſed cui vel ſic nulla alia in Europa par, ne omnium prædicatione celebrata Amſtelodamenſis quidem. Teſtimonium, ac ita, ut ſimul auguſti ædificii velut carbone ſciagraphiam faciat, nobis perhibet Bouſingaultius, operis, le nouueau Theatre du monde parte 2. p. 239. verbis: *L' Hôtel de Ville eſt un grand Corps de Logis long, auec trois grands Portaux d'un ordre Dorique, ſur chacun desquels ſont deux Etages de treize fenêtres, chacune ornée de leur architecture et frontons. La Salle à quarante pas de long, et quatorze de large. On y voit*

quantité de Chambres, dont les Planchers, Plat-fonds, et Portes, ſont de belle Meuniſerie et Architecture; ou on y remarque encor pluſieurs rares Tableaux. Cet Hôtel de Ville ſurpaſſe celuy d' Amſterdam. Paulus Henznerus J. C. in Itinerario p. 598. recte aſſeruit, Noribergenſem Curiam eſſe *Domum magnificentia plenam, in qua ſæpe totius Germaniæ Principum ac Legatorum Comitia ac Conventus, Imperatorum auſpiciis convocati fuerint.* Addit, *ſolemnes alioquin Civium nuptias, & chorearum ſpectacula publica, magna cum hominum frequentia ibidem quoque celebrari*; quod olim ſic fiebat, in Aula ingenti, cujus vaſtitas, quodque præcelſa & edita laquearia nullis columnis ſuſtinentur, omnes intuentes percellit rapitque in admirationem. At, nunc ea res plane in deſuetudinem abiit. *Carolus Guſtavus* tamen, Comes Palatinus Rheni, & Seciæ poſtea Rex, poſtquam A. 1650. deliberatio de Pacis Weſtphalicæ executione felicem habuerat exitum, Convivium hic inſtituit, apparatu plane Regio, & præter Octavium Piccolomineum, Amalfiæ Ducem, Cæſaris ſupremum Plenipotentiarium, omnes quoque, qui tum in Vrbe erant Principes, & abſentium Ordinum Legatos, Convivas ſibi adduxit. Idem reliquit harum epularum monumentum perenne, *Tabulam prægrandem*, in qua artifex incomparabilis *Joachimus Sandrartius*, omnium accumbentium Hoſpitum vivas imagines expreſſit, mire dignam ſpectari, & de qua huc tranſcribimus, quod eſt in illius, quem mortuum perſeveranter colimus, Viri Egregii vita: Er (Sandrart) ward von dem Pfaltzgrafen Carolo Guſtavo für das Banquet-Gemälde mit 2000. Rheiniſchen Gulden/ und einer guldenen Ketten von 200. Ducaten (die er ſelber Ihm um den Halß geleget) ſamt dem Königlichen Bruſtbild/ regalirt und beſchencket. Es hat auch ein HochEdler Raht/ als er dieſes Gemälde/ im Namen der Cron Schweden/ auf das Rahthaus (da es noch zu ſehen iſt) geleifert/ Ihre Erkäntlichkeit und Wolneigung/ Ihme mit einem Præſent gut bezeuget. Præter hanc Tabulam, ornant etiam Curiam, Alberti Dureri, aliorumque Artificum, picta & ſculpta ſpecimina, quæ omnis poſteritas cum veneratione ſemper intuebitur. Eminet in his, a Durero coloribus effigiata *Adami & Evæ protoplaſtorum imago*, cui non ſumma tantum ars, ſed & vita quaſi ineſt, ac ad confabulationem invitans illicium: proindeque juvat, quod de ea, inter cæteras Curiæ laudes, Joſephus Roſazer in Coſmographia ſcripſit, repetere: Das Regaliſche neue Raht-Haus iſt manchen Königs-Schloſſe gar wol zu vergleichen/ und dannoch nur halb dieſer Zeit ausgebauet; darinnen überſchöne unzehlbare Abbildungen/ Tapezereyen und künſtliche Figurwerck. Unter denen des künſtlichen und Nürnbergiſchen ſinnreichen Mahlers Albrecht Dürern/ nit das geringſte anzuſchauen iſt/ nemlich auf einem Stuck/ die menſchliche Form/ Gröſſe und Geſtalt/ unſerer

rer erſten Eltern Adams und Evä/ welches bey 1200. Reichsthaler gekoſtet/ biß es daher an dieſes Orth bracht worden; darüber ein verſtändiger Anſchauer ſchier verſtürtzet daſtehet/und faſt nicht weiß/ob er ſtehen bleiben/ oder hinweg gehen ſoll.

In *Fornacibus* quoque, per quas varia eaque ampliſſima Conclavia hyeme calefiunt, fabricæ diverſitatem, & multiplicem elegantiam omnes ſuſpiciunt. Addo ego, notari quoq; oportere curam & decorem, quibus illæ forinſecus ferreis robuſtis oſtiis ita clauduntur, ut nulla appareat deformitas, nihilq; ex caminis pateat. Non eſt ergo, ut Noribergenſibus Itali exprobrent, quod reliquis Germanis vitio dant, & inconſiderantiæ eos accuſant, dum Arcium & Palatiorum ſuorum fores probe occludunt, fornaces autem & latrinas eorũ ita ædificant, ut nullo negotio fures per eas introrumpere queant; quodq; oſtiarium, cui totius Ædis cura incumbit, plerunque habent ſtultum hominem & inſenſatum.

Sed rurſus Aula nobis ingredienda eſt, quippe *æneos* in ea *Clathros*, quibus Judicii locus, a parte reliqua, deambulationibus dicata, diſtinguitur, non obſervaſſe piaculum foret: nec enim alii facile, tantæ molis ac artifici, uſpiam locorum reperiuntur. Pridem Sandrarti ore indicavimus, eundem fuiſſe horum machinatorem, qui ſtupendum illud S. Sebaldi monumentum effectum dedit, *Petrum Fiſcherum*, quod quia ſufficit ad ipſorum celebrationem; verbum aliud addere ſuperſedemus. Porro, oculos in parietem qui ingredientibus ad lævam eſt, defigere oportet, atque in eo hærere per tempus haud modicum. Totum ſpatium occupat *Currus triumphalis*, Illuſtris Viri *Bilibaldi Pirckheimeri* in honorem Maximiliani I. Cæſaris divinum cogitatum, quod Albertus Durerus delineando expreſſit. Extra Noribergam conſtitutis, figuram æri inciſam ſpectare licet, Pirckheimeri operibus inſertam. His, qui carent, libro, ſubveniet ipſius Pirckheimeri ad Cæſarem miſſa ſequens verbalis deſcriptio:

SErenissime, Potentiſſime, ac Invictiſſime Imperator, Domine Clementiſſime, ad Cæſareæ veſtræ Majeſtatis mandatum, iſti currum huncce triumphalem tramitto, qui quidem non auro, lapidibus pretioſis vel aliis divitiis, quæ tam malis, quam bonis communes, exornatus eſt. ſed ſolummodo virtutibus, quarum nemo (niſi viri boni ac honeſti) ſit particeps, quæq; non dumtaxat in præſenti hac ac caduca vita, ſed etiam poſt cujusvis hominis diſceſſum mortalem, rectiſſima ac veriſſima ſunt ornamenta, & cum reliquæ res omnes evaneſcunt, ſolæ firmæ manent ac conſtantes.

Cum igitur Cæſarea veſtra Majeſtas, præ omnibus cæteris Regibus ac Dominis, penes inenarrabilem dignitatem, honorem ac poteſtatem, etiam Virtutibus quibus-

quibusdam ſingularibus, à Deo omnipotente, non exigue dotata & exornata ſit, en currum hunc triumphalem ad humillimum beneplacitum & in ſignum debiti obſequii, iſti, quippe cui ſoli & non immerito debetur, finxi & in unum corpus redegi, quemadmodum iſtum Cæſarea veſtra Majeſtas hiſce videre licet. Et ut Cæſarea veſtra Majeſtas hancce meam inventionem recte, attamen breviſſime, queat percipere, currum iſtum ad quatuor rotas eſſe poſitum aſſevero, Gloriam *videlicet,* Magnificentiam, Dignitatem & Honorem, *idque potiſſimum hac de cauſa, quoniam Majeſtas veſtra omnes Reges ac Principes, Gloria, Honore, Magnificentia & Dignitate longe antecellit, idcirco etiam judico, quod Majeſtas veſtra non aliter, quam hiſce rotis honoris in altum tolli debeat.*

Poſtea in quatuor currus angulis, quatuor virtutes Angelicæ, loco quatuor columnarum conſtitutæ ſunt, utpote Juſtitia, Fortitudo, Prudentia & Temperantia. *Ex quibus omnes reliquæ virtutes ſumunt exordium, ſine quibus nec Rex nec Princeps perfectus eſſe poterit. Nam ubi Juſtitia, Fortitudo animi, Prudentia & Temperantia deſunt, ibi etiam nullum regnum ſtabile ac firmum eſſe poteſt, ut Cæſarea veſtra Majeſtas, tanquam ſapientiſſima, aliquanto altius perpendit, idcirco ego cauſam iſtam, quæ quidem cum veritate & copioſioribus indicare poſſit, intermiſi.*

Quoniam etiam quatuor hæ virtutes a ſe invicem ſeparari nequeunt, ſed ita copulatæ ſunt, ut ſi una earum deſit, altera perfecta eſſe non queat, ideo hæ quatuor cum annexis ſuis virtutibus, & quæ ex illis dimanant, conjunctæ & inter ſe connexæ ſunt, videlicet quoniam Juſtitia parit & requirit Veritatem, *ideo manu ſiniſtra coronam Veritatis tenet, quam etiam Temperantia dextera ſua apprehendit, quoniam ubi Veritas exulat, Juſtitia ibidem conſiſtere & locum habere nequit, nec Temperantia, quatenus ex Veritate exorta eſt, non amplius Temperantia appellari poteſt.*

Dextera manu Juſtitia coronam tenet Clementiæ, *quoniam Juſtitia non nimis auſtera & rigida, ſed Clementia permixta eſſe debet. Huic coronæ inſerta & implicata eſt corona media,* Æquitas *ſcilicet, quia quemadmodum Juſtitia non in exceſſu, ita nec in defectu peccare, & in omnibus nimis remiſſa, ſed æqua & conformis eſſe debet : ſine qua Æquitate, nec Juſtitia eſſe nequit.*

Similiter & Fortitudo læva coronam Bonitatis *retinet, quia absque vera ac pia Bonitate, nulla Fortitudo, Fortitudo nuncupari poteſt, & eadem de cauſa corona Bonitatis, coronæ Æquitatis, a qua Bonitas nunquam ſeparatur, eſt connexa.*

Fortitudo dextera Conſtantiam *tangit, ſiquidem ubi Conſtantia non regnaverit, ibidem & Fortitudo mox exulare cogetur. Et hæc, Fortitudo videlicet, in anteriori & dextero latere ideo collocata eſt, quia toti terrarum orbi innotuit, Cæſaream veſtram Majeſtatem, cum animi tum corporis Fortitudine,*

tam

tam in bellicis, quam aliis adverſis caſibus omnes Reges adhuc viventes, quam ante hac demortuos, ſuperare.

Temperantia læva ſua coronam Liberalitatis *arripit, qua virtute Majeſtas veſtra, præ ceteris, imprimis exornata conſpicitur. Hæc corona, mediæ coronæ,* Manſuetudinis *nimirum, copulata eſt, ideo, quia nulli non notum, Majeſtatem veſtram Manſuetudinem adeo amplecti, ut nemo (niſi mendacium, veritati præponere velit) audeat proloqui, eandem quippiam cum rigore & aſperitate peragere, ſed in omnibus negotiis Manſuetudo, tanquam nobiliſſima Temperantiæ filia, ſemper & ubique ſeſe immiſcet.*

E regione Temperantiæ ſita eſt Prudentia, *læva coronam Conſtantiæ apprehendens, ſiquidem Conſtantia Temperantiæ, æque ac Fortitudo convenit. Dextera coronam* Intelligentiæ *ſervat, quæ cum corona Manſuetudinis implicatur, ideo, quia Prudentia Intelligentia neutiquam carere poteſt. Sub umbra & operimento hujus Virtutis, commodiſſime Majeſtatis veſtræ thronus collocatur, utpote quæ exceptis virtutibus, nullo ornatu ſplendidiore condecorari poteſt.*

Secundum priſcam autem, tum Græcorum & Romanorum conſuetudinem, Victoria *a tergo Majeſtatis veſtræ conſiſtit, Majeſtatem veſtram, in curru triumphali, corona victoriæ coronans. In hujus alis victoriæ quædam ſunt deſcriptæ, quæ pro labitu Majeſtatis veſtræ augeri vel minui poterunt.*

Currui huic, ut erectus incedat, quatuor virtutes, fulcri loco ſunt adjunctæ, nempe Securitas, Fidentia, Gravitas, Perſeverantia. *Nam ſi Securitas cum Fidentia conjungitur, & Gravitas cum Perſeverantia concurrit, non niſi bene proceditur.*

Et, ut currus hic a recto tramite non declinet, Ratio, *aurigæ loco, primas tenet. Ratione enim res omnes & ſingulæ peraguntur. Illa Ratio duabus munita eſt habenis,* Nobilitate *ſcilicet &* Potentia. *Siquidem Cæſarea veſtra Majeſtas, Nobilitate & Potentia, omnibus Regibus & Principibus antecellit.*

Ne vero Equi *currui alligati, tanquam animalia irrationalia viam Intelligentiæ declinent, ſed a ratione melius regantur, ideo cuilibet peculiaris ductor adjunctus eſt, ne aliter, quam iſtius virtutis proprietas requirit, incedere valeat.*

Et quoniam Moderatio & Providentia, *Rationem proxime inſequuntur, duæ iſtæ virtutes, duos equos Rationi propinquos dirigunt, ut currus eo decentius & omni Providentia gubernetur.*

Duo equi proxime ſubſequentes, Alacritate & Opportunitate *ducuntur, ideo cum deceat, ut currus, tempore opportuno, procedat, ita viciſſim neceſſum eſt, ut id fiat alacritate & hilaritate.*

Firmitudo & Velocitas *duos equos ſequentes dirigunt, ut cum currus pernicitate ducatur, attamen inconcuſſe & cum firmitudine trahatur.*

Equis autem ſequentibus Acrimonia & Virilitas *adjunguntur ideo, ne currus abſque virilitate & acrimonia procedat.*

Hiſce, duo alii equi præcedunt, qui ſemper progredi conantur, reguntur autem iſti Magnanimitate & Audacia.

Ne autem Magnanimitas & Audacia currum ſeducant, duo alii equi illos antecedunt, quos Experientia & Solertia *moderatur. Niſi enim experientia & ſolertia adſint, Audacia & Magnanimitas currui facilime damnum inferre poſſent.*

Licet autem omnes homines divina providentia regantur, nihilominus tamen, teſtimonio Sapientum, Cor Regis in manu Dei eſt, qui illud divino nutu dirigit, ideo in conſpectu Cæſareæ veſtræ Majeſtatis, hæc conſpicitur inſcriptio: In manu Dei Cor Regis eſt. *Majoris autem ornatus gratia, pro verbo Cor,* (Cor) *depictum eſt laurea inſignitum, innuens Cor Majeſtatis veſtræ omni laudum & Virtutum cumulo eſſe refertum & ornatum.*

Cumque abſque omni dubio & vere dici poſſit, Cæſaream veſtram Majeſtatem decore & magnificentia ſua in terris idem eſſe, quod Solis ſplendor in firmamento Cœli, ideo ſupra Cæſaream veſtram Majeſtatem hæc ſcripta leguntur: Quod in cœlis Sol, hoc in terra Cæſar: *pro verbo autem Sol pictus eſt* (Sol) *& loco verbi, Cæſar, Aquila.*

Currus autem hicce, Domine Clementiſſime, non hunc in finem a me excogitatus eſt, tanquam omni opere abſolutus ac perfectus, ſed quicquid Cæſarea veſtra Majeſtas in eodem correctione dignum exiſtimaverit, id facilime mutari vel prorſus amoveri poterit. Spe autem humilima lætor, hancce meam inventionem non ſolummodo triumphalem, ſed etiam philoſophico moralem, Cæſareæ Veſtræ Majeſtati tanquam ſapientiſſimæ non diſplicituram: licet etiam in opere hoc defectus quidam appareant, nihilominus tamen ex eodem diligens inquiſitio, prompta ac humilima mea voluntas cognoſci poterit, quæ hac inventione non deſiſtet, ſed in iisdem indies perget, quibus Cæſareæ veſtræ Majeſtati aliis & novis inventionibus inſervire queam, modo ſi cognovero, me hac in re Cæſareæ veſtræ Majeſtati gratificaturum. Hiſce me Cæſareæ veſtræ Majeſtati humilimo obſequio comendo, eandemve rogo, ut dominus meus Clementiſſimus eſſe non deſiſtat.

Ad moram autem tramiſſi hujus currus, Domine Clementiſſime, quod attinet, copia Virtutum, ad eundem pertinentium, in cauſa fuit. quæ multum temporis vorarunt, usq; dum in ordinem redactæ ſunt. Et niſi Albrechtus Durerus, Cæſareæ veſtræ Majeſtatis miniſter, ſummam diligentiam impendiſſet, remq; ipſius expediviſſet, moleſtia rem diutius procraſtinari coactus fuiſſem. Id quod hac de cauſa Majeſtati veſtræ ſignifico, ut tam ipſam moram quam exquiſitam Albrechti Dureri diligentiam cognoſcat.

Cæſareæ Veſtræ Majeſtatis

Humilimus

Bilibaldus Pirckheimerus, Norinbergæ.

Quantopere ceperit Maximilianum Imperatorem inventi ſolertia, docet ad Pirckheimerum ab ejus Majeſtate ſcripta Epiſtola.

MAXIMILIANVS DEI GRATIA ROMAMANORVM IMPERATOR Electus.

Honorabili noſtro & Imperii fideli, dilecto, Bilibaldo Pirckheimer, Conſiliario noſtro.

Honorabilis, fidelis, dilecte, currum triumphalem, quem ad triumphum noſtrum ornandum excogitaſti, ac per Albertum Durer deſignare curaſti, una cum expoſitione per harum latorem accepimus, ac diligenter inſpeximus, ſummeque nobis placuit, & inventio tua & animi promptitudo, meritoque te pro tanto beneficio ſumma complectimur benevolentia, & omni officio proſequemur. Datum in civitate noſtra Inſpruck, die XXIX. Martii, anno Salutis M. D.XVIII. Regni vero noſtri XXXII.

Ad mandatum Cæſareæ Majeſtatis proprium,

Weſtner.

Eſt præterea notandum, ſæpe in hac Aula Imperatores *Comitiales Conventus* celebraſſe, ac proinde non Solium tantum Imperatoris, ſummum locum tenere, ſed & utrinque ſcamna ita diſpoſita eſſe, prout ſecundum leges publicas, tum Electorum, tum cæterorum Eccleſiaſticorum & Secularium Principum ſeſſioni conveniunt. Quia *Ludovicus IV.* Bavarus Imperator Noribergam inſigniter caram habuit, eique fere quotannis præſentiam ſuam, ſemper benignus, & privilegiorum conceſſione, ceu Aventino quoq; notatum eſt, indulgentiſſimus, comodavit, illi, throno Imperatorio imminens, ſtatua marmorea poſita eſt, adſcriptumque:

P. S. T. S.

IMPER. LVDOVICO. AVGVSTO. BOIORVM. BATAVORVM. CANNINEFATIVM. BELGICÆ. SECVNDÆ. FRISIORVMQVE. DVCI. PRINCIPI. OPTIMO. ET. DE. REPVB. NORIMBERGENSI. BENEMER.

Eſt quoque in *Curiæ Atrio* notabilis *Fons* pulcherrimus editusque, totus cum labro ex ære fuſili, qui per canaliculos complures, aquam copioſam cum ſonoro ſtrepitu effundit.

Subſtructiones concameratas Curiæ, pro *Carceribus* habent ii, qui graviter deliquerunt, & quos pœna capitalis, aut ſaltem corpus, vel bonam famam affligens manet. Atque ſic, ceu loco torturæ inſcriptum eſt:

AD MALE PATRATA SVNT ATRA
THEATRA PARATA.

Supra nobis memoratus Henznerus adjungit Curiæ aliquod *Prytaneum, in quo, prandentibus quotidie duobus Senatoribus, admittantur etiam Cives primarii, una cum convivis, quos honoris cauſa ſecum forſitan adducunt, plebe penitus excluſa.* Id, ne cuiquam fraudi ſit, monendum, nec eſſe Noribergæ Prytaneum ejusmodi, nec, quod equidem ſciam, unquam fuiſſe. Pariſſimum Henzneri nugis eſt, quod Petrus Bertius memorat, *non permitti Noribergæ Civium plebejorum Conventus, ne convivii quidem, aut religionis, aut exequiarum titulo.* Nemo enim impedit Cives honeſte genio indulgere, Convivia agitare, amicos Conventus inſtituere, quoties is collibitum, ac facultates & negotia hoc patiuntur, ut nuptiales & exequiales epulas involvamus ſilentio.

CAPUT XVI.

Rerum venalium in Foro majore ubertas. Flores in deliciis habent Noribergenſes. Roſæ & Caryophylla qua ratione condiantur ad diuturnitatem. Schmecken/*pro* olfacere, *probe dicitur. Conventus negotiatorum. Nundinæ Natalitiæ. Fons vetus locum cedet novo.*

E Curia digreſſos, brevis via ad FORVM MAIVS deducit. In hoc autem quotquot ſe conferunt peregrini, extra ſe rapiuntur; & plane credunt, in alium orbem ſe delatos. Ampliſſimum eſt, longeque patens, & tamen, diebus imprimis hebdomadariorum mercatuum, non tantum non transeundi, ſed propemodum ne conſiſtendi quidem, facultas præ turba conceditur. Quæcunque Florum, Fructuum, Herbarum, Olerum, Leguminum virentium, Radicum edulium, Baccarum, Fungorum genera tellus alit, hic longis ſeriebus ſedentes hortulanæ mulieres, magna copia venum exponunt, hasque merces non ſolum varie eleganterque

terque ordinant,ſed & arbuſculis,virgultis,frondibus, termitibus, ollis inſuper æneis, candido cremore lactis, & nigro ex ſambuco embammate plenis, pulcherrime ita diſtinguunt, ut neſciat quis, quo potiſſimum reſpicere,oculosque convertere debeat. Neque hæc ſuis tantum temporibus ibi ſe offerunt, ſed pleraque etiam menſibus alienis. Quippe, iſta,olitores, naturæ vim faciendo, in media hyeme,tum in hypocauſtis, tum per ſubterraneum hortorum areolis ſubjectum ignem, extundunt & extorquent.

Nimirum, quod obiter hic dicendum, *ſummopere Floribus capiuntur Noribergenſes omnes*,ac proinde non tantum ædium ſuarum feneſtras vaſis figlinis inauratis,floriferis ris fructiferisque exornant, ſed & ſequior imprimis ſexus,pudori ſibi ducit,ſine flore in publicum prodire,etiam in frigida bruma. Hinc repetere Roſas & Caryophylla condiendi, ut flores recentes mentiantur,ſeitam artem,quod nos ſecretum, bonam gratiam Lectoris merituri,revelabimus.

Die roten Roſen über Winter zu erhalten:

Man bricht/oder ſchneidet die Roſenknöpffe/ehe ſie noch völlig aufgegangen/doch nit mit bloſſer Hand/ab/nimmt einen wol glaſirten Hafen/ beſtreuet deſſelben Boden mit Saltz/und thut dann eine Läge friſchabgebrochener Roſenknöpffe darauf: dieſe beſtreut man wiederum mit Saltz und macht dann eine neue Läge Roſenknöpffe:und in dieſer Abwechslung wird ſtetigs fortgefahren/biß der Hafen voll/ und mit Beſtreuung des Saltzes der Schluß gemacht wird. Nach dieſen gieſet man guten Wein darauf/ vermacht den Hafen/und ſetzt ihn in einen Keller; woraus die Roſenknöpffe nach Belieben genommen werden/und wann man ſie ſtarck anbläſet/ begeben ſie ſich voneinander, daß ſie ſehr lieblich anzuſehen.

Die roten Topff-Negelein zu erhalten.

Die roten Topff-Negelein/wann ſie vollkommen ausgeblühet/ tuncket man in Scheidwaſſer/ breitet ſie hernach auf einer höltzernen Tafel aus/ biß ſie ausgetrocknet / ſo werden ſie härtlich / und behalten ihre Farb ſehr ſchön.

Tales,qui conditura,à marcore, ad longævitatem producuntur flores,tenuioribus in manu ſunt, dum locupletes e terra editis ſeſe efferunt: ac utrique communi nomine,vulgo Schmecken/appellantur, magis alioqui ad guſtum,quam ad odoratum attinente voce. Id verbi ridere ſolent, ex ulteriore verſus Septentrionem ſeſe porrigente Germania,ad nos delati advenæ,ſugillantque ſalſe Noribergenſes, tanquam non niſi quatuor ſenſibus præditos. Enimvero,non eſt ea Noribergenſium pro-

um propria locutio, ceu Vir præclarus, *Caſpar Stieblerus ſed Serotini*, des Spaten, ex Carpophororum Illuſtri Societate cognomine magis notus, quoque perſuaſus fuiſſe videtur. Scripſit enim in Lexico Germanico, quod den Sprachſchatz appellavit, p. 1869. b. Schmecker / *vir delibans*, & *palato ſentiens. Sed* Schmecker *etiam de ipſo Naſo more Noribergenſium dicitur, hinc:* Er hat einen guten Schmecker / *emunctæ naris eſt, & naſum rhinocerotis habet.* Et iterum in ſequente pagina: Schmecke / *cenſura & judicium palati. Noribergenſes vero appellant* eine Schmecke / *ſertum, faſciculum & corpuſculum florum, aliàs* ein Strauß / & Blumenbuſch / Roſmarin-Schmecke / *olfactorium ex Roſmarino.* An einer Schmeck riechen / *olfacere faſciculum florum.* Sed nulla loquelæ ſtribiligo exprobranda eſt Noribergenſibus, non enim apud illos nata, aut unice recepta eſt iſta ſermonis ratio, qua, eodem verbo, tum ad guſtum, tum ad olfactum pertinentes actiones efferuntur. Communis deprehenditur hæc dialectus Germanorum auſtralium, imo & qui a nobis ſejuncti vivunt, Helvetiorum omnium. Eſt autem penes populum vis & norma loquendi. Nec alius veterum erat ſermo. Ejus rei unum exemplum ex Vlrici de Reichenthal Hiſtoriæ Concilii Conſtantienſis, cui ille interfuit, epilogo allegaſſe ſufficiat. Do er (nempe Johannes Huſſus) allerding verbrunnen was / dannocht was die Pappierin Inffel inn dem Feuwr gantz und nit verbrunnen / do zerſtieß ſie der Nachrichter / do verbraune ſy erſt auch / vnd warde der aller böſeſt ſchmack / den man ſchmecken mocht. Wann der Cardinal Pangratius het ein groß alts Maul / das jm ſtarb von elten / vnnd an der ſtat / do der Huß verbrennt ward / do was das Maul vorhin vergraben worden / vnd in der erde gelaſſen. Von der hitz wegen des Feuers thet ſich das erdtrich auff / das der böß ſchmack heraus kam. Ipſe Germanæ fidicen lyræ Martinus Opitius (quis vero adverſus hunc muſſitet, aut poſt ejus tergum manus in ciconiam incurvet?) ſic locutus eſſe deprehenditur in Cantici Canticorum poëtica paraphraſi:

O Braut die Lippen trieffen dir /
von Honigſeime für und für /
die Zung' iſt Milch und honigſüſſe:
die Kleider haben den Geſchmack /
den Libanus nicht geben mag /
auch wann er alle Krafft anblieſſe.

Aliquid *hyblam Atticosq; flores ſapere*, pro *bene olere*, etiam Latine ſcribentes frequenter dicunt.

Porro, eſt in Foro Noribergenſi proprius locus vendendis Piſcibus qua recentibus, qua ſalſis, nec plures magisque diverſos reperias in Vrbi-

Vrbibus mari aut magnis fluminibus aſſitis. Alibi venduntur mixtim, Columbæ, Phaſiani, Cervi, Attagines, Ova, Anſeres, Lepores, Pulli, Gallinæ, Turdi, Capræ, Vituli, Apri, Damæ, Aves ſive enectæ, ſive modulatu canoræ, & quid non? Caſei quoque varii generis, & panes exotici, peculiarem locum ſibi vindicant.

In ora, quæ S. Sebaldi Templum & Curiam reſpicit, ac der Herren-Marck appellatur, quotidie circa meridiem, & hora ante Solis occaſum proxima, cœtus Mercatorum aliorumque Civium congregantur, atque tum de mercimoniis, tum de rebus quæ aliunde innotuere, inter ſe colloquuntur, & literas peregre allatas, ac conſilia conferunt. Alibi fit hoc in Conventibus ejusmodi dicatis Prytaneis, quas *Burſas* appellant. Sed Noribergenſes malunt ſub dio agere, Venetorum more, apud quos in fori litus ſpectante regione, ſimiliter publicæ Patriciorum & cæterorum incolarum fiunt coitiones, quod *Broglio* ii vocant, prolapſæ autem Latinitatis Scriptoribus, *Brolium*, locus arboribus conſitus, & palis, aut maceria, vel muro obſeptus dicitur, & cauſam huc translatæ appellationis ſic indicat Sanſovinus de Vrbe Veneta pag. 51. Vbi nunc forum eſt, olim *Brolium*, ſive nemus ſacrarum Virginum S. Zachariæ fuit, quod publice coëmptum. Illuc quotidie Patricii conveniunt, ut officiis humanitatis, retinendæ concordiæ, atque alternis obſequiis conciliandæ gratiæ, & petitionis ſtudio operam navent.

Porro, diebus aliquot ante Feſtum, quo Chriſti Domini ἐνσάρκωσιν pie celebrant Proteſtantiũ Eccleſiæ, inſtituuntur in hoc Foro, *Nundinæ Natalitiæ*, quæ der Kindleins Marck / vel potius plene, der Chriſtkindleins Marck / vulgo vocari ſolent. Tota prope area tum referta eſt tabernis ligneis, pro tempore excitatis, in quibus omnis generis merces, &, ut verbo dicam, quicquid in uſum & delectationem infantum, quin & adultorum quoque, voto expeti, cogitationeque fingi poteſt, venum exponitur. Solent ad nundinas has ſpectandas, non tantum ex Vrbibus vicinis inferioris conditionis homines, ſed & quandoque viri Principes confluere. Noribergenſium vero infantilem ætatem, quæ nondum ære lavatur, perſuaſio tenet, ipſum Chriſtum puerum hic ea mercari, quæ poſtea nocte Natalitiorum diem antecedente, inter ipſam ſit diſtributurus. Ergo iſta deinde nocte parentes liberorum tenellorum magnas paropſides, quas illi veſperi horrentes trementesque, ſed & gaudentes ſimul, in menſis inanes expoſuere, variis donariis accumulant, ob quæ infantes ſub diluculum, tanquam a Chriſto puero cœlitus munera iſta depluiſſent, aut ab illo in paropſides conjecta eſſent, ita geſtiunt, ut vix apud ſe ſint præ lætitia. Vniverſo prope anno, maxime vero

menſi-

menſibus ante feſtum proximis,ſpe lactantur, relaturos illos præmia inſignia, ſi pietatem colant, morigeros in rebus omnibus, & in diſcendo ſedulos ſe præbeant, atque hinc nulli magis compoſiti ſunt Noribergenſium liberis,& cum feſtum θεοφανίας in carne imminet,non dies tantum, ſed prope momenta ſingula,ad digitorum articulos ſolicite dinumerant, ac tantum non expectatione & deſiderio conficiuntur. Quin imo invaluit conſuetudo, non tenellam tantum & decipi aptam prolem, ſed & majores natu liberos, & quicquid eſt domeſticorum, donis illa die proſequi. Eſt hic modus plane egregius,in officio continendi totam familiam: nam, prout quisque promeruit, ita donatus abire ſolet, & adeo patres matresque familias etiam, ſeſe mutuo muneribus exhilarant: ac dicat quis, tum Norībergæ aliquantisper repueraſcere omnes homines. Certe,pueri puellæque ingenti voce,geſtuque,

Ingeminant plauſum,Tyrii,Troësq; ſequuntur.

Ea quoque perſuaſio tenet infantes, Chriſtum puerum ad bajulandas quas ille emit merces, pediſſequum habere *S. Nicolaum*, atque hunc ſemper bellaria aliqua a venditoribus accipere pro mantiſſa, unde talia, boni ominis cauſa,& quaſi quædam promulſis,cum Feſtum natalitium in propinquo eſt,dormientium cervicalibus clanculum ſolent ſupponi,eaq; S. Nicolao accepta feruntur. Quare huic præcipue Divo,iſta perſona infantulis munuſcula largiendi,imponatur, vulgo ignorant.Ego exiſtimo, antiquiſſimis inſtituti autoribus in mente fuiſſe *S. Nicolaum Myræ Epiſcopum*,de quo eſt apud Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores,& ex iis in Breviario quoque Romano,ipſum adoleſcentem,parentibus orbatum,facultates ſuas pauperibus diſtribuiſſe. Cumque Pataræ in Lycia (quam urbem ille patriam habuit,) civis quidam egens,tres filias, jam nubiles, in matrimonio collocare non poſſet, earumque pudicitiam proſtituere cogitaret,re cognita,Nicolaum,clam per feneſtram,tantum pecuniæ in pauperis domum injeciſſe, quantum uni virgini dotandæ ſufficiebat: idque cum iterum & tertio ille feciſſet, tres iſtas virgines honeſtis viris in conjugium datas eſſe. Sic,quod vivus egit Nicolaus, eum poſt fata identidem repetere, narrabatur quondam, ceu mea fert conjectura, aurem ſedulo præbentibus infantibus, inter Mileſios ſermones, cujus tamen apologi notitia poſtea penitus periit, ſolumque Nicolai nomen tulit ætatem.

Nec omnino ſicco,quod ajunt,pede nobis prætereundus, qui in foro,inde ab A.C. 1361. conſtitutus FONS eſt, e ſecto lapide, multo auro, & multiplici ſculptura exornatus, ſtatuis plurimis circumpoſitis, ac ideo der Schöne Brunn dictus.Forma ingentis pyramidis inſtar exſurgit, opere

it. Intus
s humor ſe
tos, refer-
: ineptias!
den Marckt
Clodove-
rolus Ma-
lig David/
n Heyden:
ſehr künſt-
ie Thüren.
rzeichen ge-
Bolds/das
Chronicon
do allatis,

Trajanus ſeim Richter die Haut abſchandt/

menſibus
ſignia, ſi
ſedulos ſe
ſium libe
ſed prop
ac tantu
valuit co
& major
proſequi.
familiam
adeo pat
rant; ac
homines

Ea quoq
quas ille
ſemper b
boni om
propinq
S. Nicol
fantulis
antiquiſ
pum, de q
rio quoq
tes ſuas
ille patri
trimoni
taret, re
peris do
cum ite
conjugi
identid
aurem ſ
tamen a
tulit æt
Ne
ro, inde
ro, & n
ideo Det ... ingentis pyramidis inſtar exſurgit,
opere

opere eximio, quam ſeptum ferreum venuſte implexum ambit. Intus eſt labrum ingens, in quod e XVI. fiſtulis inauratis profluens humor ſe colligit. Statuas quas exhibet, *hoſtes patriæ ad vivum adumbratos*, referre, Henznerus ſcripſit, & ſcripſit quoque Frölichius. Apage ineptias! In Chronico MS. rectius legas: An den Schönen Brunn auf den Marckt ſind gebildet die 3. dapfferen Helden unter den Chriſten: König Clodoveus in Franckreich/ Herzog Gottfried von Bullion / und Keyſer Carolus Magnus. Die 3. dapfferſten Helden unter den Juden: Joſua/König David/ und Judas Maccabäus. Die 3. dapfferſten Helden unter den Heyden: Hector, Alexander Magnus, und Julius Cæſar. Das Gitter iſt ſehr künſtlich/hat 5. Ecke/wigt 102. Centner / und 47. Pfund: hat 2 ſchöne Thüren. Ein Ring daran läſſet ſich gantz herum drehen/ welcher zum Wahrzeichen gezeget wird. Zu den verguldem ſind kommen 1205. Buch feines Golds / das Buch 5. Pfund macht 861. fl/3. Pfund/18. Pfen. Aliud ſimile Chronicon mihi ſuppeditavit, quos inde repeto, veteres verſus, levis, a modo allatis, diſcrepantiæ.

Am Marck zu Nürnberg ſteht ein Bronn/
So weit als leuchten mag die Sonn/
Findt man desgleichen nicht von Steinen /
Wie geſchickte Werck-Leute meinen.
Dan wer die frömſt drey Heyden wil ſchauen/
Der findt ſie in den Bronn gehauen /
Und auch die frömſten Juden drey
Thut man daſelbſt finden dabey.
Auch drey der allerfrömſten Chriſten.
Wer hoch zu GOtt in Himmel wil niſten/
Der leb als König Erhart in Franckreich/
Herzog Gottfried von Buljon war ihm gleich/
Der groß Käyſer Carl dem Gott das Schwert ſant/
Das ſeynd die drey fürnehmſten Chriſten genant.
Die fürnehmſten Juden drey in der alten Eh /
König David/und Herzog Joſue/
Und Judas Maccabeus drit/
Die haben ſich von der Höll befridt.
Käyſer Julius der Heyd recht Urtheil ſant/
Trajanus ſeim Richter die Haut abſchandt/

P Hector

Hector von Troja der erſt frömſt Heyd iſt/
Als man beym Homerus liſt.
Das ſind nun die allerfrömſten Perſon/
Die ſihet man figürlich an Brunnen ſtohn:
Und auch die ſieben Churfürſten dabey/
Propheten/Evangeliſten/Patriarchen frey/
Moſen und viel Bibliſcher Bilder dazu/
Ich hiemit auslegen thu.

Non aliam occaſionem, quam Fontis hujus ſimulacra, habuiſſe videtur Adauctor Operis Inſignium Sibmacheriani, ut Optimorum Hominum ſecundum diverſa genera Triadas iſtas, libri initium faceret, ſuum cuiq; Scutum aſſignando, & faciendo inſuper ex Mulieribus interpolationes, intempeſtiva diligentia. Sic enim iſte hæc digeſſit:

Die drey guten Juden: Fürſt Joſua/König David/ Judas Maccabæus. Die drey guten Jüdin: Heſter/Judith/Jael. Die drey guten Heyden: Hector von Troja/Alexander der Große/Julius Cæſar. Die drey guten Heydin: Lucretia/ Veturia/ Virginia. Die drey guten Chriſten Kaiſer Carolus Magnus/König Artus/ Herzog Gottfried von Buljon. Die drey guten Chriſtin: Helena/ Brigita/ Elsbeta.

At Fons prædictus, utut elegantiæ ſingularis, ſimulac DEUS deſideratam pacem, & meliora fata Germaniæ indulgebit, loco movebitur, ſuccedetq; in medio foro ex ære alius, non ſolum antiqui, ſed etiam quicquid in Europa eſt fontium, pulchritudinem longe exſuperans. Aquæ triumphum figurabit, ſtatuis multis coloſſiæis. Jamdudum opus perfectum jacet, cui ſic ominatus eſt Carolus Patinus, quarta Epiſtolicarum Relationum: *J'ai vis chez un Particulier, ces belles figures de bronze, que le Magiſtrat a fait faire pour la Fontaine de la grande place. Ce deuroyent eſtre de Dieux, les hommes n'en peuvent faire, mais au moins ont-ils fait des Geans. Le Neptune pese 3300. liures; c'et asſez pour eſcraſer luy ſeul plus de monde, que tous les Geans de la fable. C'eſt, a mon ſens, un des plus beaux ouvrages du ſiecle.*

Præceſſit interea temporis, haud ita pridem, velut anteambulo, *Fons lapideus*, maximo artificio fabricatus, & qui aquas ſuas ultra vicinarum ædium ſublimitatem prodigioſe jactat, ac inter duos minores, in ea parte Urbis, quæ ab ædificiorum novitate cognominatur, auf den neuen Bau/ collocatus cernitur. Non eſt, omnium conſenſu, extra Italiam uspiam gentium fons alius, tanto impetu, copia, & altitudine liquoris latices eructans. Ornatur Inſcriptione:

ANNO

ruptores
ntur ſup-

igioſa eſt,
neminem
Arcus ab-
is ſufful-
Sandrar-
ſummum
bjicit de-
ectus des
dieſes die
In wel-
t worden.
der Me-
...nes Por-
lai aufg... mauret / und auf ſolchen/in Lebens Gröſſe ein liegender Ochs in
Stein gebildet / deſſen Gewicht 30. Centner weniger 24. Pfund befunden
worden. Non ediſſeruit tamen Sandrartius ea omnia, quæ de hoc Ponte notanda veniunt, ſupplenda nobis ex Abrahami Saurii libro de Civi-

H
A
E
T
U
P
M
J

Non aliam
Adauctor
ſecundum
cuiq;Scut u
tiones, in
Die dr
us. Die d
den: Hec t
ten Heydi
Kaiſer Car
drey guten
At Fons
pacem,&
in medio
ropa eſt fo
figurabit,
ſic omina
vis chez un
pour la Fon
n' en peuve
3300. livr
Geans de la
Præceſſit
lapideus,
ædium ſub
te Vrbis,
Bau/collocatus
uſpiam gentium! fons alius, tanto impetu, copia, & altitudine, liquoris latices eructans. Ornatur Inſcriptione:

ANNO

ANNO SALUTIS
MDCLXXXVII.
QUO
LEOPOLDUS MAGNUS
PARTA DE TURCIS
VICTORIA MAXIMA
JOSEPHUM FILIUM
REGEM HUNGARIÆ CORONARI F.
HIC FONS LÆTO OMINE EXSTILLARE
COEPIT
CURANTE SENATU POPULOQUE
NORIBERGENSI.
QUI AQUAM HAURIS FONTEM
CORONA.

CAPUT XVII.

Pons macelli, architectonicæ eſt ſpecimen. Vini corruptores facinus atrox committunt, & eapropter extrema promerentur ſupplicia.

FOro proximus eſt MACELLI PONS, cujus ſtructura prodigioſa eſt, ac fidem facit intuentibus, *Petro Carolo*, illius architecto, neminem ſuæ ætatis fuiſſe in ædificandi arte induſtriorem. Unus eum Arcus abſolvit, haud minimo flumini impoſitus, nullis pilis aut columnis ſuffultus, quæ molem ſuſtineant. Sæpe nobis, & ex merito laudatus Sandrartius in parte 2. Academiæ Teutonicæ p. 374 prolixe oſtendit ſummum ingenium, quod in hoc ponte conſtruendo fuit adhibitum, & ſubjicit denique: Der nach Wien reiſende Königliche Spaniſche Architectus des Eſcurials/hat neben andern diß Werck gerühmet/und bekannt/daß dieſes die allerfürtrefflichſte Brücke eines Bogens in gantz Teutſchland ſey. In welche an kleinen und groſſen Stucken 14628. Steine ſind vermauret worden. Auf dieſer Fleiſchbrücke/fande ſich ein unformlicher Winckel gegen der Metzig oder den Fleiſcherhaus. Zu Bezierung deſſen/wurde ein ſteinernes Portal aufgemauret / und auf ſolchen/in Lebens Gröſſe ein liegender Ochs in Stein gebildet/deſſen Gewicht 30. Centner weniger 24. Pfund befunden worden. Non ediſſeruit tamen Sandrartius ea omnia, quæ de hoc Ponte notanda veniunt, ſupplenda nobis ex Abrahami Saurii libro de Civi-

tatibus, apud quem legitur: Die Fleiſchbrucke wird mit Verwunderung beſichtiget/ weil ſie von einen einigen ſehr flachen Schwibogen/ ohne Pfeiler/ über die Pegnitz auf 97. und einen halben Nürnberger Statt Schuhe in die Länge geführet worden. Im Geſpreng des Bogens/ iſt ſie höher nicht/ denn 13. Schuh/ 50. breit/ und oben im Gewölb vier Schuh dicke. An dem Fleiſchhauſſe über dem Portal oder Eingang/ ligt ein von Stein gehauener Ochs/ welcher den Fremden vor ein Wahrzeichen gewieſen wird/ darunter mit güldenen Buchſtaben dieſe Vers geſchrieben:

OMNIA HABENT ORTVS SVAQVE INCREMENTA
SED ECCE
QVEM CERNIS NVNQVAM BOS FVIT
HIC VITVLVS.

Quia Bos ille, ceu vere a Saurio dictum eſt, inter mnemoſyna Vrbis celebratur, ideo, ut Latinæ linguæ ignaris indicari queat, quid verſibus ſubſcriptis ſignificetur, & ut memoriæ eorum conſulatur, ſimul facta, ore propaganda, Germanica translatio, pro genio qualis tum erat poeſeos:

All Ding ſein Anfang und Gewächs hat/
Aber der Ochs in dieſer Statt/
Wie du ihn ſiehſt/ zu keiner Friſt/
Ein junges Kalb geweſen iſt.

Exercuit & Poëta alius Latinus circa Bovem iſtum ſuum ingenium, prout Galli quoque ſolent ſolerter argutos & feſtivos ſe præſtare, ob ſuam, quæ Lutetiæ in Ponte Novo eſt, Samaritanæ mulieris imaginem:

Bos ego ſum, non bos, vituli natura negata,
Non natura tamen deeſt mihi: cornua ſumpſi
Paulatim gemina, in ſylvis eductus, in Vrbe
Formatus, quaſi nunc Numen, cuſtosq; fidelis,
Nec terris jaceo, nec aquis, nec ſidere poſtus.

Invaluit mos, Structurarum memorabilium præcipuo fundamentali lapidi quædam includere, ad annum & ævi conditionem, quibus opus cœptum fuit, attinentia. Idem obſervatum eſt in hujus Pontis fabrica; atq; ſervat ſaxum primarium, inde induſtria factis cavitatibus extimis, lagenas duas vitreas, unam vino rubro, alteram aqua repletam. Mediæ, ineſt æneum vas cum Numo argenteo, in cujus adverſa parte exhibetur ſuperne Inſigne Imperii, eique utrumque Noribergenſe, & futuri pontis imago ſubjiciuntur. Circumſcriptum:

NOSTRÆ CHRISTVS FVNDAMENTVM SALVTIS.

Averſæ inciſum eſt;

AUSPICE CHRISTO
PONTEM LAPIDEUM HUIUS LOCI
VI ATQUE FLUCTIBUS EXUNDANTIS INSOLITOQUE
MORE EXTRA ALVEUM EFFUSI PEGNESI CONVULSUM
ATQUE RUPTUM QUOD FUIT MENSE FEBRUARIO ANNI
MDXCV. SIC UT IAM RUITURUS VIDERETUR S. P.
Q. N. AD IMUM USQUE DESTRUI NOVUMQUE A FUNDAMENTIS
RESTAURARI ATQUE REDINTEGRARI MAGNO LABORE FECIT ROM.
IMP. D. RUDOLPHO II. P. F. SEMPER AUG. PATRIBUS VERO PA-
TRIÆ HIERONIMO PAUMGARTNERO ANDREA IM HOFFIO IOHANNE
WELSERO IOACHIMO NUZELIO CHRISTOPHORO FURERO ET
PAULO HARSDORFERO. ÆDILIBUSQUE DICTO IOHANNE
WELSERO ET WOLFGANGO IACOBO STROMERO CUIUS
RESTAURATIONIS PRIMUS LAPIS POSITUS EST XVIII.
CALEND. DECEMBRIS ANNO CHRISTI
MDXCVII.

Eſt in Ponte hoc, locus, velut podium, das Ohren-Stöcklein / deſtinatus pœnæ blasphemorum, pejerantium, & eorum qui vini ſinceritatem contaminant. Priores, linguæ exciſione, & digitorum amputatione, ex lege publica, luere debent: poſtremorum vina pertuſis doliis in Pegneſum profundenda. Annales noſtri exempla harum animadverſionum haud infrequenter exercitarum ſuggerunt, ſed memoria noſtra nobis nullum. Quid credimus animi futurum fuiſſe *Conrado Celti*, ſi in hæc tempora ille incidiſſet, quibus immane, ejus ſententia, nefas,

—— *in obſcœnum convertere vina liquorem,*

audentes, prorſus impune hoc ferunt? At vero, ei ſtomachanti, nimis mite, & nil niſi ludus ac jocus videbatur, mulctare malefactores peſſimæ ſuæ conditura in profluentem aquam effuſione, vivicomburio plectendos non tantum ille cenſuit, ſed & apud Inclytum Senatum hoc nomine interceſſit, atque modo potuiſſet, æternis apud inferos tormentis homines addixiſſet cruciandos. Locum integrum ejus afferre oportet, exæſtuante ex imis præcordiis iracundia ſcriptum, & ex quo commodum diſcere licet, quis tantum malum primus in orbem invexerit. *Vitiorum etiam corruptores,* exclamat, *utinam graviore ſupplicio* (Noribergenſes Senatores) *afficerent! Cujus corruptelam, ut multa alia ſecula noſtra excogitavere, ita illa quoque adulteratio & execrandum malum inventum eſt: nec jam ſolum per Germaniam, ſed & per Galliam, Pannoniam, Sarmatiam, aliasq; terras, ſcelus illud ſe plantavit, dum colorem, ſaporem, odorem, virtutem, ſubſtantiam, patriam etiam, in illis mutant. Inventum illud Druidæ eſſe ferunt,*

Martino Bavaro illi nomen erat, in Franciæ oppido, quod a nigra quercu dicunt. Dignus profecto æternis ſuppliciis, qui liquorem, quo & res ſacræ fiunt, corpori humano gratiſſimum, peſtiferum & lethalem fecit, naturæ munus, & quo non aliud præſtantius, ſidera ipſa, ornamentumque mundi Phœbus excoquit, contaminans, & inficiens, & quod in gaudium & alacritatem, & curarum noſtrarum remedium, natura nobis elargita eſt, ille in toxicum & variarum ægritudinum cauſas mutavit, humani generis extinctor, ſanguinarius, & crudus carnifex. Quodſi mercium & monetæ adulteratores, capitali pœna, apud Vos, Prudentiſſimi Senatores, plectuntur, quali illum ſupplicio afficiendum cenſetis, qui tot homines occidit, aut in ægritudines conjicit, quot hodie vina bibunt? Illi, paucioribus corruptelas ſuas vendunt: Ille, ætatem omnem & utriusque ſexus homines, in varia pericula adducit. Mulieribus ſterilitatem inducit, abortus facit, conceptumque fœtum abigit, nutricibus lac inficit aut ſubtrahit, arthriticos dolores corpori immittit; in Viris autem, inteſtinorum renumq; tormina (quo non major dolor corporis eſt) & corroſiones viſcerum inducit: &, ut plura paucis dicam, venenum inflammat, mordicat, adurit, extenuat, exſiccat, nec ſitim aufert, ſed auget, ut natura ſulphuris eſt: cujus magnam vim, priusquam deferbuerint vina, commixtis aliis noxiis & venenoſis rebus, quæ hic docere pudet, addunt, naturam transmutantes. Hoc nos, ſub dulci melle, venenum, amicis noſtris, uxoribus & liberis, & nobis ipſis (ut magna pluribus annis vini caritas fuit) tam magnis pecuniis emimus, natura tanti ſceleris ultrice, quæ hunc liquorem, per tot annos, propter hos ſuos hoſtes, & univerſi generis humani exterminatores ſubtraxit. Quocirca, Patres Prudentiſſimi, non ſolum eorum vaſis concuſſis in fluvium veſtrum tale venenum effundere debetis, verum etiam hujus vini propinatores, in rogum & ignem vivos præcipitare debetis, non minus hujus toxici, quam latrocinii curam agentes. Juret quis, querelam ſuam præ doloris impotentia, Celten Viennæ agentem, detuliſſe ad ipſum Maximilianum I. (cujus gratia pleniſſime fruebatur, quemque moriens Bibliothecæ ſuæ, & laureæ a Friderico Patre indeptæ heredem fecit) Cæſarem, eumq; permoviſſe, ut Friburgi Brisgoviæ A. 1498. adverſus vini adulteratores conſtitutionem ederet, in qua, & ad Celten in prooemio digitũ intendat, verba propria ejus exprimat, & pœnas temeti temeratorũ ex illius ſuggeſtione exaſperet. Volupe fuerit rem cognoſcere:

Wir Maximilian / von Gottes Gnaden / Römiſcher König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien/ꝛc. König/Ertzhertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ zu Brabandt/ zu Geldern /ꝛc. Graff zu Flandern / zu Tyroll / ꝛc. Entbieten allen und jeglichen Churfürſten / Fürſten / Geiſtlichen und Weltlichen / Prælaten/Graffen/ Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Hauptleuten/ Vitzthumben / Vögten / Pflegern / Verweſern / Amptleuten / Schultheiſſen / Bürgermeiſtern / Rich-

tern/

tern / Räthen / Bürgern / und Gemeinden / auch den Weinkieſern / Vieſierern / Eichern / Unterkauffern / Lutern / Bindern / Beſehern der Wein / und andern / ſo mit Wein und Faſſen zu handeln haben / und ſonſt allen andern / unſern und deß heiligen Reichs Unterthanen und Getreuen / in was Würden / Standt oder Weſen die ſeynd / denen dieſer unſer Königliche Brieff / oder glaubhafftige Abſchrifft darvon fürkommt / oder zuwiſſen wird / unſer Gnad und alles guts. Ehrwürdige / Hochwürdige / Wolgeborne / Ehrſame / Edle liebe Neven / Oheimen / Churfürſten / Fürſten / Andächtigen und Getreuen. Nachdem der Durchlauchtigſt Fürſt / Herr Friederich Römiſcher Käyſer / ꝛc. unſer lieber Herr und Vatter / löblicher Gedächtnuß / die böſe ſchädliche Gemächt der Wein verbotten / und deßhalben mit zeitigem Rath etliche Ordnung und Satzung gemacht / und außſchreiben laſſen hat. Und aber mit ſolchen böſen Gemächten ſeidhero nicht ſtill geſtanden / ſondern darüber / als wir zu mehrmahlen bericht ſind / wider die jetzt berührte unſers lieben Herrn und Vatters Satzung und Ordnung dannoch an viel Enden die Wein wider ihre Natur / in mancherley Weiß und Geſtalt mit unzimlichen böſen Gemächten beläſtigt / und anderſt dann ſie von Natur ſind / zubringen unterſtanden werden. Darauß / als wir bey den Gelehrten der Artzney / und ſonſten / finden / den Menſchen vielmahle ſchwere / langwerende / unüberwindtliche tödtliche Kranckheiten / und ſonderlich den Frauen Perſonen / ſo ſie ſchwanger oder nachdem ſie Kinder geneſen / oder ſonſt mit natürlichen Kranckheiten beſchwert ſind / dermaſſen ſchaden oder Verderbnuß empfahen / daß ſie / und ihre Frücht verderben / oder fürthin nicht mehr empfänglich / noch fruchtbar werden mögen / folgen. Darin wir als Römiſcher regierender König / gemeinen Nutz zu gut / gnädiglich geſehen / und darumb mit ſampt unſern / und deß heiligen Reichs Churfürſten / Fürſten / Ständen / und gemeiner Verſammlung / auff dem Reichstag allhie zu Freyburg / zu verhüten ſolches Ubels / geſetzt und geordnet / Setzen und ordnen auch / von Römiſcher und Königlicher Macht / wiſſentlich mit dieſem Brieff.

So die Weinbeer zur Kälter gebracht werden.

Zum erſten / daß die Weinbeer / ſo ſie von Weinreben zu den Kältern oder Preſſen / und darauff bracht werden / ohn alles Gemächt und Zuſatz / außgepreſt / in ein ſchlecht / ohn zubereiten einiges Gemächts / Faß gethan / und dieſelben Moſt mit ſtäter ordentlicher Füll gehalten / damit ſie volkommenlich und gäntzlich ihr Verjärung haben mögen. Und auch fürter denſelben Weinen keinerley ſchädliche und böſe Gemächt oder Zuſatz / noch auch mit bedempfen zu machen / oder in einige andere Weiß gethan / ſonder daß die mit ordentlicher Füll / wie obſteht / biß zum Ablaſſen / gehalten werden ſollen.

So

So man die Wein ablaſſen wolt.

Zum andern / ſo man die Wein ablaſſen wolte/oder würde / daß man die dann in ein ſchlecht / unzubereitet einiges Gemächts/Faß ablaß. Doch alſo/ ob jemandts wer der were / in dem Ablaſſen / umb beſtändigkeit willen des Weins / ſein Faß mit einem Schweffel zubereiten wolt / das ſolt er zu thun Macht haben. Doch ein Wein einmahl/ und nicht mehr / auch nicht anderſt/ dan zu bereitung einem füderigem Faß/ein Lot lauter Schweffels. Alſo ſoll es auch gehalten werden/ nach anzahl des Schweffels / zu einem gröſſern oder kleinern Faß. Doch ob jemandts Wein über Land füren wolt/der dann in Beſtändigkeit zubehalten/weiters Schweffel dan jetzt berührt/nothdürfftig were/ der mag ſolch Faß mit einem Schweffel auch zimlich bereiten. Und nemlich zu den Wein/die als obſtehet/zuvor geſchweffelt weren/in ein füderich Faß ein Lot lauters Schweffels/wie vorſteht/und fürter nach Anzahl deß Schweffels/zu einem gröſſern und kleinern Faß/und auch nicht mehr. Und welcher/oder welche jhre Wein alſo geſchweffelt haben / der oder dieſelbe ſollen ſolchen auch alſo für geſchweffelt verkauffen / und es den Käuffern eröffnen / auffdaß derſelb Wein nicht weiter geſchweffelt / ſondern damit wie obſteht / gehalten werde. Und wer dieſe Ordnung vorgeſchrieben verbrochen / oder die Wein anders / oder mehr / dann obſteht geſchweffelt het / daß dann dem / oder denſelben Faſſen darin ſolcher Wein erfunden wird / zuſtund / daſelbſt der Bodem außgeſchlagen / und der Wein gar verſchüttet. Und darzu von denen/die ſolchs Gemächt/oder mehr geſchweffelt Wein/dan vor gemeldet iſt/zurichten / befunden und betretten würden/ dem Fürſten / Herrn / oder Statt/dem derſelbig Uberfahrer obgemelter Ordnung zuſtünde / welchen Uberfahrer verkünden / und als dann derſelbig Uberfahrer ſeiner Herrſchafft/von jedem Eimer/oder Ohm/ ein Rheiniſchen Gülden unnachläßlich zu geben/verfallen ſeyn.

Von den Fuhrleuten der Wein.

Nach dem auch je zu Zeiten die Fuhrleut / ſo Wein zu Landt / und Waſſer führen/und jhren Lohn darumb empfahen/ unter wegen im Herbergen/und in jhren eigen Wohnungen/auß den Faſſen / ſo ſie alſo führen / ohn der Herrn/ deren ſie ſind/Wiſſen/Wein dieblich nemmen/ und nach jhrem gefallen verzehren/und an daſſelben genomen Weins ſtatt Waſſer gieſſen/die Faß widerumb damit zufüllen: Sol ſolchs hinfüro denſelben Fuhrleuten uñ Schiffleuten nicht verhengt/geſtatt/noch zugeſehen/ſondern darumb mit ſampt den jenigen/ſo ihnen deſſen verholffen hetten / es weren Wirtsknecht/oder andere/nach Maaß jhrer Verhandlung/an ihren Ehren / Leiben/und Gütern/ohn Nachlaſſung/ geſtrafft werden.

Wie auf die Gemächt der Wein zuſehen verordnet.

Es ſoll auch ein jeder Fürſt / Graff / Herr / unſer und des Reichs Stätt in ſeinen Gerichten und Gebieten allenthalben / zu Handhabung und Haltung ſolcher vorbeſtimter Ordnung / einen oder mehr Ampteleut nach gelegenheit ihr jedes Gebiet / ordnen / und von dem / oder dieſelben Amptleuten / welche ſie zu ſolchem Ampt auffnemmen werden / Eyd / zu Gott und den Heiligen nemmen. Auch darzu den Bindern / Eichern / Unterkauffern und andern jhren Amptleuten / und den jhren / ſo in jhren Gerichten / und Gebieten geſeſſen / und unterworffen ſind / und mit Wein und Faſſen zu handeln haben / bey jhren Pflichten / damit ſie jhnen verbunden ſind / ernſtlich befehlen / ſie darzu halten und vermögen / daß ſie auff ſolche gemächt der Wein / jhr fleiſſig Auffſehen haben / und wo ſie die herwieder erkünden / jhrer Herrſchafft anbringen. Und die jetzt gemelte verordnete Amptleut / ſollen ſolch jhr Ampt treulich und auffrichtig verſehen / und damit / wie obſteht / handeln / auch darin weder Miet / Gaab / Freundſchafft / Feindſchafft / noch ichts anders anſehen / ſondern ſtracks und auffrichtig allein denſelben jhren Emptern außwarten / und nachgehen / getreulich und ungefehrlich / damit das / ſo anders / dann wie obſteht / erfunden würde / auch obgeſchriebener maaß geſtrafft werde.

Peen über die / ſo überfährig geſunden werden.

Wo aber jemands / wer der / oder die weren / Geiſtliche oder Weltliche Perſonen / erfunden wurde / von wem / oder ſo offt das geſchehe / der einigerley böß oder ſchädlich Gemächt / nichts außgenommen / dann allein die obgeſchrieben Zulaſſung des Schweffels / in die Wein oder Faß thete / mächte / oder zu thun beſtelte / es were vor oder nach dem Ablaß / durch ſich ſelbſt / oder jemands anders / denſelben ſollen zu forderſt von ſtund an / an den Ende / da ſolche Wein geſunden werden / den Faß der Bodem außgeſchlagen / und der Wein verſchüttet / und darzu ein jeder zu jedem mahl an Peen / nemlich hundert Gülden Rheiniſch / halb in unſer und des Reichs Cammer / und den andern halben Theil ſeiner Herrſchafft / unabläßlich zu bezahlen / verfallen ſeyn / und alſo geſtrafft werden.

Von den Kräuter Wein.

Item / es ſollen auch Alendt / Salvey / Wermut / und andere dergleichen Würtzwein / deßgleichen die Beerwein / Kempwein / und Spanwein / hierin / die zu ihren füglichen Zeiten zu genieſſen / und zu gebrauchen / wie ſich ziempt / und von Alters herkommen iſt / vorbehalten und auffgeſetzt werden. Deßgleichen auch die Malvaſier / Rheinfal / und andere Welſche Wein / auch geſewerte / getreberte / und geſottene Wein / keinerley ſchädliche oder böſe Gemächt / oder Zuſatz gethan / noch daß der keiner unter den andern gezogen / auch mit anderen Wein nicht gemehret / ſondern ein jeder für ſich ſelbſt hingegeben / und außgeſchenckt werde / bey der höchſten Buß / wie obſteht.

Aber von der Peen der Verbrecher.

Solches verkündigen wir auch / und gebieden wir euch darauff von Rômiſcher Königlicher Macht / bey Vermeydung unſer und deß Reichs ſchweren Ungnad und Straff / und darzu Verlierung einer Peen / nemlich fünfftzig Marck lötigs Golds / in unſer Königlich Kammer unablâßlich zu bezahlen / ernſtlich / und wöllen / daß jhr ſolcher obberührter Ordnung und Satzung / nach jhrer Inhalt / nachkompt / und die allenthalben in euern Gerichten und Gebieten öffentlich verkünden laſſet / und bey euern Unterthanen darob ſeyet / ſchaffet und beſtellet / damit die obbeſtimpte Ordnung und Satzung / nach jhrer Inhalt / ohn Abgang durch ſie gäntzlich vollnzogen / und darwider nicht gethan werd / als lieb euch ſey unſer und deß Reichs / ſchwere Ungnad / und die obberührte Peen zu vermeyden. Zu Urkund dieſes Brieffs / beſiegelt mit unſerm Königl. anhangenden Inſigel. Geben zu Freyburg im Britzgaw / am 24. Tag deß Monats Auguſti / Nach Chriſti Geburt 1498. Unſerer Reiche / deß Römiſchen im dreyzehenden / und deß Hungariſchen im neundten Jahr.

Non fit in hac conſtitutione, nec in gravi dica quam Celtes Vini falſariis impingit, nominatim alius depravationis, quam quæ ſulphure & aqua peragitur, mentio. Sed Rudolphi II. Ordinatio Politiæ A. 1577. Francofurti promulgata, nobis revelavit, calcem quoque adhiberi: quod quia omnium ſcire intereſt, ſilentio min me involvendum. Sic vero ibi: Wo hinfüro einiger Kaufmann / Schif- oder Fuhrmañ / oder jemand anders / wie der Nahmen haben möcht / den Wein mit Kalck oder dergleichen ſchädlichen Zuſatz / oder Einſchlag / bereiten / ſchmieren / oder fälſchen würde / der ſol nach gehalt ſeiner Uberfahrung / nicht allein mit Verwirckung und Confiſcirung des Weins / ſondern auch an ſeinen Ehren / Leib oder Gut / härtiglich geſtrafft; werden / und einer jeden Obrigkeit / hiemit ernſtlich auferlegt ſeyn / ſolchen ſchädlichen Betrug zu fürkommen / und die Uberfahrer ernſtlich zu ſtraffen. Evax! Ergo, quod pol! ex præmiſſis conſequitur, hoc nobis dictum eſto: demus enixiſſime etiam atque etiam operam, ut nequam vinum cane magis & angue averſemur, & ut noſtra tantum

—— *madeant generoſo pocula Baccho.*

CAPUT XVIII.

Per Digreſſionem docetur, quam ob cauſam, cum nuper Synagogam Hagæ Comitum Judæi molirentur, prius opus fuerit, hujus, Urbes præcipuas vincentis Pagi, Pontes, qui continui antehac erant, interſcindere.

MAcelli pons, quem hactenus intuiti ſumus, occaſionem præbet, abducendi pauliſper animum a Noriberga, & transferendi illum, ad Hagæ Comitum, totius Orbis pulcherrimi Vici, Pontes conſiderandos. Nova & feſtiva res, hac tempeſtate, circa eos accidit, in qua, & cauſa ejus cognoſcendis, non perdemus ſane operam.

Diu ſatis Judæi hoc volverant ſaxum, ut in Haga Synagogæ condendæ poteſtatem acciperent. Hanc cum tandem haud ita pridem impetraſſent, jam id amplius requirebant, ut liceret ſibi prius pontes frequentes, qui ibi erant integri, aut ſic ſciſſos facere, ut pars eorum attolli poſſet, aut ſaltem claudere repagulis, quod aliter per inſtituta ſua nefas ſit, Synagogam ibi loci conſtruere. Miratus, quæ Judæos inceſſerit religio, Illuſtris Vir, *Gisbertus Cuperus*, & percupidus ſciendi, quid ea ſibi velit, ſic per epiſtolam, ante hoc biennium ſcriptam, inter alia, more ſuo humaniter & benigne nos compellavit:

Cum de Judæis egerimus, patere, ut a te quæram: Num illis licuerit exſtruere Synagogas in aliis urbibus, quam quæ munitæ ſunt? *Hagam Comitum noſti ſplendiſſimum vicum eſſe, & ab omni parte adiri poſſe, per pontes perpetuos, & non interciſos. Habitant ibi Judæi ditiſſimi: his viſum fuit exſtruere Synagogam; quod ut rite facere poſſint, Magiſtratus, ſuppeditando largiter ſumptus, permoverunt, uti pontes lapideos interruptos jungerent in ambitum ligneis, qui in altum elevari poſſent, aliosque, ubi illud commode fieri non poterat, clauderent repagulis. Inde ſalva relligione, & Majorum placitis, putant ſeſe Synagogam poſſe condere, cum tamen Haga, non niſi foſſa, & ejusmodi pontibus claudatur, nec vel ab arte, vel a natura defendatur. Si tibi otii abunde eſt, mittas etiam atque etiam rogo, quid tibi hac de re in Rabbinorum ſcriptis obſervatum ſit, idque eo magis, quia D. Matthæus nos haud obſcure videtur docere IX. 35. in Vicis etiam fuiſſe Synagogas.*

In Epiſtola quam reſcripſi, aliquibus præmiſſis, ſubjiciebam:

Dehinc gaudeo, te quoque, Vir Ampliſſime, *Judice, Judæos a fœdo quod ipſis vulgo intentatur, crimine, quaſi cum Chriſtianorum ſanguine myſteria illi faciant, abſolvi. Imprecari eos nobis interdum mala multa, non equidem negaverim; ſed & nos Chriſtiani, ipſos miris excarnificamus modis. Quis autem unquam bona fide amavit eum, cui odio ipſe fuit? Orationum, ſeu mavis maledictionum, quibus in Synagogis utuntur, formulæ antiquæ ſunt, adverſus Romanos, Templi & Reipublicæ ipſorum everſores, Scripturæ phraſibus compoſitæ. Has ſervant etiamnum, & in nos dirigunt, qui in Romanorum nomen & Imperium novis, illis in tyrannidem quoque ſucceſſiſſe videmur. Et ſane, quoties occaſio, vires, & inſtrumenta ſuppetunt, haudquam mitius eos tractamus, quam Romulæ*

quondam gens: atq; imprimis in Germania, dura illorum & miſera eſt conditio. De Synagogis ipſorum, quod propoſuiſti dubium, arduum eſt, & quod nemo (audacter id dico) ex Chriſtianorum, quos mihi videre contigit, libris omnibus probe expediverit. Quin ne Talmudis quidem huc pertinens volumen integrum, quod Eruvin *(id vulgo* Commixtionem terminorum *interpretantur) inſcribitur, iſti negotio ſufficit. Enim vero ſi veſtrates Judæi ſerio hoc perſuaſi fuere, non licere ſibi Hagæ Synagogam condere, niſi prius ex pontibus perpetuis, quibus ſplendidiſſimus quotquot ſunt, quotquot fuerunt in Orbe Vicorum aditur, interciſi fierent, nimis delirarunt, juris ſui & πατροπαραδότων imperite neſcii. Vereor tamen, ut etiam multi ex Rabbinis primariis, quomodo res ſe habeat, quæque inſtitutorum veterum ratio ſit, plene & dilucide exponere poſſint: non, quod talia ignorent, ſed quia methodi arte, ſcita ſua proponendi, & aliis, quam tribulibus (quod tumultuario fortuitoque apud hos, tanquam ſummæ rei conſcios, fit ſermone) declarandi, plurimum deſtituuntur. Quamobrem, a Chriſtianis ſi rogentur, miſcent quadrata rotundis, miſere ſe torquendo, tandemque percontatores incertiores multo dimittunt, quam dudum fuerant. Nihil perperam me enunciaſſe, experieris, cum in conſilium homines adhibebis, jubendo, ut non ludant te, veramque rationem, quare in locis apertis & minime clauſis Synagogas exſtruere prohibeantur, indicent. Ego, in tuæ,* Vir Illuſtris, *ſpem gratiæ, periclitabor ingenii ac induſtriæ vires, & quid mihi in hoc argumento obſervatum ſit, ut potero, carptim & κατὰ κεφάλαια, quo genere, Plinio juniore autore, veritas ſtatim oſtenditur; literis conſignabo, nam, ſi pro dignitate iſta exequi velim, commentario ingenti opus foret. Tu, Optime Doctiſſimeq; Virorum, facito, ut æqui bonique omnia conſulas, & nos porro ames amore illo tuo ſingulari, etiam immerentes. Scrib. Altdorfi Nor. Anno eſſæto 1693.*

Incluſi Epiſtolæ, de propoſita difficultate, Judæorumque cœptis, judicium quod ſequitur:

יי'

I. *Licuiſſe quondam Judæis exſtruere Synagogas in aliis urbibus quam quæ munitæ erant,* tantopere verum certumque eſt, ut antiquiſſimis temporibus, etiam in campis liberis & apertis, atque ab aliis quibuscunque ædificiis vacuis, conditæ illæ fuerint. Rabbenu Aſcher ad Talmudis libri Berachot primum caput commentans, haud longe ab initio, diſerte ait: בימיהם הראשוני' היו בתי כנסיות שלהם בשרות: h. e. *Antiquiſſimis temporibus viventium Synagogæ, erant in agris:* & trahunt huc aliqui locum Gen. XXIV. 63. Deſierunt poſtea ædificari in agris Synagogæ, quantum ex allegato Rabbenu Aſcher, ac Magiſtris aliis colligo, eam maxime ob cauſam, quia Judæis poſterioribus, quorum pietas deferbuerat,

rat, a precibus veſpertinis habitationes repetentibus, in caligine, mali dæmones ſubinde infeſtos ſe præbebant.

II. Ergo deinceps in Vicis, & tanto magis in Vrbibus cujuscunque generis illæ eſſent, exſtructæ Synagogæ. Ac in Vicis quidem, ſive domorum fortuita congerie, omni munimento deſtituta, Synagogas fuiſſe, Chriſtianis S. Matthæus cap. IX. 35. fidem facit, Judæis Maimonides, qui in Jad Hachaſaka libro Hilchot Tephilla c. XI. §. 16. ſeq. notanter diſcrimen facit, inter בית הכנסת של כפרים h. e. *Synagogam quæ in Vico aut Pago exiſtit;* & בית הכנסת של כרכין h. e. *Synagogam urbicam;* docetque, quid hæc præ illa præcipui habeat.

III. Neque aliud nunc obtinet inter Judæos. Mitto Vicos ignobiliores. Diſtat, uno milliari ab urbe Noriberga, Vicus undique patens, ſed is cultiſſimus, *Furtha*, nec, ſi Pragam, Hamburgum & Francofurtum excipias, alibi in Germania frequentiores, magisque opulenti Judæi agunt. In eo palam Synagogæ duæ ſunt, majori, quam vulgares eſſe ſolent, ſpecie præditæ, quarum altera, ob auctam ſcilicet Judæorum multitudinem, quam Synagoga una complecti amplius non poterat, ante hos paucos menſes fuit ædificata. Accedit his tertia etiam, quam locupletior cæteris, fortunamque magis faventem habens Iſaacus Eisfig, in ſuis ædibus, familiarium, vicinorumque uſibus paravit. Venetæ Vrbis exemplum, qua nulla munita minus eſt, & quæ tamen ſimiliter plures una Synagogas habet, ob rationem & diſſimilitudinem infra explicandas, nolim allegare.

IV. *Locus alius Privatus eſt, alius Publicus, alius quorundam Communis. Privatus locus*, vocatur Domus cujusque, quantacunque ea fuerit, cum adjunctis atriis, hortis, & quicquid contigui illa habet, ac ſuo ambitu haud interrupto definit. Judæi רשות היחיד vocant, & definitur a Maimonide in Hilchot Schabbat cap. 14. *Publicus locus*, Judæis רשות הרבים dictus, & cujus rationem ſimiliter Maimonides loco allegato explicat, eſt, in quem omnes jus ingrediendi habent, & cujus aditu nemo prohibetur. Talia loca ſunt Plateæ & Fora Vrbis alicujus, reſpectu incolarum. Nam utut hi, nationibus, cultu, religione, inter ſe diſſident, tamen in foro & plateis cuique eorum deambulare, & ultro citroque obire conceditur. Sunt maxime loca publica, quoad ingreſſum, Civitates & Vici, nullis mœnibus, repagulis, aut obicibus clauſi, ac in eos ingrediendi non incolis tantum, ſed & mortalibus omnibus facultas competit promiſcue; cum nihil ſit quod ab introitu quenquam arceat, aut arcere poſſit. *Comunis Locus* dicitur, cujus dominium & poſſeſſio pluribus ex

æquo competit. Sic Atrium, quod hinc & hinc diverſorum dominorum circumjectæ domus ambiunt, communis locus eſt eorum, qui ædes inhabitant. Civitas, pro ædificiorum complexione clauſa accepta, communis locus eſt incolarum: Templum quod ibi exiſtit, communis locus eſt Chriſtianorum, Judæorum (ſupponitur enim Civitatem ab utraque gente permixtim incoli) eſt Synagoga.

V. *Vicus apertus*, ſi maxima ſui parte claudatur, in aperturis vero, quæ relinquuntur, portas aut repagula accipiat, quibus & hæ occludi poſſunt, illico naturâ veterem exuit, & publicus locus eſſe ceſſat, quippe non ubique, nec quovis tempore ingreſſum concedens. Neq; ad hanc mutationem faciendam muris & mœnibus opus eſt, ſufficit ſi foſſa, ſudibus, vepreto, frondibus, virgultis, clitellis & ephippiis jumentorum, aut re ſimili alia, imo & funiculo per intervalla perticis alligato & circumducto, fiat obſtructio. Nempe etiam funiculus res a ſe invicem ſegregat, & inter eas facit interſtitium, tanto magis cætera. Quin nec neceſſe eſt, ut portæ & repagula, interdum, & noctu imprimis, obſerantur obducanturque: ſufficit id fieri poſſe. Quod Maimonides in Hilchot Schabbat cap. 17. ſic extulit; ואינו צריך לנעול הדלתות בלילה אבל צריך שיהיו ראויות להנעל:

VI. Exodi XVI. 29. legimus: שבו איש תחתיו לא יצא איש ממקומו ביום השביעי: Vetus Interpres vertit: *Maneat unusquisq; apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.* Recentioris Interpretis translatio eſt: *Manete quisque in loco ſuo, ne exeat ullus e loco ſuo die ſeptimo.* Hæc verba, quo ſenſu accipi debeant, magnam difficultatem habet, quam quaſi ex compoſito declinant plerique Expoſitores.

VII. Aliqui ex Samaritanis, quod nos docet Origines in Periarchon l. 4. c. 2. dictum accipiebant ſono ſimplici, contendentes, præcipi, ut quo loco, quo habitu, qua poſitione quis repertus eſſet in Sabbati initio, in ea toto die permaneat. Aliter Judæi cæteri mandatum ex traditione exponebant, quaſi nimirum per illud fas ſit, non Templum tantum, Hieroſolymæ viventibus, alibi agentibus Synagogas & Oratoria in Sabbato frequentare, ſed & obire totum locum habitationis ſuæ, etiamſi ſpatio Niniven urbium maximam exſuperet; tum vero permitti amplius, extra illum, quocunque verſus viſum ſit, itare bis mille cubitos, qui ſunt terminus Sabbaticus, Lucæ Act. I, 12. σαββάτου ὁδὸς dictus, & de quo multa erudite congeſſit Seldenus l. 3. de jure nat. & gent. juxta diſcipl. Ebr. cap. 9. quem tamen mirum eſt fugiſſe modum, quo is terminus

poteſt

poteſt produci. Is vero a Buxtorfio in Synag. Jud. c. 16. oſtenditur, ita tamen, ut interdum in illa de mixtione terminorum doctrina, Vir Doctus improvide lapſus eſſe deprehendatur, ac proinde caute legendus ſit. Errores enim ſunt, quod perhibet, nefas eſſe Judæis in Sabbato efferre aliquid ex conclavi uno in alterum ſimpliciter; quod aſſerit, funem plateam obſerantem, alligari Judæorum ædibus, & requirere in medio ſtipitem, palum, aut aſſerem arrectarium; quod ſictam hanc concluſionem conſpicuam eſſe debere, item, quod ſemel tantum Sabbatici termini productionem fieri poſſe cenſuit. De reliquo, haud aliter, quam Judæi communiter, Dei legem hactenus quidem intellexiſſe Chriſtum & Apoſtolos, paſſim ex Novo Teſtamento conſtat, eminetque inter teſtimonia illud, cum Matthæus cap. XII. Marcus II. Lucas VI. Chriſtum cum Diſcipulis in Sabbato per ſata prodeambulaſſe, commemorant.

VIII. Cum Jeremiæ XVII. 22. imperetur: לא תוציאו משא מבתיכם ביום השבת: h. e. *Ne efferatis onus de domibus veſtris in die Sabbati*: Judæi, componendo hoc præceptum cum altero illo Exodi XVI. 29. hujus interdictum, æque ac prioris, tantum ad geſtationem attinere arbitrantur, quaſi nimirum in utroque vetetur, quod nemo aliquid geſtando ſe conferre debeat e loco publico in privatum, aut e privato in publicum, vel e privato ſuo in privatum alterius, aut omnino geſtare aliquid in loco comuni, ne dominiorum & poſſeſſionum, ſimul cum Sabbati quiete, fiat violatio. Cæterum, in ſuo privato loco, cuique in Sabbato conceditur geſtatus ex ſententia; atque ſic licet efferre cibos ex uno conclavi in alterum; licet e cella petere vinum aut cereviſiam; licet aquam haurire e fonte privato; licet matri aut nutriculæ in ulnis geſtare infantem vel alumnum; verbo, licet res, quarum quidem contrectatio conceditur (nam pecuniam, quæ eſt in commercio, & inſtrumenta artibus manuariis laboribusque ſervilibus dicata, vel digito attingere nefas eſt) geſtare omnes, easque e loco uno transferre in alterum, & adeo ex ædibus quantumvis ſpatioſis, in ſubjectos hortos & viridaria, patentia in quamcunque amplitudinem.

IX. Colligas hinc, quam dura & ærumnabilis conditio ſit Judæorum, qui inter Chriſtianos ſparſim & interciſe habitant. Scilicet his, nulla re alia, niſi veſtibus, quæ ad tegendum & ornandum corpus faciunt, onuſtis, in Sabbato ex ædibus ſuis prodire fas eſt in plateam publicam. Ergo ſecretorum conclavium & theſaurorum claves, in Synagogam euntibus ſecum deferre non licet: licet quidem matri infantem per trivium & compita manu ducere; at flentem & querulum non licebit ulnis amplexari, & ſomno ſopire; non licebit e fonte publico, aut aliquorum

quorum communi, aquam haurire; non licebit manu per feneſtram aut januam producta eſculenti aliquid (numorum enim, ceu dixi, nulla eſt tactio) pauperi in ſtipem dare; non licebit uti pridie Sabbati ſuccenſo furno vicini, ad conſervandum eduliorum calorem; ſi quando octavus dies, circumciſioni ex lege definitus, in Sabbatum incidit, non licebit infantem in Synagogam deferre, ad eum ritu ſacro initiandum; ſi incendium ædes Judæi in Sabbato corripiat, etſi illud reſtinguere fas eſt, ne forte latius ſparſum, alicui infanti, ægroto, puerperæ exitiũ afferat, metũ autem periculi animæ, ſive exitialis alicujus hominibus mali, propellere Sabbatum, ejusq; violationem indulgere tralatitium eſt; tamen non licebit flam̃æ utenſilia, aurum & argentum, ſive factum, ſive infectum, aut chirographa & acceptorum ac expenſorum Codices eripere, & res has ex ædibus efferre; denique, quod maximum eſt, facit interdictum hoc, ut nullum Sabbatum Judæis oriatur, in quo non infinite peccent: nam etiam cati & religioſi viri, per imprudentiam crebro, plebs, ſervi, ancillæ, per imperitiam identidem delinquunt, atq; ſic cauſa ſunt dilati Meſſiæ adventus. Nam hoc ajunt in fatis eſſe, ſi vel ſemel Judæi Sabbatum decenter celebrent, tum continuo τὸν ἐπιθυμητὸν affuturum. Ex hypotheſi, qua dixi, in loco communi ob perpetuam jurium & dominiorum confuſionem, geſtationem quantulamcunque eſſe prohibitam, ſua ſponte profluit, ac non licere igitur luce Sabbatica in Synagoga, ſi communis ea maneat, libros precum tollere, non pallia legalia ex ciſta depromere, non Legis Divinæ Volumina circumgeſtare, aut cœtui ad venerationem ſuſtollere, nec quæ ſunt hujus generis alia moliri.

X. Quo ergo tantis malis ſuis medeantur Judæi, varia excogitata ſunt remedia. Atque in Vico quidem publico, ut in Sabbato poſſeſſiones in tuto collocari queant, materfamilias clavem ſolidam argenteam omnes ſeras adaperientem (Gallis *paſſepartout* dictam) ſibi fieri curat, atque hanc e cingulo dependulam, etiam in publico geſtat, quod, quia clavis illa inter ornamenta & muliebrem mundum refertur, atque ſic e veſtium genere eſt, facere ei conceditur. Atque hæc argentea clavis, remotis cæteris, in Sabbato uſum præbet. Si Judæi vicini inter ſe habitent, interſtitiis apertis, aut intercedente publica platea, obſtruuntur quaſi & obturantur aditus. Id vero peragitur perticis ad angulos ædium utrinque, ubi hians eſt ſpatium, ſtatutis, & ad eas alligatis funiculis. Has vero perticas, imum ſolum attingere oportet; de reliquo nihil impedit, quo minus graciles fiant, & in altitudinem inſignem extendantur, careantque in medio palo aut aſſere arrectario, ita, ut hoc modo conſpectum Chriſtianorum, & perticæ, & funiculus prope effugiant, ne illi, atque imprimis aurigæ & equites petulantes, dum ſub fune

vehun-

vehuntur, eum dirumpant ac dilacerent, perticasque reveliant, atque ſic ſemper funiculum aut perticas reficere neceſſe ſit, aut ſi Sabbato fiat deſtructio, ea quæ cæteroqui licita erant, evadant prohibita. Jam, obducto rite funiculo, qui portæ, altæ quamvis & apertæ, (nihil enim id refert, cum ſint aliquarum etiam urbium portæ ingentis excelſitatis, & patentes ſemper) efficit imaginem, locus ante publicus, evadit clauſus, communis tamen inter vicinos. Quamobrem, amplius neceſſe eſt, quemq; abdicare ſeſe dominio ædium ſuarum, quoad effectum geſtationis, idque transferre in cohabitatores: atq; id non tantum vicinas ædes incolentes faciunt, ſed generatim omnes, qui locum aliquem incolunt, Judæi, ſuntque hac ratione omnium ædes cujusque, & unius domus fit communis omnium; inque cenſum refertur etiam jus, quod quisque habet in Synagoga. Abdicationis hujus & transfuſionis dominiorum, medium ſymbolumque eſt placenta, quæ fit ex ſingulorum patrumfamilias collatitia farina, & quam in commune conferendo, quisque teſtatur, donare, largiri, concedere ſe tribulibus cunctis ſuas ædes quoad geſtationis effectum, ut nulli non in eas dominium, & quæ hujus conſequens eſt, intra illas, res quæ geſtari ſolent, geſtandi facultas competat, prout farinæ ſuæ proprietatem in alios omnes transferat, & ab iis congeſtam ſibi vindicet. Quemadmodum ergo placenta illa, & ſingulorum ſimul eſt & univerſorum, ita eandem conditionem ſubeunt Judæorum domicilia. Cæterum, pinſere ſocialem placentam licet quocunque tempore, & ſervare in longum. At ne ſitu corrumpatur, paratur plerunque quotannis nova, & quidem pridie paſchatos, inter cæteros azymos panes, ſuſpenditurque cum ceremoniis in Synagoga, ne in ædibus privatis pereat, aut a muribus arrodatur, communi omnium malo. Solent unius aulæ accolæ Judæi, pridie Sabbati cujusque, de propria & peculiari placenta, aut ſociali pane, abſumendo poſt Sabbatum, ſibi ſuisque domiciliis proſpicere, ſed ut religioſitatis fiat auctarium, non neceſſitate ad id inducti. Enim vero, utut hæc ita fiunt, manet nihilo ſecius Vicus ipſe, ob aditus nulli præcluſos, publicus, nec ſocialis placenta geſtationis poteſtatem facit alibi, quam in Synagoga, & extra eam in locis clauſis privatæq; conditionis, ut in his cuique, pro re nata, aliquid circumgeſtare liceat. Quapropter ſi in Sabbato, circumciſionis cauſa, ad Synagogam, per plateam publicam deferendus infans ſit, Chriſtiana mulier, ſummo parentum Judæorumque omnium cum cordolio & abominatione, ad Synagogæ usque veſtibulum id præſtat, ac officio fungitur, ubi a Judæis exceptus, introfertur, ſimilique ratione Chriſtianis bajulis utuntur Judæi ad deportandas res cæteras, quas inſtitutis ſuis geſtare vetantur.

XI. Melius longe agitur cum Judæis habitantibus in Vicis aut Civitatibus quacunq; ratione clauſis. Cum enim hæc loca, nulla ſui parte publica, ſed quanta quanta reperiuntur, cum plateis portisq; omnibus, in privato dominio ſint Principis aut Magiſtratus, ideo Vicum aut Civitatem ejusmodi incolentibus Judæis, ſufficit a Principe aut Magiſtratu, locum illum pretio ſoluto emere, quod exiguum eſſe ſolet, quia proprietatis haud ullus effectus visque præterquam in geſtatione ſeſe exerunt, inſtrumentum tamen venditionis requiritur, ut de ea facta perpetuo conſtet. Fiunt Civitates aut Vici occluſi per emtionem Judæorum quidem proprii, communes tamen inter eos, hos igitur poſtmodo placenta ſocialis in privatum cujusque patrimonium, geſtandi adjunctam habens permiſſionem, redigit. Notandum, quod ſi Chriſtianorum domus in aula aut platea Judæorum ædes diſtinguant, non poſſe aliter, funibus obductis, aperturæ, ad quam Judæorum domicilia conſtituta eſſe oportet, occluſionem ad geſtandum fieri, niſi prius Chriſtiani domos ſuas Judæis imaginario iſto venditionis genere addicant.

XII. Vsque huc dicta attinent tantum ad Judæos, qui in Vicis & Vrbibus Chriſtianorum ſparſim habitant: nam qui ſeparatim in loco proprio clauſo, quod verbi cauſa Pragæ, Francofurti, Metis, ac in Italia Venetiis, PatavI, Romæ, imo in ea regione ubique fere, ubi commorandi poteſtatem illi habent, contingit, degunt, eos minime ſolicitat qualis Chriſtianorum ſit habitatio, & num Vicum apertum, an probe munitam Vrbem illi incolant: quoniam ſola ſocialis placenta geſtandi inter tribules jus conciliat, nec emtione communis loci, qui Chriſtianos & Judæos ſinu ſuo fovet, hoc caſu opus eſt. Addo obiter, locum, in quo apud Italos Judæi concluſi agunt, ab incolis *Ghetto* vocari, de cujus vocis originatione memini me conſuluiſſe olim cum Patavii morarer, Virum inſignis ac ideo decantatæ eruditionis, Octavium Ferrarium. Cæterum, negabat ille ſibi de ea conſtare, quamvis hæc res diu multumque ſe ſolicitum habuerit. Fuiſſe, cum exiſtimaverit, a *gettare*, i.e. *abjicere*, etymologiam petendã eſſe, ut *Ghetto* locus ſit, in quem Judæi abjecti fuere, quo ab ingenuorum hominum conſortio ſecreti vivant: ſed non ſatisfacere ſibi ipſi conjecturam. Atque ſane in Originibus linguæ Italicæ, quas poſtea edidit Vir Doctus, legas: *Ghetto. Stabulum Judæorum. Ignotæ originis.* Pridem, cogitanti mihi venit in mentem, *Ghetto*, eſſe ipſiſſimum Germanorum Gaſſe / quod dialecto alia Gatte enunciatur, quæ vox, loca in quibus apud nos Judæi degunt, ſignificat, ut ſic Germani Judæi hanc appellationem ſecum in Italiam intulerint.

XIII. Nunc tandem igitur perſpicimus, quid Hagenſes Judæi ſibi velint, & quo tendant. Hagam etſi foſſa claudebat, pontes tamen illi per-

perpetui,

petui, quibus adibatur, Vicum apertum conſtituebant. Simul ac quibusdam in locis, perpetui pontes in interciſos converſi, & alibi ubi id comode fieri non poterat, repagula admota, qualis olim fuit, eſſe deſiit, e numero ac conditione Vicorum apertorum exiens. Licebat certe, etiam in veteri ſtatu relicta Haga, Synagogam excitare, ſed, quod non ſuſpicor, verum in aprico poſitum eſt, volunt Judæi incolæ recte commodis ſuis proſpicere, & geſtationis in publico jus quoque ſibi vindicando, ſolidum parare beneficium. Hac geſtandi facultate pollebunt, quamprimum de Hagæ emtione & venditione inter illos, & quibus eſt ea res in manu, conveniet, atque libenter, quod ſtatuetur, pretium exſolvent. Felices vero Judæos, qui Vici poſt hominum memoriam pulcherrimi, dominium, quanquam fictum quodammodo, dominium tamen, quod ſine effectu nō eſt, modico ære ſibi parabunt. Nec dubito, pro Synagoga fabricam ingentem daturos: debet enim ex lege recepta, cujus Maimonides in Hilchot Tephilla cap. XI. §. 2. quoque mentionem facit, ejusq; rationem capitis IX. Eſræ, comma 9. allegat, Synagoga omnibus reliquis ædificiis eſſe editior. Nimis ergo videre velim, cum olim ſupremam manum illa accipiet, Hagenſem Synagogam, ſi non tantum præ cæteris regalibus domibus, ſed & Arauſionenſi, ac ORDINVM Palatio, faſtigium illa efferet. Fortaſſe tamen contenti erunt ferreum longurium culmini tecti imponere: id enim facere conſuevere, quoties ſumtus illos deſtituunt, aut in enormem altitudinem productam fabricam invidiæ ſibi futuram metuunt. Atque ſatis eſt, longurium alia ædificia excedere, quoties Synagogæ fabrica fieri cogitur depreſſa ac humilis.

XIII. Defunctus mihi videor labore, quem tute, *Cupere Illuſtris*, mihi impoſuiſti, & enarraſſe totam rem, quantum fieri poterat, dilucide, etſi non citra circuitionem: id enim faciendum fuit, ut pervenirem, quo erat eundum. Addo mantiſſam parvulam, & profiteor, non credere me, Hagæ victitantes Judæos, ſi ultra decem illi erant, caruiſſe hactenus Synagoga. Eſt enim vetus lex, a Maimonide in ſæpe allegatis Hilchot Tephilla ſub capitis XI. initium allata: כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להכין בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת: i. e. *In omni loco, in quo decem morantur Iſraëlitæ, ex neceſſitate conſtituenda domus eſt, in quam ingrediantur ad orandum, quoties tempus orationis adventat, atque is locus vocatur Synagoga.* Sed privata ea ſine dubio fuit Synagoga in ædibus cujusdam, qualis, ceu in illo, quod jam primum citavi, capite, docet Maimonides, veræ Synagogæ naturam non habet, ſed pro tempore tantum ejus vicem

 ſubit

ſubit, & quóties collibitum eſt, fit iterum locus profanus. Ad hanc autem conditionem redigi non poteſt Synagoga vera, etiam collapſa aut deſtructa, quæ ſanctimoniam in ruderibus & parietinis aſſidue ſervat. Cæterum, de cauſa, quare oporteat in locis, ubi Judæi decem agunt, Synagogam excitare, ita habendum. Apud Romanos, viri decem, perfectam conſtituebant ſocietatem: unde qui iis præerat, Decanus & Decurio dictus eſt, quod Juris Civilis Doctores, ad Pandectarū & Codicis de Decurionibus & Decanis titulos, probatum dant. Pari modo apud Judæos, viri decem, perfecte abſolutum cœtum faciunt. Codex noſter MS. Ez Hechajim ineditus adhuc, in Hilchot Beth Hakkeneſet vezorche zibbur, ſub principium: כל מקום שיש עשרה מישראל בני חורין ושליח ציבור אחד מהם נקראין צבור ועדה: i. e. *In quocunq; loco agunt decem Iſraëlitæ ingenui, quorum unus æditimi officium præſtat, in eo congregatio ſive cœtus* (Judæorum) *eſſe dicitur.* Aſſerti ratio mox ſeſe prodet. Omnem autem Judaicum cœtum Synagoga decet; atque præſtat Deus cœtui hanc gratiam, ut conſueto tempore Synagogam ad fundendas preces petituros ipſe antevertat, prior in Synagoga compareat, & ſuo cultui operaturos præſtoletur. At, quia ſæpe, in cœtu quantumvis magno, accidere poteſt, ut multi varie impediti abeſſe cogantur, ad legitimi usque numeri defectum, atque ſic vero cœtu Synagoga careat, & Deus expectatione ſua quaſi fruſtretur, ideo in locis frequentioribus, pretio conducuntur decem בטלנין *Otioſi*, neutiquam, quod Cl. Lightfootus arbitrat⁹ eſt, ſic dicti, quod *literati ſint, & ex profeſſo ſtudioſi legis, rebus mundanis non perplexi*, nec enim illiterati, ab hoc munere, modo honeſte vivant, arcentur, ſed quia negotiis aliis plurimum miſſis, id præcipue curant, ut mature, debito tempore, Synagogam petant, nec ante finem recedant, ne ſcil. Deum unquam ſpes fallat, quam concepit, Judæos ſuo officio in ſe colendo functuros, ac querelam ille ingeminare cogatur, quondam Eſaiæ ore c. L. 2. emiſſam: מרוע באתי ואין איש קראתי ואין עונה: i. e. *Quare veni, & nemo adeſt? quare vocavi, & nemo reſpondet?* Mirifice hæc illuſtrat ſimul & confirmat, locus palmarius in Berachot fol. 6. a. quem afferam integrum, eoque Diſſertationem obſignabo: אמר ר׳ יצחק מנין שהקדוש ברוך הוא מצוי בבית הכנסת שנאמר אלהים נצב בעדת אל ומנין לעשרה שמתפללין ששכינה עמהם שני אלהים נצב בעדת אל ומנין לשלשה שיושבים בדין ששכינה עמהן שני בקרב אלהים ישפוט ומנין לשנים שיושבים ועוסקים בתורה

בתורה ששכינה עמהן שני׳ אז נדברו יראי ײ איש אל רעהו ויקשב ײ וגו׳ מאי לחושבי שמו אמר רב אשי חשב מצוה ונאנס ולא עשאה מעלה עליו הכתוב כאילו עשאה ומנין שאפי׳ אחד שיושב ועוסק בתורה ששכינה עמו שני׳ בכל המקום אשר אזכיר את שמי וגו׳ וכי מאחר דאפילו חד תרי מבעיא תרי מכתבן מלייהו בספר הזכרונות חד לא מכתבן מיליה בספר הזכרונות וכי מאחר דאפילו תרי תלתא מבעיא מהו דתימא דינא שלמא בעלמא הוא ולא אתיא שכינה קמשמע לן דדינא נמי היינו תורה הכי מאחר דאפילו תלתא עשרה מבעיא עשרה קדמה שכינה ואתיא תלתא עד דיתבי:

Hoc eſt,ad mentem Gloſſæ R. Salomonis, quam interdum in ſubſidium vocabo : *Sic diſſerebat R. Iſaacus : Vnde* (ex divinis ſcripturis probabitur.) *Deum Benedictum agere frequenter in Synagoga? Nimirum ex illo,quo* (Pſal. LXXXII,2.)*dicitur* : Deus conſtitutus eſt in cœtu Dei.(nempe in domo honori illius a cœtu dicata.)*Vnde* (porro confirmatur,) *decem precantibus intereſſe Divinam majeſtatem ? Id confirmatur rurſus ex verbis* : Deus conſtitutus eſt in cœtu Dei : (Hoc enim loco offert ſeſe vox עדה *Cœtus*,quæ,Num.XIV,27.in divina quiritatione עד מתי לעדה הרעה הזאת *Quousq; cœtum iſtum malum* ? etiam adhibetur de exploratoribus reducibus,qui XII. numero a Moſe,ad Palæſtinam luſtrandam,miſſi fuerant. At certum eſt,ad Joſuam & Calebum Dei exprobrationem haud attinere : eunde colligitur,verbum עדה ſolos decem ibi complecti, ac proinde in loco Pſalmi LXXXII. eodem modo accipiendum eſſe, ut minimum X deſignet.) *Amplius unde conſtat nobis, tribus in judicando occupatis,intereſſe Divinam majeſtatem? Quia* (in illo ipſo Pſalmo LXXXII. poſt verba allegata,) *ſequitur* : In medio Deorum judicabit. (Per *Deos* autem phraſi Scripturæ *Judices* intelligere oportet, ut ſic Deus etiam in legitimo judicio, ad quod,ceu ex Sanhedrin conſtat, Triumviri ſufficiunt,præſens eſſe dicatur.) *Jam, unde fides ſit,duobus ſedentibus, & in ſtudio Legis ſeſe occupantibus,intereſſe Divinam majeſtatem? Puta,quia* (Malach. III, 16.)*ſcriptum eſt* : Tunc locuti ſunt timentes Dominum, unus, ad proximum ſuum.& attendit Dominus &c.(quibus verbis duo tantum ſignificantur.) Additur autem, וישמע ויכתב ספר זכרון לפניו ליראי

: ולחשבי שמו ײ *Et audivit, & ſcriptus eſt liber memorialis coram eo, timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus.*) [*Quid autem*, (ut leviter a propoſito digrediamur,) *in iſtis ſibi volunt verba* ; & cogitantibus nomen ejus? *R. Aſſe ea ſic interpretari ſolebat : Si quis propoſitum habeat ſancti alicujus operis perficiendi, atque illud effectum dare probibeatur, tum Scriptura eum hoc feciſſe prædicat.*] *Nunc*, (ad propoſitum redeundo,) *unde denique evincitur, etiam uni ſoli, Legis ſacræ ſtudio intento, Divinam majeſtatem præſentem adeſſe? Videlicet ex illa* (Ex. XX, 24. Supremi Numinis) *pollicitatione*: In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei(אבוא אליך וברכתיך *veniam ad te, & benedicam tibi*; ſermone ſic ad unum ſolum directo. Enim vero, nunc retro juvat legere veſtigia, & percontari,) *quare, ſi omnino uni ſoli*(Legem ſacram diſcenti, Divina majeſtas adeſt,) *de duobus quoque hoc enuncietur?* (quisque enim ſibi relictus ab uno ad duos poterat facere collectionem. Sciendum autem, nihil fruſtra moneri ;) *duo enim præ uno id præcipui habent, quod* (argumento loci Malach. III, 16. allati,) *illorum meditata in librum memorialem divinitus referuntur, unius meditata minime referuntur in librum memorialem. At ſi duo etiam*(tanta fruuntur Divina gratia,) *quid opus erat trium facere diſertam mentionem? Ain tu? Requirebatur hoc, ne cæteroqui opinareris, judicia tantum pacis publicæ cauſa eſſe conſtituta,* (nec uti Deo præſente,) *ideo monendus eras, judiciale munus ſtudio Legis ſacræ æquiparari. Cæterum, ſi de tribus hæc vera ſunt, cui bono ad univerſos X. ſermo producitur?* (Nempe, ejus rei quoque expreſſa facienda erat ſignificatio,) *quia X.* (precaturos) *antevertit Divina majeſtas, & prior adeſt*, (antequam plane congregentur: dicitur enim Pſalm. LXXXII, 2. אלהים נצב בעדת אל *Deus conſtitutus eſt in cœtu Dei*, hoc eſt, prior adfuit:) *tribus, non niſi congregatis, ſupervenit* (Divina Majeſtas, cum in indicato Scripturæ loco verbum ישפט *judicabit*, quod futuri temporis notionem habet, ſe offerat, ut inculcetur, Judicibus in jure dicundo jam verſantibus, demum ſe ſiſtere divinum præſidium.)

Non diſplicuere *Illuſtri Cupero*, quæ ſuggeſſeram, & recito præfiſcine, quod ille in hanc rem perſcripſit:

Occupatione mea factum eſt, quod minus reſpondere continuo potuerim, tuæ, Præſtantiſſime Wagenſeili, epiſtolæ, quam una cum eleganti admodum Diſſertatione, vigeſimo Decembris proximi die ad me miſiſti: dumque in eo ſum, ut tibi gratias agerem de eruditis hiſce bellariis, ecce mihi a te altera ; cumque ſtatuiſſem te paulo poſt convenire, iter Daventrienſe interceſſit, tanquam tribunus pl. & eundo atque redeundo, gravibusque negotiis factum eſt, ut nunc tandem officio meo ſatisfacere poſſim. Summa igitur cum voluptate Diſſertationem perlegi ;

& ſi

&, ſi, mihi aliisque, & quidem eximiæ eruditionis viris, credis, nemo hanc materiam tam docte elucidavit. Digniſſimam judicamus, quæ luce donetur publica, & plurimum eo nomine tibi debebit Reſpublica litteraria, quæ te, uti ingens columen, & inſigne ornamentum agnoſcit atque veneratur. A nemine reſciscere potui, Judæis imaginaria venditione Hagam addictam eſſe; neque credo Magiſtratus velificaturos eorum ſcrupulis ineptis atque gerris germanis. Sed certum eſt, illos ſumtus ſuppeditaſſe ad exſtruendos pontes, ut ſic loquar, interruptos.

CAPVT XIX.

Armamentarii Noribergenſis armorum apparatus. Gymnici Theatri ſtructura commoda. Id junctum eſt Balineo ſanationis. Fœni ponderatio quomodo fiat. Ergaſtulum ad corrigendos effrænes juvenes. De ratione, qua Noribergæ Horarum diei noctisque inſtituitur computatio.

FAcimus alacres ad Noribergam reverſionem, ubi nunc ARMAMENTARIUM contemplandum ſe nobis ſiſtit. In hoc vero, Martem penum ſuam congeſſiſſe, merito quis dixerit. Sunt ibi tormenta, machinæque bellicæ varii generis:

Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma,
Ardentes clypeos, atq; æra micantia cernas.

Oldenbergerus in parte 4. Theſauri Rerump. p. 1336. incertum quo ſuggeſtore, numerum determinat, aitque, illud 300. *præterpropter tormenta majora continere, armorumq; ibi tantam eſſe copiam, ut* 15000. *exercitus inſtrui poſſit.* Augetur autem indies, & veteribus armis nova accedunt, ſuntque opifices aliqui, huic ſoli labori deſtinati, ut caveant, ne quid ex inconditis vitium aut æruginem contrahat, & ut uſui ita parata ſint omnia, quaſi cum bellum imminet,

—— ac mœnibus aſſidet hoſtis.

Conradus Celtes more ſuo hic rhetoricatur: *Armamentarias* (Noribergenſes) *domus habent, ferramentis, machinis, bellicisque inſtrumentis locupletes: nec facile quis in Europa Vrbem nominaverit, quæ harum rerum ſtudio & comparatione huic Vrbi par eſſe poterit. Nam, ſi quid unquam Germanica ingenia pro armis, machinis, tormentisque rei bellicæ excogitare potuerunt, illic affatim invenies: acutas & hamatas cuſpides, mucronatas lanceas, trinodes & quatrinodes lanceas, geſas, frameas, acinaces, falcatos currus, thoraces, loricas trilices, papiliones, ſariſſas, machæras, catapultas. Cerneres inſtrumenta ad mu-*

ros quatiendos diſjiciendosque exquiſita, & ad omnem apparatum bellorum expugnationumque neceſſaria, ſeu caſtra ponere, ſeu Martem eminus cominusque conſerere oportuerit; Bombardarum, baliſtarum, mortariorum, tormentorum, fundarum, omnisque generis telorum infinitam pene multitudinem, diverſis variisque formis, admirabili ingenio & arte, & diverſis uſibus aptam, ingentes orbes, glandes & volantia ſaxa, ſternacem vagumque ignem, flammas, aliamque materiam pernicioſam & exitialem jaculantes, & quæcunque hoſtem in conditiones pacis & deditionem cogere, profligare, exterminareq; poſſunt, emittentes.

GYMNICI quoque THEATRI, des Fecht-Hauſes ſtructura commendari ſolet, Ludos theatrales, & Gladiatorum velitationes ſpectatum admittentis hominum millia ſeptem, ita, ut nemo alteri creet moleſtiam, aut in aream proſpectum impediat, cum tamen haud adeo magnum ſpatium occupet, nec ita in latum ſe diffundat, prout Romanorum Amphitheatra ſolebant, & in quibus præterea minus commoda, ac Solis ardoribus, pluviarumque & ventorum injuriis omnibus expoſita erat ſeſſio, a quibus Noribergenſes Spectatores nil habent, quod ſibi metuant.

Cum Theatro cohæret BALINEVM SANATIONIS, das Wild-Bad/ in quo Fons aquas minerales ebullit uberrimas. Fæ in aheno capaciſſimo calefactæ, ſi lavando adhibeantur, tum venientibus morbis hominum occurrunt, tum & ſtrenuum adverſus viſcerum obſtructiones, languores membrorum, mulierum ſterilitatem, prolapſam cibi appetentiam, capitis gravedinem, & ægritudines alias præbent remedium. Martio, Aprili, & Majo menſibus hic fiunt lavationes, atque ſequioris conditionis viri fœminæque, in inferiori parte domus, ſecundum ſexum ſeparati, ſimul lavant, ſed in ſuo quisque labro ligneo; Opulentia pollentibus ſingulis, proprium, cui labrum ineſt, conceditur conclave. Id aulæis a conductore exornatur: in abaco ſplendent aurea & argentea, cryſtallinis interpoſitis, vaſa; ſedilia, pulvini diſcolores operiunt; lecti, culcitrarum & ſtragularum fulgor coruſcus; menſa, florum ſtrophiis, & pomis aureis ac citreis oneratur. Viſitant amici & ſodales, cum lotioni & quieti deſtinatum tempus exactum eſt, ibi conſtitutos, ut, (quod ſanitatem promovet) frontem illi exporrigant, & triſtitiam ex animo exſpuant. Sic inter lætos honeſtosque ſermones, dies ducitur, quoad ſub noctem, lares quisque repetit ſuos.

FOENI ΣΤΑΘΜΟΥΧΕΙΟΝ, quod haud procul hinc abeſt, & ponderationis in eo exactiſſimam diligentiam, merito mirantur peregrini. Scilicet, cum in nullius rei major, quam in Fœni emtione, obtineat deceptio, & alibi locorum, agreſtes, currus leviter accumulatos

pro

pro obſtipatis venundent, ne eadem fraus Noribergæ committatur, ibi publice ad ſtateram primo appenditur currus fœno onuſtus, & deinde, poſt exonerationem, vacuus quoque. Dehinc, gravitate, quæ vacuefacto currui ineſt, ſubtracta, fœni pretium, ſecundum pondus in centenarios diductum, exſolvitur, ut proinde æque parum in fœni, quam in rei cujusvis pretioſæ, quæ ad trutinæ lancem exigitur, diſtractione, dolus perpetrari queat.

Olim, e vulgo nequam juvenes, ſi furarentur, aut aliis probris ſeſe contaminarent, torque ferreo, cui cornua ac nolæ affixæ erant, collum redimiti, & compedibus ſonoris ligati, in publico opus facere, & lutum converrere cogebantur, audiebantque die Schellen-ſive die Springers-Buben. Sed nunc talibus caſtigandis paratum eſt ERGASTVLVM, ſpectabili fabrica, in quo niſi gnaviter laborent, & nervos intendant ſuos, ardeliones vivos mortui incurſant boves, donec pravos mores deluceſcunt, veniamque peccatis ſuis rogant. Honeſtis natalibus orti contumaces jugumque paternum recuſantes filii, mitius tractantur, nihilque iis deſit, præter libertatem, & vere emendati eſſe creduntur, cum deliquiſſe ſe ſentiunt.

Quod ſupereſt, non ſolis Oculis Notabilia Vrbis Noribergenſis uſurpaſſe ſufficit: nam & Aures habent, quod ſibi notent, ob *horas diei noctisque peculiarem & vix alibi uspiam uſitatam computandi rationem.* Equidem, non deſunt ibi Horologia, qualia tota Germania reperiuntur, & ſecundum quæ Horæ XII. a noctis medio, quod noſtris populis diei initium eſt, ad meridiem, & totidem rurſus hinc ad μεσονύκτιον numerantur, vocaturque iſta dinumeratio, die kleinere Uhr/quam ſequentes dicunt, um eins/um zwey/um drey ꝛc. der kleinern Uhr. Verum ea inter ſolos fere peregrinos obtinet. Incolis, aliud Horologium, quod Majus vocant, die gröſſere Uhr/in uſu, cujus A. 1489. *Johannes Königſchlager* fuit excogitator, horas pro diei noctisque ſpatiis ſupputans. Nempe diei ſemper initium ortus Solis, finem vero, & quod inde conſequitur, noctis primordium quoque, ejus occaſus faciunt, ac proinde horarum, quibus Sol horizontem illuminat, & earum, quibus ſub eo conditus eſt, fit computatio. Igitur primam, ſecundam, tertiam, atque ſic porro, ſive diurnam, ſive nocturnam horam, Solis lux per tale temporis ſpatium, aut commodata aut ſubtracta definit, ac proinde, hoc modo prima, ſecunda, tertia hora, eins/zwey/drey/numerantur. Finis diei aut noctis, propria appellatione, *Complementum*, der Garaus/una ante hoc hora, eins gen Tag/aut eins gen Nacht/bina, zwey gen Tag/aut zwey gen Nacht/tertia, drey gen Tag/aut drey gen Nacht/nominantur,

quibus diem aut noctem plane exſpiraſſe, aut ad ortum vel occaſum Solis unam, duas vel tres horas ſupereſſe, fit ſignificatio. Evadunt ſic dies noctesque anni inæquales, eſtque æſtate longiſſimus dies XVI. breviſſimus hyeme VIII horarum. Breviſſimus autem dies longiſſimam noctem XVI. horarum, longiſſimus breviſſimam, horarum VIII. poſt ſe relinquunt, atque ſecundum variationem diurnæ lucis, noctisque tenebrarum, variat quoque dinumeratio. Ea, ut probe inſtituatur, ſequens tabella faciet, diei noctisque dimenſiones indicans.

LONGITVDO DIEI			LONGITVDO NOCTIS.	
VII. Januarii	Horarum	9.	Horarum	15.
XXVIII. Januar.	Horarum	10.	Horarum	14.
XIV. Februarii	Horarum	11.	Horarum	13.
III. Martii	Horarum	12.	Horarum	12.
XIX. Martii	Horarum	13.	Horarum	11.
V. Aprilis	Horarum	14.	Horarum	10.
XXIII. Aprilis	Horarum	15.	Horarum	9.
XV. Maji	Horarum	16.	Horarum	8.
XI. Julii	Horarum	15.	Horarum	9.
II. Auguſti	Horarum	14.	Horarum	10.
XX Auguſti	Horarum	13.	Horarum	11.
V. Septembris	Horarum	12.	Horarum	12.
XXII. Septem.	Horarum	11.	Horarum	13.
VIII. Octobris	Horarum	10.	Horarum	14.
XXVI. Octob.	Horarum	9.	Horarum	15.
XVI. Novemb.	Horarum	8.	Horarum	16.

Non poteſt autem, ob perpetuas iſtas alternationes diei noctisque ſpatiorum, per Horologia avtomata horarum fieri indicium: ſed in Sebaldina, Laurentiana, Candicante & interiore Lauſenſi turribus conſtituti Vigiles, manibus, in campanis æreis, ad temporis puncta ſonos cient, quod id boni præſtat, ut in horarum indicatione accurata ſemper ſit conſenſio, nec in una parte Vrbis citius, ſerius in alia, exactum temporis intervallum, a quo vitio avtomata liberari non poſſunt, menſuretur.

Vt bona fide, Lectori, qui Noribergenſis horarum calculationis neſcius eſt, conſulamus, ſuperaddimus quoq; tabellam, in qua Minoris Horologii cum Majore, ſecundum viciſſitudinem incrementorum ac decrementorum, quæ dies noctesque patiuntur, fit comparatio.

CAPVT

EXÆQVATIO HOROLOGII COMMVNIS HORARVM DIVRNARVM

5	6	7	8	9	10	11	12	1	2	3	4	5	6	7	8

CVM HOROLOGIO NORIBERGENSI.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
1	2	3	4	5	5	7	8	9	10	11	12	13	14	15	
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13			
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12				
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11					
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10						
1	2	3	4	5	6	7	8	9							
1	2	3	4	5	6	7	8								

EXÆQVATIO HOROLOGII COMMVNIS HORARVM NOCTVRNARVM

8	7	6	5	4	3	2	1	12	11	10	9	8	7	6	5

CVM HOROLOGIO NORIBERGENSI.

8	7	6	5	4	3	2	1								
9	8	7	6	5	4	3	2	1							
10	9	8	7	6	5	4	3	2	1						
11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1					
12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1				
13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1			
14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1		
15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1	
16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

Cornel. Nicolai Schurtz _ Sculp.

CAPVT XX.

Progreſſus extra Vrbem in Suburbia; inde ad Noſocomia, & hinc in bina, quibus in toto Orbe par nullum, nullum ſecundum, Cœmeteria. Viridaria ac Horti poſtremo adeuntur.

DEfuncti ſumus quomodocunque, contemplatione rerum ipſius Noribergenſis Vrbis memorabilium. Sed & pedem pauliſper *extra mœnia* proferre oportet, ac videre, quæ foris ſpectatu digna occurrunt. Neutiquam fruſtra hanc deambulationem inſtituemus, relaturi ingens operæ pretium.

Principio, SVBVRBIA duo ſub aſpectum cadunt, *Webrda* & *Goſtenhofa*, æmula quodamodo Vrbis elegantiæ, & pro Oppidis valitura, ſi Noriberga abeſſet. Sed totas maximæ firmitatis ſaxeas ædes in his conſtruere non licet, ne in hoſtili aliqua, quam Supremũ Numen usq; & usq; avertat, obſidione, oppugnantibus præſidio, detrimento Civitati ſint. E ligno igitur & lateribus domorum fit coagmentatio, ut, cum periculum imminet, levi negotio deleri queant. Inelegantiam, quæ inde provenit, plerique pictura celant incruſtatorum parietum. *Webrda*, ſua Curia, Judice & Aſſeſſoribus gaudet; ſacris, Eccleſiaſtes ac Diaconus præſunt; Templum, S. Bartholomæum patronum habet; in eo, Comites & Barones, quales multi Noribergæ degunt, quia intra Vrbem nemini ſepulturæ locus conceditur, humari ſolent, quorum memoriæ, Epitaphiis, & ſuſpenſis e laquearibus Vexillis, fit conſecratio. *Goſtenhofæ*, Præfecti duo, Superior, eique additus Inferior, præſunt. Pietati litatur in S. Leonharti Templo, quod A. 1317. *Hermannus Schurſtab* condidit, una cum contiguo *Noſocomio mulierum*.

Haud procul inde abeſt mulierum Noſocomium aliud, *S. Jodoci* tutelæ a majoribus commiſſum; magis diſtat tertium, quod ſecundum *S. Johannem* nomen accepit, & cujus alumnæ, quia honeſtis natalibus ortæ, *dominæ leproſæ* in antiquis inſtrumentis appellantur.

Viri lepra affecti, in *S. Petri Noſocomio* receptum inveniunt. Pauperibus peregrinis, niſi canem comitem habeant, in *S. Crucis* Xenodochio, cujus A. 1276. *Vlricus Hallerus* fundator fuit, pernoctare conceditur.

Eſt quoq; ſpectabilis ingens domus, quæ a *S. Sebaſtiano* nomen accepit, vacua illa & inanis, ac utinam perpetuo ſic permaneat, qualis

etiam, Deo laudem & gratias dico, mea ætate ſemper fuit. Quoties ille iratus, ſui contemtum lurida peſte vindicat, ea affecti incolæ, ne eos, quibus cum una vivunt, contagio contaminent, hic loci ſeparati agunt. Conradus Celtes non neglexit harum ædium deſcriptionem facere, & indicare earum inceptorem, verbis: *Cum peſtis invaluit, membraque corporea incendio ſuo depaſcit, ne contagio ad alios ſerpat, ſingulari cura & providentia olim hoſpitis noſtri,* Sebaldi Clamoſi, *ad amnis ripam, extra Vrbem, conſtructa publica domus eſt (Lazaretum Itali vocant) ſpatioſa & aëroſa, inque varias cellas digeſta: in quam aurigæ & bajuli, cum ſellis geſtatoriis, illos, quos lues corripuit, evehunt & abducunt. Servis, proſelytis, operariis, & cujuscunque conditionis hominibus hæc pietas fit. Domus ea Divo Sebaſtiano conſecrata eſt, ab eoq; nomen habet.* Nec de domo tantum proſpectum eſt ægris ejusmodi: ſed & Sacerdos, & Medicus, & opem laturi viri fœminæque aſſidue publicis ſumtibus aluntur, ut calamitate ingruente præſto ſint, nec longe quærere oporteat auxilium & manum porrigentes, quod plerique tum facere recuſant. Et o felicem Civitatem, quæ ſic ſanitatis tempore, de ægrimonia cogitat!

Ante omnia COEMETERIA DVO, quorum unum a *S. Johanne Baptiſta*, alterum a *B. Rocho* appellationem habet, cum cura & ſedulo luſtrare convenit. Sæpe bilem hoc mihi & indignationem movit, quod in nullis Itinerariis, quæ Noribergæ Memorabilia raptim utcunq; indicant, vidimus horum Cœmeteriorum mentionem injici, & hinc plurimum accidere, ut a res præclaras ſpectare cupidis Viatoribus, haud adeantur, cum penitus certum hoc ſit, æque elegantia Cœmeteria non offendi in Orbe univerſo, nec fieri adeo poſſe, ut his ſimilia uspiam locorum extent: nam aut artifices alibi deerunt, aut materia, aut impenſæ; aut nulla adverſus nocturnos fures ac depopulatores concedetur tuitio. Scilicet, ſunt in noſtris Cœmeteriis Cippi, Mauſolea, Monumenta, ſummæ venuſtatis & artificii; cum antiquis, quæ leguntur, de prærogativa certantia: ſunt lapidum ſepulcralium, juſto ordine diſpoſitorum, millia multa, quorum cuique fere, ex ære optimi generis, inſerta eſt inſcriptio, inſignis ornatus, pretii maximi. Vincunt ſic Noribergenſes, ſolertia ſua, Romanorum quondam inſtituta longiſſime, magisque bene memoriæ mortuorum, & perpetuitati laudis eorum conſulunt. Illi enim, elogia defunctorum nudis lapidibus incidebant, quæ imbres deinde, & vetuſtatis rancor ſqualorque delevere. At Noribergenſium Epitaphia, ex ære efficta, durabunt cum temporum perennitate, nec alius iis, (niſi data opera per violentiam extremam confringantur, aut aboleantur, interitus,) quam qui naturæ rerum. Eſt utrumque Cœmeterium juxta publicam viam, more veteri, quem ita indicat S. Chryſoſtomus

mus in Homilia de Fide & Lege naturæ, ut cauſam ejus ſimul alleget: Πᾶσα πόλις, πᾶσα κώμη, πρὸ τῶν εἰσόδων τάφους ἔχει. ἐπείγεταί τις εἰσελθεῖν εἰς πόλιν βασιλεύουσαν, καὶ κομῶσαν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀξιώμασι, καὶ πρὶν ἴδῃ ὃ φαντάζεται, βλέπει πρῶτον ὃ γίνεται. *Omnis Civitas, omne Caſtellum, ante ingreſſum ſepulchra habet, ut contendens intrare in Civitatem, quæ imperat, & floret divitiis & potentatu, aliisq; dignitatibus, priusquam videt, quod ſecum concipit, videat primum quod fit.*

Sed, de *Johaneo Cœmeterio*, quod Rochianum ſplendore & amplitudine multimodis antecellit, quædam ſpeciatim memoranda ſunt. *Portæ* ejus auguſtiori inſcriptum eſt, paronomaſiâ ſcitâ:

ME VIDE IN FIDE.

Pro *Mnemoſyno* valet, Lapis reliquorum omnium vetuſtiſſimus, in quo S. Sebaſtiani, arboris trunco alligati, telisque confixi, imagini æreæ ſubjiciuntur verba;

War das nit ein ſehnliche und jämmerliche Klag /
Ich ſtarb aus meinem Haus ſelb dreyzehend auf
einen Tag. 1427.

Res mira & obſervatione digna. Periit Paterfamilias cum XIII. domeſticis eadem die. De cauſa tantæ cladis variat traditio. Quædam vult, Patrifamilias, ſuisque, peſtiferam luem exitium intuliſſe. Contra, alia narrat, cœnantis cum familia cibum, diro veneno infeciſſe in tabulato latitantem araneum, caloris eduliorum irritatum exhalatione.

Ex parietibus inſertis Epitaphiis, ſingulariter notandum eſt, quod *Odeſchalcii* excitarunt. Eorum enim aliqui, ex Como, ad Larium Lacum urbe, ſuperiore ſeculo Noribergam conceſſerant, ibique opibus potentes, aliquandiu exercuerant mercaturam. Ex ea gente oriundus *Innocentius XI.* nuper Pontificatum ita tenuit, ut grande ſui deſiderium reliquerit, & Romæ ſacroſancta ſit ejus memoria, ac ad tumbam, quæ miraculis clareſcit, vota precesque allegentur. Solebat Papa ille ſuperſtes, ex Noribergenſibus, qui ad eum admittebantur, ſedulo percontari, qualis Odeſchalciorum quondam Noribergæ fuerit conditio, & num aliqua ipſorum Monumenta ſuperſint. In Epitaphio, ad quod digitum intendimus, quodque columnis & ſtatuis inſigniter ornatur, conſpicitur graphice depicta hiſtoria Evangelica Samaritani, Judæum, a latronibus ſauciatum, benigne curantis. Subjicitur tabula ærea, cujus medium occupant Inſignia Odeſchalciorum, &, hinc, ſermone Latino adſcriptum:

CHRISTVS AGIT VERE SAMARITAM TRISTIA SOLVS
VVLNERA DVM SANAT SANGVINE NOSTRA SVO.
ANNO PARTÆ SALVTIS MDLXXX.
DIE XI IVNII OBIIT HONESTVS ET
VIRTVTE EXIMIA PRÆSTANS IVVENIS
BARTHOLOMÆVS ODESCHALCO
INTEGERRIMI ET PRÆCELLENTIS DOMINI
THOMÆ ODESCHALCI COMENSIS FILIVS
ÆTATIS SVÆ XXXX.
QVI HIC SEPVLTVS IN SPE RESVRRECTIONIS
LÆTÆ QVIESCIT.

Illinc, in vernacula ſeſe legendam exhibet interpretatio:

Chriſtus iſt recht der Samarit/
Der uns in Tod läſt ligen nit;
Und heilet unſer Wunden groß
Durchs Blut/das er am Creutz vergoß.

Im Jahr nach Chriſti Geburt 1580. den 11. Junii verſchid der Erbar und Veſt Bartholome Odeſchalco Junger Geſell/des Ernveſten und Fürnemen Herrn Thomas Odeſchalco Sun/von Comi/Seines Alters 40. Jahr/welcher alhie begraben. Gott verleihe Ihm ein fröliche Urſtendt.
Amen.

Ante ingreſſum majoris portæ in Cœmeterium, ad dextram ejus, ſuper baſi elevata, ſpectantur Chriſti Domini, & latronum crucifixorum, Centurionis item, ea quæ tum accidebant ſtupentis, ad viventis hominis ſtaturam, ſimulacra marmorea. Ex adverſo ad ſiniſtram, conſpiciuntur Mariæ Virginis, Chriſtum mortuum ante ſe jacentem deflentis, piarumque item Mulierum, quæ crucifixionem eminus ſpectavere, ſtatuæ. Abhinc, ad ædes usque, quæ intra Vrbem, ad Vivarii portam, dem Thiergärtner Thor/militis cataphracti, des geharniſchten Manns/ſignum habent, tantundem eſt intervalli, quantum fuerat a Monte Calvariæ, ad Pilati Prætorium. *Martinus Kätzel*, Vir Nobilis, ac, ceu ſuperior ætas ferebat, religioſus æque, ſpatium ad decempedam deſignavit. Is enim

ſuſcepto

ſuſcepto in Palæſtinam itinere ſacro, Hieroſolymis notavit ſibi præcipue magna ſolicitudine, non tantum Prætorii Pilati, a loco in quo Chriſtus crucifixus pependit, ſed & a locis aliis, ubi in eductione ad ſupplicium memorabile quid accidiſſe dicitur, diſtantiam. Cumque domum reverſus, annotamenta ſua, caſu quodam, amiſiſſet, iterum Hieroſolymas hanc ſolam ob cauſam ſe contulit, ut accuratiſſimam dimenſionem, quam prius inſtituerat, repeteret. Rurſus in patriam delatus, per *Adamum Kraft*, eximium illum artificem, ſupra nobis laudatum, tum ſtatuas juxta Cœmeterium, quas jam enarravimus, erigi, tum quod in via, qua Salvator ad Calvariæ montem progreſſus eſt, contigerat, in columnis latis ſtructiibus, non totas iconas referente cælatura (*baſſo rilievo*) ſculpi fecit. Quamobrem, illis ædibus, quæ pro Pilati Prætorio valent, ejusque adeo figuram quandam & poſituram, quam Hieroſolymis id habebat, referunt, proxima Columna exhibet Mariam Virginem, ob Chriſtum Filium ſibi cum Cruce occurrentem, in animi deliquium prolapſam. Adduntur verba:

Hierbegegnet Chriſtus ſeiner würdigen lieben Mutter / die vor gantzem Hertzenleid ohnmächtig ward.
IIc Schritt von Pilatus Haus.

Quæſequitur Columna, monſtrat milites, Simonem Cyrenæum angariantes, ut tollat Crucem Chriſti. Inſcriptum:

Hier ward Simon gezwungen/ Chriſto ſein Creutz helffen tragen.
IIc LXXXX Schritt von Pilatus Haus.

Succedit alia, in qua Chriſtus mœſtas afflictasque mulieres affatur; quod indicant verba:

Hier ſpricht Chriſtus: Ihr Töchter von Hieruſalem / nicht weinet über mich / ſondern über Euch und Ewre Kinder.
IIIc Schritt von Pilatus Haus.

Dehinc in Columna alia, Judæi Chriſtum, ſub Crucis onere fere ſuccumbentem, tundunt & propellunt. Adjiciuntur verba:

Hier trägt Chriſtus das Creutz / und wird von den Juden ſehr hart geſchlagen.
VIIc LXXX Schritt von Pilatus Haus.

Columna ultima oſtendit Chriſtum, animi corporisque virium defectum patientem, ac ideo collabentem, cum epigraphe:

Hier

Hier fällt Chriſtus vor groſſer Ohnmacht auf die Erden.
Bey Me Schritt von Pilatus Haus.

Iſtam Columnam porro excipiunt ſimulacra Chriſti,latronum item in cruce pendentium, & cætera, de quibus dictum. Habetque Divæ Virginis,Chriſtum exanimem lacrymis ſuis ubertim irrigantis, imago, additum:

Hier ligt Chriſtus vor ſeiner gebenedeyten würdigen Mutter/ die ihn mit groſſen Leyd / und bitterlichen Schmertzen/ klagt und beweinet.

Præterea, extra Vrbem,quaquaverſus, longiſſimum tractum occupant,VIRIDARIA & HORTI,ædificiis voluptuoſis, ſimulacris,ſignisque antiquis & recentibus, varie ſalientibus aquis,piſcinis, vivariis, arboribusque ac peregrinis plantis egregie referti, quosque (quod de Caroli Langii horto, in libello de Conſtantia,prædicavit Lipſius) quis ingrediens dubitet, num potius optet totus oculus fieri cum Argo, an naſus cum Catullo. Creſcunt hic Malogranata, Poma aurea & citrea, Aloë,Indicæ ficus,non tantum in vaſis & urnis,quæ hyeme loco moveri queunt, atque ſic in minutis fruticibus, verum & in ſolo inſitis arboribus, quarum tamen,cum æſtas tranſiit,fit obtectio. Etiam Palmam ingentem proceramque, & qualem nec in Italia, nec in Gallia, calidis regionibus, videre mihi contigit, tulit noſtra tellus: ſed quam vicinus Princeps nobis invidit, &,ſoluto centum florenorum pretio, ſui Horti ornamentum fecit. Granadillus, Tuberoſa,Anemone, Ranunculus flammeus plenus,exotici quondam flores,magna copia apud nos proveniunt,nec amplius æſtimantur:in Caryophyllorum, Tuliparum;& Violarum diverſorum generum nominibus notandis laborat memoria.Atq; horum Hortorum deliciis,etiam non dominis, quoad volupe eſt, ex ſententia frui conceditur. Licet in iis non tantum per ambulacra,ſed & juxta pulvinos & areolas ſpatiari; licet ſub arboribus, in xyſtis, in pergulis, umbram captare; licet ſomno ſe dare; licet,choreas ducendo, aut alia ratione colludere; licet iis,qui dapibus inſtructi veniunt, convivarier quoque. Tantum rapere, clepere, harpagare, ceu ubique locorum, ita hic quoque nefas eſt. Ergo nemo unus ſuum hortum ingreſſuris moroſe leges præſcripſit, ceu alibi,& imprimis in Italia paſſim uſuvenire ſolet: quæ ſæpe tam multæ ſunt,ut dubites,num iis obſervandis ſufficias, & annon ſatius ſit pedem referre,quam ob violatam forte præceptionem aliquam,aſpere luere. Vt bona ſua noſcant noſtri homines, & quia nemo, quod equidem ſciam, eorum, qui Romam luſtrarunt, in adverſaria ſua

retulit,

retulit,ac exinde cum aliis communicavit leges,quas Julius III. Pontifex,Hortum ſuum, qui eſt ante PortamPopuli,introire volentibus,e fontis regione ſuſpenſas edixit, nos,quos illas deſcribere non piguit,id præſtabimus.

Deo & loci dominis volentibus.

Hoc in Suburbano,omnium,ſi non quot in orbis, at quot in Vrbis ſunt ambitu,pulcherrimo, ad honeſtam potiſſime voluptatem facto, honeſte voluptuarier cunctis fas honeſtis eſto: ſed ne forte quis gratis ingratus ſiet, juſſa hæcce ante omnia omnes capeſſunto.

Quovis quisque ambulanto: ubivis quieſcunto: verum hæc citra ſomnum, circum ſepta illud.

Paſſim quidlibet luſtranto,aſt nec hilum quidem usquam attingunto.

Qui ſecus faxint, quidquamve clepſerint, aut rapſerint,

Non jam ut honeſti moribus, ſed ut furtis onuſti in crucem peſſumam arcentor.

Ollis vero qui florum, frondium, pomorum, olerum aliquid petierint, villici,pro anni tempore, pro rerum copia & inopia, proque merito cujusque largiuntor.

Aquam hanc,quod virgo eſt,ne temeranto,ſitimque fiſtulis,non flumine, poculis, non oſculo aut volis extinguunto.

Piſcium luſu oblectantor, cantu avium mulcentor, at ne quem interturbent interim cavento.

Signa, ſtatuas, lapides, picturas, & cætera totius operis miracula, quandiu lubet obtuentor, dum ne nimio ſtupore in ea vortantur.

Si cui quid tamen haud ita mirum videbitur eorum cauſa, quæ nemo mirari ſat quivit, æquo potius ſilentio, quam ſermonibus iniquis prætcrito.

Dehinc proxumo in templo Deo ac divo Andreæ gratias agunto, vitamque & ſalutem Julio III. Pont. Max. Balduino ejus fratri, & eorum familiæ univerſæ, plurimam & æviternam precantor.

Huic autem Suburbano ſpeciem atque amplitudinem pulchriorem indies majoremque in eo quicquid ineſt felix, fauſtum, perpetuum optanto.

Hiſce actis valento, &
ſalvi abeunto.

CAPVT XXI.

Adſtruitur Noribergenſis Vrbis ſumma populoſitas. Friderici III. Imperatoris, & Octavii Piccolominei Amalfiæ Ducis puerorum congiaria. Non negavit difficilis natura utrique Noribergenſi ſexui formam. De fœminarum veſtitu. Recenſentur Noribergenſium quædam μεγάλα λίαν ἑυρήματα manuariarum artium. Sed & doctrina ac eruditione gloriam ſibi pararunt. Ab hac, ne veteres Judæos quidem excludere oportet. Mercaturæ ſtudium.

Noriber-

NOribergam, ceu *omnium Germaniæ Vrbium populoſiſſimam*, celebrat lib. 5. de Republ. Bodinus. Dreſſerus, inter Germaniæ Vrbes Noribergam recenſens, numerum definivit, 52000. *Civium validorum* illic reperiri aſſeverans. Capimus pro argumento id, quod in Faſtos relatum eſt, A. 1505. una & eadem die, in S. Sebaldi Templo XXVI. in Laurentiano XXII. atque ſic novellorum Sponſorum paria XLVIII. ritu Eccleſiæ fuiſſe conſecrata; item, quod Conradus Celtes ſcriptum reliquit, *ad quatuor ferme millia civium naſci quotannis*.

Aliud argumentum populoſitatis Noribergenſis Vrbis, præbet *Friderici III.* Imperatoris hiſtoria. Is A. 1487. frequentia hic loci Comitia agebat, cumque animum illius cupido invaſiſſet, videre in unum congregatos Noribergenſium tenerioris ætatis pueros puellasque, quos tanto numero plateas vicosque ſparſos obire cernebat, juſſit ut in foſſa ad Arcem Imperialem omnes convenirent, paraverantque dulciarii piſtores, ejus mandato, mellitorum cruſtulorum millia multa, ipſius imaginem referentia, diſtribuenda inter hanc turbam. Verum, cum condicto tempore adeſſet grex imenſus infantilis, mox deficiebant cruſtula, ita ut infantes innumeri, vacuis manibus indonati, non ſine querimonia recedere cogerentur, nec tamen omnes comparuerant. Fiunt etiamnum Noribergæ mellitæ placentæ, quales antiquæ illæ erant, ſervantes Friderici Imperatoris iconem, vocanturque vulgi dialecto, ſ Kayſer/ quæ,

—— Pueris dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint, ut diſcere prima.

De re, quam narravimus, ſic eſt in Chronico MS. A. 1487. hielt Kayſer Friedrich einen groſſen Reichstag zu Nürnberg. Es war eine groſſe Herrſchaft alda/ bey die 24. Fürſten. Dieſer Reichstag wäret ein gantz Jahr/ und wurde doch nit viel darinnen ausgerichtet/ dan nur alle Tag/ Rennen/ Stechen/ und Panckctiren/ dan viel Fürſten empfiengen alda ihre Lehen. Man hat ein Lehen-Stul dem Kayſer auf den Marckt zugerichtet. In der Kreutz-Wochen ließ Kayſer Friedrich/ alle Kinder zu Nürnberg/ bey allen Schreibern und Schulmeiſtern zuſammen fordern in den Graben hinter der Veſten/ ſie zu beſchauen/ dan er hat etlich tauſend Lebküchlein bachen laſſen/ die man jetzunder noch Kayſer nennt/ jedem Kind eines zu geben/ aber es zerran bald/ und waren deñoch die Kinder nit alle da/ aus Urſach/ viel Leut hatten ihre Kinder daheim gelaſſen/ hatten Sorg/ ſie möchten erdruckt werden/ und ſchaden nehmen. Quia Conradus Celtes ſpectaculo pulchro ipſe interfuiſſe videtur, & præter ea quæ jam diximus, alia quoq; narrat, hujus etiam verba

 ſuper-

ſuperaddere non gravabimur: *Cæſar Fridericus, ut noviſſime Noribergæ egerat, ut de multitudine puerorum Vrbis ſibi relatum erat, omnes pueros infra decimatum, in foſſam Vrbis, cui Arx imminet, vocari jubet. Jam tota Vrbs in publicum gaudium & communem lætitiam effuſa, & genetrices exultim in ſpem erectæ, quod aliqua egregia munera ab Imperatore, in eo delectu accepturi eſſent, Matresfamilias puerorum facies lætiſſimas luſtrare, frontes ornare, comas pectere & diffundere, prætexta, bulla, candidaq; toga & purpura, auro & margaritis onerare, & nihil eorum, quæ hanc ætatem gratiorem & favorabilem reddere poſſunt, negligere. At Cæſar, ubi collectam multitudinem, & Germani ſanguinis florem, oculosq; hoc tenerrimo examine humani generis ſatiaſſet, pueris placentulas tortulasque mellitas (ut ætas puerorum illarum rerum avida eſt) diſtribuit, ſicque paſtillis donatos, parentibus remiſit, conſtituens ad futurum eorum conventum, nummum argenteum ſignatoria ſua gemma notatum, in ſingulos donare, quem illi in longa ſecula, & in generationes & familias ſuas, tanquam theſaurum aliquem, aſſervarent.*

Non ſtetit, quacunque ex cauſa prohibitus, Imperator promiſſis. At manſit nihilo ſecius congiarium ejusmodi, noſtra memoria, pueros Noribergenſes ex caſu. DEUS exoratus precibus afflictorum Germanorum, benigne conceſſerat, ut pax, poſt univerſorum XXX. annorum ferale bellum A. 1648. Monaſterii ac Osnabrugæ concluſa, Noribergæ, per conventionem de Vrbium & locorum captorum, commodis intervallis, a militibus liberatione facienda, A. 1650. vim ac integritatem acciperet. Hanc ob cauſam, cum omnis in Vrbe ſexus, omnis ætas, in publicam lætitiam effunderetur, venit cuidam faceto homini in mentem, ſpargere rumorem inter infantes, conſtituiſſe *Octavium Piccolomineum Amalfiæ Ducem*, Ferdinandi III. Cæſaris ſupremum conſultationis inſtitutæ Arbitrum, donare poſtera die, quæ dominica erat, quemque puerum, in arundineo equo (auf einen Stecken-Pferd) ad ædes ſuas adequitantem, numo argenteo pro memoria. Ea fama cum in vulgus emanaſſet, poſtridie puerorum ſuper arundineis equis agmina immenſa ædes Principis circumdant, ſubſiliunt, eduntque ore ſuo, quos equi non poterant, hinnitus. Ille miratus, quid ſibi vellet iſte infantilis grex, cum cauſam didiciſſet, ſubridens, juſſit omnes poſt octiduum eodem habitu redire. Interea temporis ejus mandato cuſi fuerunt numi argentei quadrati, quorum unum latus exhibebat puerum arundineo equo ferociter vehentem, circa quem ſcriptum:

FRIDEN GEDACHTNUS IN NURNB. 1650.

in altero, Aquilæ Cæſareæ ſubjiciebatur:

VIVAT FERDINAND' III. ROM. IMP.
VIVAT.

Atque

Atque tali moneta, puerorum quisque, cum conſtituta die, majore etiam quam prius numero, reverſi eſſent, donatus abibat.

Cæterum, ſunt Civibus Noribergenſibus, quod Bertii in libro de Vrbibus Germaniæ verbis eloquimur, *corpora procera firma, compacta, laborum & frigoris patientia; ſtatura elegans, vultus liberalis, frons gravis, artifex manus, diſciplina ſevera, ingenium diſcendæ ſapientiæ aptum. Sed plerique ad mercaturam proniores, cujus hic unicam in Germania ſedem* DEVS *benignus eſſe voluit.* Ex iis, quæ ille κατὰ κεφάλαια, breviter & ſtrictim enunciavit, aliqua verboſius proſequamur. Scilicet, quod de *forma* haud ineleganti Noribergenſium ait, ad utrumque ſexum pertinet, hoc eſt, ad fœmineum æque ac virorum, & de utroque Celtes dixit: *Populus igitur Noribergenſis, ut cœli terræq; tractus eſt, & pro Germanorum natura, corpore validus, laborum frigorum & æſtus patiens, nervis & oſſibus ſolidis, ſtatura eleganti, vultu liberali, & proſpera valetudine.* Cavendum enim, ne cui Lucas de Linda imponat, cum in Deſcriptione Orbis p. 1001. contendit, *obſervaſſe Curioſos, Nurenbergenſes eſſe robuſtos, ſtaturæ decoræ, vultusque elegantis, Fœminas contra, reſpectu aliarum, deformes eſſe.* Imo vero, ſi quis Helenas quærat, hæc Troja eſt. Facies noſtris Virginibus pulchra, ſcita figura oris, color verus, corpus ſolidum & ſucci plenum: itaque ergo amantur. Condonandum hoc interim, ſi quibus Noribergenſes mulieres quondam minus pulchræ videbantur. Priſca enim illarum veſtiendi ratio, neutiquam formæ lenocinabatur, ac vultus inprimis, ſedis vetuſtatis, dehoneſtamentum erat vittarum ingens moles, quam illæ capitibus geſtabant, cui ferendæ aliarum delicatarum humeri vix pares fuiſſent. Sed qualis nunc eſt plerarumque habitus, concedit is, ut naturæ dona fœminæ explicent, & prout ſunt, bellæ ac ſpecioſæ appareant quoque. Nec minus cultæ quoque ſunt earum veſtes, ſplendidæque. Nam, de antiquis temporibus accipere id debent, qui apud Conradum Celtem de Noriberga legent: *Ornatus mulierum & corporis cultus, quod equidem in hoc ſexu probaverim, parciſſimus eſt, aurum & gemmas, niſi in digito ferre conceſſum non eſt; Sarmaticas, Scythicasque pelles nulla, margaritas nulla, coccineasque Coas aut oſtrinas veſtes nulla, ſed has tantum limbis veſtium aſſuunt.*

Porro, nihil verius, quam *artifice manu* præditos naſci Noribergenſes, nec locum in mundo reperire licet, quo affabre ab illis efficta, die Nürnberger Wahren/ non perveniant: ac eſt utique Noriberga, omnium mechanicarum artium officina & ſchola, ita, ut nemo Germanorum, in diſcendo opificio aliquo bona fide profeciſſe credatur, niſi in hac Vrbe rudimenta tirocinii depoſuerit. Quamobrem, vix ulla ars eſt, quæ

non Noribergenſibus cultum ſuum debeat, quædam etiam illorum inventum ſunt. Id ne temere dixiſſe videamur, confirmare enunciatum oportet exemplis, prout memoriæ ſeſe offerent. Refert Mutius l. 19. Chron. Germ. & ſic eſt etiam in Chronico noſtro Noribergenſi MS. A. 1212. Ottone imperante, Norибergæ, machinam bellicam, quam Germani Trybock vocent, inventam eſſe, & poſtea alio tempore Bombardas. Sed poſtremum hoc, de *Bombardarum trochleis* capiendum videtur, cum in Chronico quodam MS. legatur: Die zu den Schieß-Röhren gehörige Feuer-Schlöſſer ſind erſt A. 1517. zu Nürnberg erfunden worden.

Sunt Noribergenſium inventum *Machinæ, quibus ferrum commodiſſime in fila diducitur*, qua de re ſic eſt apud Conradum Celtem: *Ferunt ibi* (Noribergæ) *primum artem extenuandi ducendique radii per rotarum labores, inventam, a quodam Rudolpho, qui dum artem velut arcanum occultaret, magnasque ex ea divitias conquireret, ob hoc cæteris civibus (quemadmodum uſuvenit in lucroſis proventibus, maxime apud auctionarios) inquirendæ ejus artis cupidinem injeciſſe, qui filium ejus induxerant & corruperant, ut interiorum rotularum labores & tenellas, quæ ferream bracteolam per anguſtum foramen prendunt, ſicque pertinaciter trahendo extenuant, archetypo aliquo exprimeret. Quod factum dum pater comperit, velut in inſaniam & furorem actus, filium trucidare ſtatuiſſe ferunt, niſi ſe ille aſpectui ſuo ſubtraxiſſet, manibusque elapſus effugiſſet.*

Habet Noribergenſes autores *Ferrum Jurgioſum*, das Zanckeiſen/ longe pluris faciendum, quam Gordii, Midæ patris vinculum. Hoc enim pluribus nodis in ſemetipſos implicatis & nexus celantibus adſtrictum erat; at Ferrum Jurgioſum, ita annulos bacillis ferreis inditos habet, ut nihil ſit in hac commiſſura occulti, nihil quod cujusquam oculos effugiat, & tamen nemo unus, niſi forte divinitus quaſi hoc ei obtingat, tam ſolers eſt, ut eam poſſit diſſolvere: unde, quod rem fruſtra tentantibus, inventum ſupra modum ingenioſum bilem in naſo concire ſolet, quodq; cum plures adſunt, alter altero in expediendа connexiva conjunctione ſapientior videri vult, qui tamen omnes fruſtra laborem impendunt, jurgia hinc naſcuntur, nomen ſuum invenit. Credo Alexandrum quem, ſi ei offerretur, poſt vana tentamenta, ſic arſurum iracundia, ut ſui compos futurus non ſit: nempe, quia cum bacilli & annuli ex ferro parentur, nec enſis proficit ad faciendam diſſolutionem. Fuit, qui certiorem me reddidit, alicubi hoc ſpecimen acuminis humanæ induſtriæ, vocari der Nürnberger Tand/ *Noribergenſes ineptias*. Nimirum, ſolemne eſt criminari & contemnere ea, quæ captum noſtrum excedunt, & quorum rationem reddere non conceditur.

A Vi-

A Viro gravi, fideque digniſſimo, accepi, *Nolas*, die Schellen / conficiendi verum modum reperiſſe Noribergenſes, nec in hanc usque diem uspiam locorum, præterquam in ſola Noriberga, eſſe earum artifices. *Mellita Cruſtula*, die Lebkuchen / Pfefferkuchen / quæ Noribergæ pinſuntur, omnibus qui ſunt uspiam locorum, delicatis hominibus, ſalivam movent, nec Genio bene litare ſe credunt, niſi ea ſint inter bellaria. Vinum, Cruſtula hæc magis ſapidum reddunt, ſtomacho robur conciliant, ſitimque acuunt. Tam proprium eſt Noribergenſium eorum inventum, ut nec alibi parari poſſint. Sæpe enim a Principibus peregrinis, cupediarum harum piſtores, cum omni ſuo apparatu, Noriberga evocati fuere, quod deſiderarent eas apud ſe fieri, ſed fruſtraneo voto: nec enim ut extra Vrbem excoquantur, patitur ſive ſoli, ſive aëris, ſive utriusq; diverſa indoles. Hoc autem tantum de Cruſtulis primi generis accipere oportet: nam ſequiora, etiam apud alios parantur.

Huc revoco *Noribergenſe Cataplasma*, das Nürnberger Pflaſter / quo contra vulnera, ulcera, artuum dolores, & mala varia, nullum aliud remedium potentius, ita, ut pro panacea valeat apud omnes Germaniæ nationes, ejusque magna copia etiam ad peregrinos populos deferatur.

Nullius inter Pictores clarius nomen, quam *Alberti Dureri* noſtri: qui, quod Vir ortu generis doctrinaque nobiliſſimus, Bilibaldus Pirckheimerus in vita ejus commemorat, Italorum invidiam compeſcens, ipſos adegit, & ad veritatis confeſſionem, & ad falſi commentum: cum Durero quidem herbam porrigerent, ſed, ut opera ſua facerent vendibiliora, fraudulenta Dureriani nominis inſcriptione ea proponerent. Quinimo conſtat, Michaëlem Angelum Bonarotam, Dureri ſive pictas, ſive æri inciſas imagines, quotquot nanciſci poterat, cremaſſe, aut comminuiſſe in fruſta. Et vero Durerus, primus pingendi artem in ſyſtema methodicum redegit, atque

—— theoremata certa libellis
Intulit; ac quo ſe proferrent grammata ductu,
Quoq; modo, qua menſura, quove ordine, tum quæ
Lege Geometricis conſtarent corpora formis
Edocuit; monſtrans adeo, quibus artubus, & cui
Conveniant manifeſta loco: quæ valle locanda
Sint quædam, ut oculis veluti ſubducta recedant.
Quæ curvo, quæve obliquo, quæ deniq; recto

Trans-

Tranſverſove ſitu tendantur: ubiinteger & auras
Muſculus opplerit: quibus ille deinde lacunis
Tanquam abſorptus, & inductis langueſcat ab umbris,
Et nusquam carnes, ſed membra exanguia pandat:

quæ de Durero Cimb. Eraſmius Michaelius Lætus Profeſſor Hafnienſis lib. 3. Noribergicorum cecinit. Hinc ille, merito *Germaniæ Apelles* dictus fuit; & tamen Philippi Melanchthonis, in Selnecceri Pſalmorum expoſitione expreſſo judicio, quod neutiquam hoc loco ſupprimendum, *ars pictoria reſpectu cæterarum virtutum in ipſo fuit minima.*

Depoſcunt hic ſibi locum, Petri Rami, prout ea in epiſtola ad Virum virtute doctrinaque quam maxime inſignem, Johannem Capellanum Gaſſendus recenſet, verba: *Norimberga*, dixit, *tum Regiomontano fruebatur, Mathematici inde & ſtudii & operis gloriam tantam adepta, ut Tarentum Archyta, Syracuſæ Archimede, Bizantium Proclo, Alexandria Cteſibio non juſtius, quam Noriberga Regiomontano gloriari poſſit. Exſtinctis enim Mathematicis, Archyta, Archimede, Proclo, Cteſibio, Matheſis Tarentina, Syracuſana, Bizantia, Alexandrina exſtincta eſt: at inter artificum Norimbergenſium, Regiomontani mathematis eruditorum delicias eſt, Muſcam ferream, ex artificis manu velut egreſſam, convivas circumvolitare, tandemque veluti defeſſam, in domini manum reverti. Aquilam ex urbe, adventanti Imperatori, longiſſime obviam, ſublimi aëre, procedere, atq; adventantem ad urbis portam comitari. Deſinamus itaque Archytæ Columbam mirari, cum Muſcam, cum Aquilam, geometricis alis alatam, Noriberga exhibeat. Ergo nobiles illi quondam in Græcia atque Ægypto, hodie artifices nulli ſunt; Regiomontani Norimbergæ ſuperſunt: Senatus enim Populusque Norimbergenſis, operam dedit, ut perpetuos Regiomantanos haberet.*

Ante hos XL. circiter annos, *Johañes Hautſchius* Norìbergæ *Currum triumphalem* fecit, qui ſine equis aut animantibus aliis, ita antrorſum, retrorſum, ac in latera movebatur, ut non conſtaret, quale motus principium, quæve cauſa eſſet: neque id in plano tantum, ſed ut etiam in montem valde acclivem evaderet. De eo ſcripſit Monconys in Itinerario: *I'ay veu a Nurenberg un Carroſſe pour le Roy de Dannemarc, lequel avance, recule, & tourne ſans chevaux, & fait 3000. pas geometriques en un heure, ſeulement par de manivelles, que tournent deux enfans, qui ſont dans le corps de Carroſſe, qui font tourner le devant du Carroſſe, ou ſont attachées les deux petites roües, pour braquer a l'endroit qu'il veut.*

Ejus, qui hunc Currum confecerat, Artificis, Filius, *Gottofridus*, adhuc ſuperſtes, indies nova edit ſummi ingenii artisque ſuæ ſpecimina, eique LEOPOLDVS, Imperator Auguſtus, quem DEVS nobis ſervet, præ-

præclarum, *ſui Artificis*, ſeines Künſtlers/ elogium in diplomate tribuit. Eſſinxit is, in Excelſi Principis, Delphini Galliæ, adhuc pueri, oblectamentum, ex argento, equitum peditumque aliquot catervas, in quas prope illud quadrabat, quod de Alexandri Macedonis exercitu Curtius prædicavit: *Vir viro, armis arma conſerta ſunt: ad nutum monentis intenti, ſequi ſigna, ordines ſervare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt, obſiſtere, circuire, diſcurrere in cornu, non Duces magis, quam milites callent.* Adhæc, quod iſtis negatum erat, Hautſchianæ cohortes, minutis bombardis ſuis tonabant, fulminabant, ad intuentium formidinem. Ejusdem Architechnitæ inventum eſt, Machina divina, & in humani generis ſalutem excogitata, cujus beneficio, ingentem aquæ vim, & quaſi torrentem, etiam in editam turrim, ſummo cum impetu jaculari licet, & incendium exortum aut reſtinguere, aut, ſi antequam opitulari conceditur, nimium invaluit, ſaltem prohibere, ne ignis proxima corripiat; quo præſidio nullam urbem, vicumque carere æquum erat. Idem nuper coram mihi ſignificavit, inveniſſe ſe rationem, ignium cujuscunque generis miſſilium, vim coërcendi, & prohibendi, ne qua Civitas, quod nimis crebro hactenus factum eſt, feralibus, imo vero infernalibus globis ignivomis, in cineres amplius poſſit redigi. Eſt is omnino vir antiquæ virtutis fideique, alienus ab omni oſtentatione & jactantia, ac prorſus talis, ut cum eo ſecure in tenebris mices: unde minime dubitaverim, illum præclari aliquid excogitaſſe; etſi non aſſequor, quomodo aliqua ſit ratio expediendæ in commune ſalutis, cum innumeræ pilæ igneæ immanes horrendæque, inter tormentorum tonitrua, Vrbem aliquam obruunt, atque ſic penitus

—— *furit immiſſis Vulcanus habenis.*

Georgius Schweigger, qui nuper ſuperſtes eſſe deſiit, coloſſos æneos, ſpirantia ſigna, Fonti novo, de quo pridem dictum eſt, exornando, conflavit, tanta induſtria ac ſolertia, ut paria eum cum antiquis artificum monſtris feciſſe, omnes rei ſtatuariæ periti fateantur. Cumq; intus cavi ſint, & ex membris ſolutilibus compoſiti, commiſſuræ tamen, quod ſumma artis eſt, veſtigium, nec tactu, nec oculorum acie, ullum vel minimum deprehendere licet. Præterea, novum opus, Tympana e chalybe edolavit, ſonum quaquaverſum, per vaſtum aliquot milliarium ſpatium diffundentia. Joachimi Sandrarti, Amici quondam noſtri, quem ſæpe commendavimus, de Schweiggero, ejusque fontalibus ſtatuis judicium, ex Academiæ Teutonicæ parte 2. lib. 3. c. 24. ut hic allegetur æquum eſt. Georg Schweigger/ iſt zu Nürnberg/ und in andern angränzenden Orten/ wegen der Bildhauerey-Kunſt hochberühmt: welchen Ruhm er mit unterſchiedlichen ſchönen Bildern/ ſowol in Holtz als Stein wol ver-

diener hat. Seine erſte Wercke hab ich zu Amſterdam geſehen/ da er in zweyen ſteinernen Täffelein / die Geburt S. Johannis des Tauffers/ mit allen zugehörigen Perſonen/in Bildern einer Spannen hoch/ſo zierlich/wol und fleiſſig vorgeſtellet/daß ich dergleichen Arbeit in Stein niemals geſehen/ dannenhero auch in einem Ausruff daſelbſt/ durch die Mänge der Liebhabere / dieſelben auf 300. und 400. Gulden getrieben worden. Ich könte noch gar viel von ſeiner Arbeit beſchreiben/will aber den günſtigen Liebhaber/geliebter Kürtze halber/ zu Betrachtung der jenigen über Lebens-groſſen Statuen weiſen/ die er in Metall gegoſſen/ſehr fleiſſig und wol ausgearbeitet und verſchnitten/ nemlich einen Waſſer-Gott Neptuno, ſamt deſſelben Pferden und nackenden Waſſer-Nymfen/zu einen vorhabenden groſſen Springbrunnen / welche des Meiſters Kunſt ſelbſt genugſam preiſen werden.

Nec ſilendus hic nobis, qui pariter haud ita pridem fato conceſſit, *Henricus Schwanhartus*, ob vitra non ſcindendi tantum, ſed &, quod fidem pæne ſuperat, liquoribus quibusdam arrodendi peritiam ſingularem, & prius inauditam. Has illius artes malumus iterum Artificum primicerii, Joachimi Sandrarti, quam noſtris verbis, ex Academiæ Teutonicæ part. 2 lib. 3. cap. 24. depromtis, porro perſequi. Henrich Schwanhardt hat (durch ſubtiles Glasſchneiden) allerhand Landſchafften / und gantze Städte / unter andern auch die Stadt Nürnberg / auf Glas / gantz correct an der proportion, und erkentlich nach der perſpectiv hineinweichend / gleich den gemahlten / zuwegen gebracht/und hierinn alle/ſo vor ihm geweſen/ weit überſtiegen. Ja/er hat auch/ mit ſeinem ſubtilen Verſtand/das jenige / was man bißher vor unmöglich geſchätzt/ergründet / und ein ſolches corroſiv erfunden / dem / das ſonſt ſo harte Cryſtalline Glas gehorſamen/und gleich andern Metallen und Steinen/ einwarts und erhoben ſich ätzen laſſen muß / da es doch ſonſten/aller ſtarcken ſpirituum beſte Behaltniß bißhero geweſen. In welcher Kunſt/er erſt neulich/ ein ſo vollkomene Prob gethan indem er vielerley Zierlichkeiten und Schrifften/ſo rein und ſauber in Glas geätzet / daß es faſt unmüglich ſcheinet / eine gröſſere Vollkomenheit hierinnen zu erlangen/ wo nicht dieſes Künſtlers emſiges Nachſinnen/und ſchöner Geiſt/noch mehrere ſubtilitäten ausgründet: wie er dann allbereit vollkommene Menſchenbilder/theils nackend / theils bekleidte/auch allerhand Thiere/ Blumen und Kräuter/gantz natürlich gebildet/ und es im erheben ſehr hoch gebracht.

Georgius Chriſtophorus Eimmartus, Aſtronomus & Pictor, quem pridem deprædicavimus, & qui poſt principia locatur, ut tanto magis inter omnes emineat, in parandis prægrandibus mathematicis inſtrumentis, in minutiſſima graduum puncta diſtinctis, paucos pares, neminem ſuperiorem habuit. Ejus quoque opus labor-

laberque eſt machina ænea armillaris, mediocris globi cœleſtis aut terreſtris magnitudine, quæ totum Vniverſi hujus ſyſtema, quale Copernicus ſibi imaginatus eſt, non repræſentat tantum, ſed &, quæ ſecundum motus, quo ille terram planetasque circumagi credidit, exactam proportionem, rotatur. Operæ pretium fuerit, ipſum Artificem de machinatione ſua loquentem audire, propriis verbis, quæ ſequuntur, profeſſum: *Sphæra Armillaris tota ex orichalco constructa, diametro bipedali fere, altitudine cum Baſi ſeu fulcro ligneo trium circiter pedum Noricorum, includit Syſtema ſtellarum errantium juxta hypotheſin Copernicanam, ita quidem coordinatum, ut omnes ac ſinguli Planetæ, virtute ſolius cochleæ perennis promoti, quisque periodum ſuam in propria orbita decurrat. Sol, in centro Sphæræ, lationis quidem motûs expers, circa proprium tamen axem, qui & reliquis, excepta Luna, Planetis competit, gyrationis motum repræſentat. Mercurius, a centro primus & penintimus, minimæ orbitæ inhærens, circa Solem volvitur, conficitque reditus ſuos centies tricies ſepties fere, uni revolutioni Saturni commenſurabiles. Hunc ambit Venus, triginta ſeptem cum ſemiſſe revolutiones circiter, uni periodico motui Saturni analogas perficiens. In orbe tertio conſiſtit Tellus, quæ intra annum naturalem ſemel, atque ſic tricies fere, ad motum Saturni comparata, convertitur. Circa hanc, velut in epicyclo circumcurſitat Luna, plus quam trecenties ſeptuagies. Mars, quartum a centro locum occupat, qui cum Saturni motu collatus, quindecies curſum in orbita ſua abſolvit. Penextimus orbis eſt Jovis, qui bis cum ſemiſſe intra ſpatium quod Saturnus ſemel perficit, revolvitur. Extremus, & a Sole remotiſſimus orbis Saturni eſt, ad cujus unam revolutionem omnes interiores proportionati ſpatia ſua peragrant. Sphæra inſuper cujusvis Planetæ, præter Tellurem, includit alios duos annulos, normaliter ſibi junctos, pro latitudinibus eorundem inveſtigandis, ſeorſim convertibiles, unum per axem Zodiaci tranſeuntem, pro deferente nodos, alterum Zodiaco parallelum, qui limites extremos borealem & auſtralem denotat. Omnes hos annulos una in orbem mobiles, ambit Sphæra armillaris, circulis ſuis adornata. &c. Vſus hujus Inſtrumenti eſt, per illud omnia Phænomena facillime, ipſiq; Cœlo congruentiſſime, ad oculum demonſtrare: non ſolum quod attinet Theoriam motus Planetarum in longitudinem ac latitudinem, ſed & affectiones eorundem, ſtationes nempe, retrogradationes, velocitates &c. Porro, illuminationes corporum opacorum, per lumen vivum, ipſi Solari globulo deaurato inditum, ac proinde Eclipſes tam luminarium quam circumjovialium, phaſes Lunæ, Veneris, Mercurii, Proportiones inſuper Orbium præſertim interiorum, nec non corporum Planetariorum ad invicem: Inclinationes Axium & Polorum cujusvis Planetæ, cum Epicyclis,*

via Tychonica & Ptolemaica demonſtrandi. Annuli Saturni, mundique Jovialis inclinationes, & id genus quam plurima. Cæterum, Opus eximium, & incomparabile, trecentis florenis redemtum, Academicæ noſtræ Bibliothecæ dicavit Spectabilis Vir Integerrimusque, *Andreas Ingolſtetter*, Mercatoriæ rei in Noribergenſi Vrbe Antiſtes, dignus, cui hoc nomine ſedulo ingentes agantur publicæ gratiæ.

Neq; vero, Manuariis tantum, & quibus hæ ancillantur, artibus, Noribergenſes excellunt, ſed & *Liberalibus* ac Sapientiæ gnaviter & non ſine ingenti ſucceſſu ſemper operati ſunt, ut ideo falſus ſit *Vdalricus Zaſius*, claræ memoriæ Jureconſultus Amico A. 1527. per epiſtolam, *eſſe in Vrbe Noriberga peritiſſimorum Virorum, vel exuberantem, nedum honorificam copiam.* Nihil opus eſt eorum, qui literis apud nos inſigniter eminuerunt, catalogum inire: ipſa enim ſibi obſtat multitudo; tum vero ab iis editi innumerabiles libri, in medio extant, & ubique non ſine veneratione leguntur. Viguit, inter cætera, etiam hic Jurisprudentiæ ſtudium magnopere, & adeo, ut illa res, Valentino Forſtero in dedicatione libri de Hiſtoria Juris Civilis Romani, Senatui Noribergenſi facta, ea, quæ ſequuntur, verba expreſſerit: *Volui Ampliſſimi ac Magnifici Viri, ſub nominis veſtri auſpicio, eam* (Hiſtoriam nempe Juris Civilis Romani) *in publicum edere, tum propter inſignem ſapientiæ, prudentiæ, moderationis in adminiſtratione Reipubl. laudem, quam a ſapientiſſimo Imperatore Carolo V. conſequuti eſtis; tum etiam, quod nullam in Germania Rempublicam (ſola Spira, Cameræ Imperii deſignata, excepta,) plures doctiſſimos, clariſſimosque Jureconſultos fovere ſciam.* Accipimus quoque præconia, una cum omine, quibus *Melchior Goldaſtus* in ſua Operum Pirckheimeri Dedicatione, Vrbem Noribergenſem proſequutus eſt, ſic Senatum affatus: *Noriberga veſtra, hanc præ cæteris Imperii Rebuspublicis laudem ſibi propriam quodammodo fecit, quod Imperatoribus Comites, Regibus Aſſeſſores, Principibus Conſiliarios, Aulis Equites, Palatiis Milites, & antiquitus produxerit, & nunc producat, & productura cum Deo impoſterum ſit.*

Specialem commemorationem meretur, quod, *Muſices* nemo apud Noribergenſes rudis eſt, quodque hanc ante alpha & beta, aut certa juxta cum literarum elementis, pueri omnes, & plerunque etiam puellæ addiſcunt. Jam *Poëtarum*, qui vix ſinguli in aliis Vrbibus naſcuntur, integra ex utroque ſexu Noribergæ eſt ſocietas. *Florigera*, die Blumen Geſellſchafft / vocatur, cujus membra non domi ſuæ tantum carmina Apollinea lauru digna meditantur, ſed & haud procul ab Vrbe, in *Labyrintho ad Cratonis villam* conventus agunt, ac ingenia ſua ad altas cogitationes exacuunt. Imo, & lanii, texto-

textores,opificesque ſimiles, prout alibi in Germania,ita & Noribergæ, poëſin excolere a ſe haud alienum putant, inita ſocietate, cui der Meiſter-Singer Geſellſchafft nomen, & de qua,hanc de Noriberga Commentationem,excipiet integer libellus.

Hactenus vero,de ingeniis Noribergenſium ad artes mechanicas & ſapientiam doctrinamque penitus effictis,dicta, ſi quis in animo vere perpendat,non mirabitur,illorum mentis ſolertiam, ac intellectus, cum conſilii induſtria conjunctam aciem, pridem in proverbium abiiſſe, ut inter omnes feratur:

Der Venediger Macht/
Der Augſpurger Pracht/
Der Straßburger Geſchütz/
Der Nürnberger Witz/
Der Ulmer Geld/
Seynd ſehr berühmt in aller Welt:

apud Italos vero, Speidelio in Speculo Obſervationum teſte, is ſermo invaluerit,*quod tota Germania cæca ſit, extra Noribergam, uno oculo ſaltem videntem;* ſintque illorum verba, *Li Tedeſchi ſono ciechi, fuora che Norinberga ha un ochio.*

Compellimur credere, etiam *Judæos*, qui quondam Noribergæ habitabant, fuiſſe ante cæteros tribules perſpicacis ingenii & doctrinæ ſingularis. Quippe,in præſens usque tempus,(nec dubium in omne volubile ævum idem hoc duraturum)in eorundem Academiis,quas Polonia frequentes habet, Nürnberger/vocantur difficiliora Gemaræ loca, in quibus, quod prius certum quodamodo erat, fit deinde incertum,& ex mutuo conflictu rationum utrinq; allatarum,tricæ exoriuntur prorſus inextricabiles.Dabimus ex Eruvin c.4. geminum exemplum: Vnum eſt: ג׳ אין רואין פני גיהנם אלו הן דקדוקי עניות וחולי מעיין והרשות ויא״א אף מי שיש לו אשה רעה ואידך אשה רעה מצוה לגרשה ואידך זימנין דכתובתה מרובה אי נמי אית ליה בנים מינה ולא מצי מגרש לה: Id eſt:*Tria hominum genera non manent Gehennæ cruciatus. Eos nimirum, qui cum paupertate conflictantur: qui morbo laborant colico, eosque qui ob contractum æs alienum, a creditoribus exagitantur. Addunt his aliqui illos,qui domi habent uxores ſævas.*(Ain tu hos quoq; in reliquorum cenſum revocandos eſſe? Ecquare igitur)*prioris effati autores* (iſtorum mentionem facere neglexerunt? Factum id)*quia*

bonum opus cenſuerunt, fœminam malam per divortium ex ædibus exturbare. (Dictum probe: quid vero ſic opus erat) *ut ab aliis* (fieret iſtud auctariū?) *Videlicet: interdum ob dotem magnam* (quæ facto divortio reſtituenda ſoret, & cui repræſentandæ maritus impar eſt,) *aut ob ſuſceptos ex conjuge liberos, iſta expulſio effecta dari non poteſt.* Succedit alterum; תא שמע
הני שב שמעתא דאיתמרן בצפרא בשבתא קמיה דרב חסדא
בסורא בהדי פניא בשבתא קמיה דרבא בפומבדיתא מאן
אמרינהו לאו אליהו אמרינהו אלמא אין תחומין למעלה מעשרה
לא דלמא יוסף שידא אמרינהו תא שמע הריני נזיר ביום שבן
דוד בא מותר לשתות יין בשבתות ובימים טובים ואסור לשתות
יין כל ימי החול אי אמרת בשלמא יש תחומין היינו דבשבתות
וימים טובים מותר אלא אי אמרת אין תחומין בשבתות
ובימים טובים אמאי מותר שאני התם דאמר קרא הנה אנכי
שולח לכם את אליהו הנביא וגו׳ והא לא אתא אליהו
מאתמול אי הכי בחול כל יומא ויומא נמי לישתרי דהא לא
אתיא אליהו מאתמול אלא אמרינן לבית דין הנדול אתא
הכא נמי לימא לבית דין הגדול אתא כבר מובטח להם
לישראל שאין אליהו בא לא בערבי שבתות ולא בערבי ימים
טובים מפני הטורח קא סלקא דעתך מדאליהו לא אתא
משיח נמי לא אתי במעלי שבתא לשתרי אליהו לא אתי משיח
אתי דכיון דאתי משיחא הכל עבדין הן לישראל: Id eſt: Adesdum, & audi: Septem illa, (*de quibus conſtat, celebria*) ἀκροάματα, quæ matutinis Sabbati horis R. Chasdæ in Sura, & veſpertinis in Pumbedita propoſita fuerunt, quo magiſtro tradita ſunt? annon Elias (*Propheta*) ea docuit? ut ſic conſtet, in ſupernis regionibus ultra X. cubitos (*a terra elevatos*) nullam terminorum Sabbaticorum (*haberi rationem. Cum enim Sura & Pumbedita Vrbes ſint ſejunctiſſimæ, ſi utramque eodem Sabbato adiit Elias, neceſſe eſt, ſupra nos agentes, ad terminos Sabbaticos ſervandos minime adſtringi:*) aut, an fortaſſe ea Joſephus archidæmon docuit, (*cui nulla cura Sab-*

ra Sabbati, ut ſic mirum non ſit, ſi ſacra illa luce magnum iter confeciſſe deprehendatur.) Adesdum, & audi: (*Scitum eſt Magiſtrorum:*) Ei, qui votum facit ſe Nazirææatu defungi velle ea die qua venturus eſt (*Meſſias*) Davidis filius, fas eſt vino frui quibusque Sabbatis, & quibusque feſtis diebus, haud ullo autem profeſto die vinum potare illi licebit. Jam, ſi quis contendat, in ſuperis regionibus haberi rationem terminorum Sabbaticorum, merito vini uſus in Sabbato & feſtis diebus conceditur, (*nec enim Meſſiæ ultra terminos concedetur egreſſio, atque ſic ſecuri eſſe poſſumus, non venturum illum aliquo Sabbatico aut feſto die.*) At vero, ſi quis aſſerat, (*in ſuperis regionibus*) nullos fixos eſſe Sabbaticos terminos, ecquomodo in Sabbatis & feſtis diebus (*vini potus*) eſſe poteſt permiſſus? (*In medio eſt reſponſio: concedi hunc,*) ob peculiarem, quæ hic intercedit rationem: cum ſcilicet in divinis literis (*ſub Malachiæ vaticiniorum ſinem*) expreſſe dicatur: Ecce ego miſſurus ſum vobis Eliam Prophetam (*antequam veniat dies Domini maximus & reverendus: nempe, ad annunciandum inſtantem Meſſiæ adventum.*) Quod ſi ergo pridie (*Sabbati aut feſti diei*) Elias non venit, (*conſequens eſt, minime affuturum Meſſiam poſtridie. Ain tu hanc rationem valere? ſic vero ego inferam, ei qui votum illud, de quo dictum, Naziræatus concepit,*) licere pariter quovis profeſto die (*vinum haurire,*) eo quod Elias pridie nondum affuit. (*Cave ſis, ſic inſtituas collectionem:*) namque nobis eſt παράδοσις τῶν πρεσβυτέρων, Eliam ſub adventum ſuum illico aditurum Synedrium magnum, (*fortaſſe igitur adventavit heri Elias, & agit adhuc cum Synedrii Magni Senatoribus, ac proinde die profeſto vini uſus eſt omnino vetitus. Quæ ſi ita ſe habent,*) eadem opera (*ſimul inferas, nec vini potionem in Sabbato & feſtis diebus indulgendam eſſe,*) eo quod ſuſpicari licet, (*veniſſe forte pridie Eliam*) & deliberationes ſuas cum Synedrii Magni Senatoribus inſtituere. (*Enimvero, iſtam conjectationem excludit,*) quod pro certo ſcimus, Eliam non venturum neque in Sabbati paraſceve, neque in paraſcevis dierum feſtorum ob Judæorum præparationes (*in diem ſequentem ſacram: has autem veniente Elia intermiſſuri erant, eundo illi obviam cum Sabbati aut diei feſti ſequutura ignominia.*) Quod ſi vero ſic ratiocineris: Quoniam Elias in Sabbati aut diei feſti paraſceve non venit, idcirco nec Meſſias tali aliquo die, (*ne Judæis ſit impedimento in parandis rebus neceſſariis*) adventabit, ac eapropter (*nihil obſtabit illud Nazaræatus votum emiſſum,*) quo minus quis in paraſcevis vino ex ſententia fruatur: (*vehementer falleris*) Scilicet, Elias non ſe præſentem ſiſtet in paraſceve, (*ob cauſam dictam;*) at bene ſe præſentem ſiſtere poteſt Meſſias: namque ſub hujus adventum, actutum omnes homines Iſraëlitis ſervitutem ſervient, (*& illorum loco curabunt res diebus feſtis neceſſarias.*)

De

De reliquo, illud quoque in verbis ſupra allatis, ſic cenſuit Bertius, Noribergæ, *DEUM benignum Mercaturæ unicum in Germania ſedem eſſe voluiſſe.* Etenim, cum Opificibus tota referta ſit, hinc ab iis confecta mercimonia, ubiq; gentium venum circumferuntur. *Atque ſic ipſa*, (Limnæi ex l. 7. Jur. Publ. c. 35. verba noſtra facimus,) *non Europæis modo, ſed pleriſque ſublunaribus, exquiſitas ſubmittit merces, ut proverbium inde natum ſit,* Nürnberger Hand / geht durch alle Land. Primum autem cœptum eſt Mercaturæ bona fide vacare, circa Seculi XIII. initium.

Cæterum, in eo Bertius nobis deſerendus eſt, quando poſt ea, quorum fidem aſſeruimus, voluit, Noribergenſes *Cives, ob vicinorum conſuetudinem, pro quatuor regionibus, quatuor quoq; diverſis linguis uti, Suevica, Francica, Bavarica, Montana.* Scimus eadem a Frolichio part. 2. l. 3. Cynoſuræ peregrinantium prodita eſſe. Vterq; Conradum Celten ſequutus eſſe videtur, qui prior ſcripſerat: *Norібergæ ad quatuor Vrbis portas & plateas, diverſa & varia cives interſe lingua loquuntur: Suevice, Francice, Bavarice, & Montane, prout cum diverſis hoſpitibus linguā corrumpunt & aſſueſcunt.* Nobis tamen diſcrimen illud haud obſervatum, etſi non diffitemur, vulgi dialectum, prælertim in ea Vrbis, quæ a S. Jacobo cognomentum habet, communiter autem die kleine Türckey dicitur, parte, ob ſyllabarum nimias productiones, & vocum depravationem, peregrinis moleſtam & vix intelligibilem evadere, quanquam ea propria eſt & innata loquendi ratio, non aliunde illata.

CAPVT XXII.

De Hilaritatibus & Ludis Noribergenſium; atq; oblata ſic commoditate, de Veterum Judæorum Ludis, quædam obiter afferuntur.

CVris ſuis, & ſeriis negotiis, ceu eos facere æquum eſt, gaudia, & luſiones interponunt Noribergenſes. Atque plebs quidem æſtate, dominicis & feſtis diebus, poſtquam ſacris & pietati operata eſt, in *vicinos Civitati Pagos*, & ſuburbana prædia ſe confert, ac ibi intèr lætos ſermones, peregrinam cereviſiam bibendo, moleſtias ex præteritæ hebdomadis laboribus contractas, ex animo exſpuit. Id vocant, auf das Ländlein gehen: eſtque hæc, qua ſeſe onerant, innoxia hilaritudo. Etenim, quod Conradus Celtes, paulo commotior, & Vrbem, quantum apparet, caput mundi, præcipue increpans ſcripſit: *nullus in Vrbe* (Noriberga) *publicus aut privatus locus patet aleæ, taxillis, potationibus, aut aliis, quæ corrumpere aut depravare mores Vrbis poſſunt, præter eum quem Senatus pro ingenuis ſolum conſtituit, relaxandorum animorum gratia, ne decoctoribus &*

bus & abligurritoribus bonorum ſuorum, occaſio aut irritamentum præberi poſſit: quod in illorum hodie Vrbibus, qui ex religione ſibi cuncta licere putant, tanquam in decus & incrementum Reipublicæ Chriſtianæ, fieri videmus: qui nedum publicas luſorias tabernas, viliſſimis ſcurris Deorumque contemptoribus locant, verum etiam ipſi quæſtum de his, tanquam honeſtum lucrum quærunt & recipiunt. In quibus cerneres ſacris initiatos, & quos nec habitu, verbis & moribus a plebe diſcernere poſſis, in corona ſedere, aleam, pocula, taxillos, pari furore & inſania tractare, execrare, furere & indignari, & quod magis ſtomacheris, in ruborem palloremq; efferveſcere, brachia jactare, ingemiſcere, ſeque ſuamque fortunam & vitam accuſare, dirisq; devovere, iramque & trementia labra, in Deos & homines exaſperare.

Cæterum, Honeſtiores, Noribergæ interdum in *diverſoriis tabernis* circa veſperam conveniunt, & in ſocietates diviſi, de rebus variis colloquuntur. Suus cuique vini cyathus, quod illi pitiſſando ſorbillant, nec fit ad potionem mutua invitatio. Inſtituuntur quoque ſtatis hebdomadæ diebus paſſim in *arte Muſica* exercitationes, quibus ultra modum Noribergenſes capi, ſupra commemoravimus. Sunt præterea *bombardis*, ſunt *arcubus jaculantium ſodalitates.* Atque *priores*, extra Vrbem, coëunt in loco amœno, juxta Cœmeterium Johanniticum, habentque in ſuos uſus ædificium patens, pictis orbibus jaculatoriis, & imaginibus, tum Præſidum rerum militarium, tum eorum, qui præ cæteris inter tribules eminuere, undique refertum. *Sagittarii* in duo dividuntur genera. Quidam enim, iique tenuioris conditionis, in foſſa Vrbis recenti, minore arcu, quem ligneo vecte intendunt, quique Schneppelein vulgo appellatur, ad ſcopum collimant: alii magis inſignes, plurimum in foſſa veteri, in der Herren Schießgraben/ domo ampliſſima, & nuptiarum quoque feſtivitatibus dicata, interdum æſtate ſub tentoriis in Prato Allerio, e majore arcu ſive catapulta, mit dem Armbruſt/ cujus nervus nonniſi ferrea trochlea, mit einer Winde/ adducitur, jacula ad metam deſtinatam emittunt.

Gladiatorii quoque *Ludi*, vehementer incolas delectant, atque etſi eorum uſum, ob incommoda, quæ inde proveniebant, varia, ante hos aliquot annos tollere neceſſe fuit, tamen vix quisquam e vulgo reperitur, & adeo ne puer quidem, qui non alterutri factioni Laniſtarum, quarum una a S. Marco, altera a Penna cognomen habet, der Marxbrüder und Feder-Fechter/ ſaltem animo & voto jungatur. Inſtituuntur interim crebro intra ædes privatas decertationes.

Invaluit conſuetudo, ut poſt æquinoctium vernum, fabrorum ærariorum operarii, *Candelabrum* ingens, candelis ardentibus plenum, per

Vrbem publice circumferant, & candelas poſtea in amnem conjectent, quod indicium eſt, ante brumale æquinoctium, jam non amplius laborare ſeſe velle ad candelæ lumen.

Poſt Pentecoſtes feſtum, Piſcatores quaſi quandam *naumachiam* exercent. Scilicet, in naviculis, quæ remis impelluntur, ſtantes erecti, contis ſeſe mutuo petunt, ac alter alterum in amnem deturbant.

Peragebant etiam quondam varia Opificum genera, *publicas* in foris plateisque majoribus *ſaltationes* ſuas: imprimis vero *Laniis*, Caroli IV. Imperatoris privilegio, ob fidem Senatui Vrbis adverſus ſeditioſos cives egregie præſtitam, id tributum eſt, ut iis larvatis incedere, aut aliis poteſtatem ſuo nomine ſic divagandi facere liceret. Chronici libri MSS. iſtarum bacchationum peractarum ſemper ſedulam injiciunt mentionem, vocantque, das Schenbart lauffen. Sed ſuperiorum temporum calamitates, harum rerum ceſſationes indixerunt. Tum vero viſum eſt, non convenire ſatis modeſtiæ incolarum, & publicæ tranquillitati, cum iſtis ceritorum per Vrbem discurſitationibus, quomodo a Senatu quoque Romano, ceu apud Val. Maximum l. 1. cap. 3. legitur, *Bacchanaliorum ſacrorum mos novus inſtitutus, cum ad pernicioſam veſaniam iretur, ſublatus eſt*. Id nunc Lanii quandoq; inſtituunt, ut *Farcimen* ingens, herbis & floribus ornatum, longiſſimæque perticæ circumpoſitum, ſudibus perticæ ſubjectis, per compita, inter tympanorum & tubarum ſonitus tripudiantes circumferant, fitque farciminis deinde inter amicos diviſio. Poſtrema vice A. 1658. iſta facta eſt circumgeſtatio, & ut perennaret memoria, æri inciſa fuit ceremonia, addita inſcriptione, quæ de longitudine & pondere farciminis certiores nos reddit: ſic enim concipitur: Eigentliche Abbildung der langen Brattwurſt / welche von den Knechten des Metzger-Handwercks den 8. und 9. Februarii dieſes ablauffenden 1658. Jahrs iſt in der Statt von ihren XII. herumgetragen worden / und war ihre Länge 600. und 58. Elen / hat an Gewicht gehabt 500. und 14. Pfund: die Stangen daran ſie iſt getragen worden / war 49. Schue lang. Die Wurſt war oben mit grün beſteckt; die Träger hatten in der lincken Hand Gabeln / damit ſie ruhen konten. Subjiciuntur figuræ huic, nomina omnium tum viventium laniorum magiſtrorum, qui erant XCV. numero. His accedebant Viduæ quinque.

Vt menſuram Capitis impleamus, ſubjiciemus quædam *de Veterum Judæorum ludis*, argumento, quod nemo alius, quantum equidem

per-

perſpectum habeo, tractandum ſibi ſumſit, & ad quod ſolicitandum, nec ego ſane animum appuliſſem, niſi aliena voluntas & mandatum me huc adegiſſent. Illuſtris Cuperus Anno 1694. jam adulto, ad me ſcripſerat:

Cum hiſtoriam veterem & recentem pervolvo, atque adeo hominum mores & vivendi rationem mihi noto, animadverti, omnes fere gentes ſeſe ludis quibusdam animi exhilarandi, & fallendi temporis gratia exhilaraſſe. Sed tamen nondum didici, Judæis ejusmodi avocamenta fuiſſe in uſu: teque rogo vehementem in modum, ut me, quod commodo fiat, docere velis, quid ea de re ſtatuendum ſit, & num aliquis eruditorum, hanc materiam, S. literarum, atq; adeo Rabbinorum ope elucidaverit. Summa tua, Wagenſeili, eruditio facit, ut hoc petere animum induxerim. Quod ſi tibi moleſtus ſum, in illam, non in me, culpam omnem rejice. Et certe, nemo te melius hanc ſpartam exornare poterit, quippe cui nihil latea: earum rerum, quæ inſervire poſſunt hiſtoriæ Judaicæ illuſtrandæ. Quin etiam perſuaſum habeo, in veteri Fœdere occurſuras nobis ſubinde loquendi formulas, a ludis deſumptas, ſi modo Judæi illis operam dederint; quomodo in N. Fœdere videmus frequenter Apoſtolos facere, quia gentibus, ad quas ſcribebant ejusmodi loquendi genera & ludi erant in uſu. Neque tantum quæro de ſtadiis, curſu, lucta; ſed & aliis etiam ludis, ut calculorum, talorum, ſaltationibusque, quos, quoad Græciam, libello complexus eſt Johannes Meurſius. Vale plurimum.

Tum occupationes meæ, tum cauſæ aliæ effecere, ut nihil his literis reſcripſerim, petitionemque Viri Summi effugerim declinatione. Revocat igitur ille, anno ſequenti, ſuam efflagitationem, ac inſtat:

Quas ad te, Vir Præſtantiſſime, anno proxime elapſo dedi literas, ſpero recte curatas eſſe. Sed cum nondum iis reſponderis, id quod cæteroquin diligentiſſime facere ſolebas, perſuaſus ſum, te imerſum eſſe ſtudiis, vel valetudine uti minus proſpera. Atq; uti omne malũ a te votis & precibus amoveo, ita veniam dabis, ſi, ut nunc eſt, occupationis tuæ non habeam rationem, ſed iterum te interpellem, inquiramque qui valeas, aut cui operi doctas manus admoveris. Cum enim revera πολυμαθὴς, *& optimo jure Philologus ſis, & ipſe non modo ex libris, verum etiam ex epiſtolis eruditiſſimis perſpexerim, nihil fere tibi latere, dubitare nullus poſſum, quin Muſis operam diligentem des, & perficias opera, quæ magno numero adfecta habes & inchoata. Quæſiveram tunc de ludis & oblectationibus Hebræorum, & an aliqua eorum in Sacris Codicibus exſtarent veſtigia; & nuper ad me miſſi fuerunt libri duo de Ludis Orientalium, quorum primus inſcribitur Mandragoras vel Hiſtoria Scachiludii, alter, Hiſtoria Nerdiludii, hoc eſt, Trunculorum, cum quibusdam aliis Arabum, Perſarum, Indorum, Chinenſium, & aliarum gentium ludis, tam politicis, quam bellicis, autore Thoma Hyde, qui etiam vulgavit & illuſtravit Itinera Mundi Abrahami Peritzol. Ex hoc libro cognovi, de*

ludo Scachorum egiſſe Rabbinos, illumque referri a nonnullis ad tempora Moſis, & iisdem aleæ ludum damnari. Sed uti hinc non evincitur, num veteribus hi ludi fuerint Judæis in uſu, ita de aliis ludis vel oblectamentis, ſive virorum, ſive fœminarum, ſive puerorum illius gentis nihil monet, & necdum, quod ſciam, inveſtigatum a quoquam eſt, num aliquæ loquendi formulæ in Veteri Fœdere, ab aliquo ludorum genere fuerint deductæ. Eſt autem liber ille, ſi forte ad te delatus non eſt, plenus eruditione; indeque patet, latrunculorum ludum nihil cum Scachis habere commune, id quod cæteroquin ſtatuebant Salmaſius, Meurſius, aliique, & latrunculorum ludum illum eſſe, quem nos Dammen *vocamus, promittitque eruditiſſimus Autor, ſe alio tempore editurum Appendicem, in quo erit Hiſtoria Chartiludii, Hiſtoria Culilæ & Dimnæ, & Tractatus de ludis Arithmeticis.*

Sic denique excitatus ego, miſi citra ampliorem dilationem reſponſum:

Ingenue agnoſco, Cupere Illuſtris, jampridem redditas mihi literas tuas, quibus id exigebas, ut certiorem te redderem, num aliqua de Judæorum Ludis obſervaverim: quin & id quoque confiteor, nullum me miſiſſe reſponſum: quam meam ſocordiam ne graviter nimis feras, majorem in modum precibus a te contendo. Nimirum & cauſa ſuberat, & nonnihil mecum ſtomachabar, veritus ne in nos illudas, quod ea abs me quæris, ad quæ meliora longe, ii, quibus veſtræ, magnorum ingeniorum feraces regiones, abundant Eruditi, ego quam valeo, reſpondere poſſunt. Tum vero fando acceperam, Thomam Hyde, præclaræ, omnigenæque doctrinæ Virum, quemque nihil horum latet, ſub prælo habere opus inſigne de Orientalium Ludis, in quorum cenſum etiam Judæorum Ludos relatum iri, minime ambigebam. Cæterum, quia tu nunc iteras mandatum, omnino mos gerendus fuit, vel cum periculo quantulæcunque exiſtimationis meæ: malim enim indocti, quam inobedientis nomen apud te mereri. Quamobrem, quæ in manibus habebam a me ſegregans, & inceptos labores ocyus auferre jubens, ſine mora, ut quædam de propoſito argumento in mentem mihi veniebant, tumultuarie conjeci in chartam. Tu, Vir Ampliſſime, *fac, obſecro, mutuum, & ſi minus doctrina exſpectationi tuæ ſatisfacio, ſaltem meum proba obſequium. Licuiſſet fortaſſe plura afferre, ſi abſq; feſtinatione fuiſſet: interim ea etiam quæ ſcripſi, & ad quæ digitum intendo, ultro alia indagandi ſuppeditabunt occaſionem.*

Sequuntur nunc de Judæorum Ludis miſcellanea quædam, ſine ordine & ſine magna cura, ſic congeſta.

Adulti apud Judæos, interdum ludebant cum *Avibus* cicuratis, aut cavea concluſis: Infantibus, aviculæ funiculis vinctæ tradebantur in manus, aut collis illorum circumligabantur, ut & evolandi poteſtatem

his

his facere,& easdem ad ſe trahere poſſent. Facit gemini luſus mentionem ipſe Deus Jobi XL.24: התשחק בו כצפור ותקשרנו לנערותיך Vetus Interpres locum incommode expreſſit : *Numquid illudes ei, quaſi avi, aut ligabis eum ancillis tuis?* magis accommode ad ſenſum LXX. liberius tamen, ſupplendo vocem,& pro plurativo, unitatis numerum ſubſtituentes : Παίξῃ δὲ ἐν αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ; ἢ δήσεις αὐτὸν ὥσπερ στρουθίον παιδίῳ. Origenes, in Nicetæ Catena Græcorum Patrum in Jobum, unum tantum, nempe puellare, ludendi genus obſervavit, ſed quod probe expoſuit : Ὥσπερ στρουθίον παραδέδοται παιδίῳ, μὴ δὲ βλάψαι τὸ παιδίον δυνάμενον, ὅτι καὶ δεδεμένον, αὐτὸ ἄγει ὅπουγε βούλεται τὸ παιδίον, καὶ περιφέρει. De utroque R. Salomo in Gloſſa : אם תשחק ותטייל בו כאילו הוא צפור קטן : ואם תקשרנו לצוארי נעריך הקטנים שיטייל בו כצפרים שנותנין לתינוקות לטייל ולפייסו: Mallem, in iſtis, pro שיטייל legere שיטיילו & pro ולפייסו ſubſtituere לפייסם Senſus verborum eſt : *Num ludes aut oblectabis tecum eo, quaſi cum parva avi? & num alligare eum potes collis parvulorum puerorum tuorum, ut cum eo ludant? nam ſic tradi ſolent aviculæ pueris, ad eos exhilarandos, & placandos* (cum plorant.)

Maimonides, in More Nevuchim parte 3. cap. 25. tanquam Ludos ſanitatem corporis promoventes להתמיד הבריאות commemorat שחוק בכדור ההתאבקות ומשיכת הידים *Luſum pilæ, Luctationem, Pugilationem item.* Occurrit horum Ludorum mentio in Sacris Literis, & *Pilæ* quidem Eſaiæ XXII. 18. inter ſermones de Sohan Præfecto templi : צנוף יצנפך רחבת ידים צנפה כדור אל ארץ: In verborum horum expreſſione, multum a ſe invicem diſſentiunt Interpretes, nec juvat in præſentia illorum verſiones examinare. Adſcribo Junianam : *Egregie volutabit te volutatione, ut pilam in regionem amplam ſpatiis.* Omnino favet inſtituto noſtro, quod R. Salomo annotavit : רבותינו פירשו לשון כדור שקורין פלוטא בלעז שזורקין אותו ומקבלין מיד ליד: i. e. *Magiſtri noſtri exponunt vocem* כדור (de luſu) *quem in vulgari* (Gallica) *lingua appellamus* peloter, *cum pilam e manu in manum jactant, recipiuntque.* Apud Abarbenelem legitur : וכן דרשו בויקרא רבה מה כדור זה מתלקט מיד ליד ואינו נופל לארץ כך הוא:

 In Va-

In Vajikra Rabba talis habetur expoſitio : Sicut pila e manu in manum jactatur, nec in terram cadit, ſic de eo res ſeſe habebit.

De *Lucta*, & *Pugilatione* ſic eſt 2. Sam. II. 14. ויאמר אבנר אל יואב יקומו נא הנערים וישחקו לפנינו ויאמר יואב יקמו: *Dicebat Abner Joabo : Surgant jam pueri iſti, ut ludant coram nobis : & dixit Joab, ſurgant.* Kimchius recte cenſuit, id dixiſſe Abnerum : דרך שחוק יחגרו אלה עם אלה בחרבותיהם ונראה מי ידע מדרכי המלחמה יותר: *Per jocum gladiis ſuis dimicanto alii cum aliis, ut videamus, ecqui in arte militari magis ſint exercitati.* Abarbenel, pro verbis poſtremis, (nam priora apud illum eadem ſunt) maluit ſenſu eodem dicere, aptius quodammodo : ונראה אי מאלה יותר מלומד מלחמה, Collapſa Judæorum Republica, perfidus Jaſon, adeo ὅπὶ τὸν ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τὺς ὁμοφύλυς μετῆγε, & *Ludos Olympicos ac Gladiatorios*, quales apud Gentiles erant, Hieroſolymis inſtituit, 2. Maccab. IV. 9. 12. 14.

Ludorum Scenicorum uſus apud Judæos fuit antiquiſſimus, ac iis, niſi fallor, debet originem. Jobi enim liber, qui Moſis, atque ſic Gentilium quoque omnium ſcripta, ætate anteire creditur, veriſſimam dramatis ſpeciem præbet, in quo Protaſis, Epitaſis, & Cataſtrophe, ac plane uti in fabulis, quaſi *auleo*, ut Phædri verbis id dicam, *miſſo, devolutis tonitrubus Dii loquuntur more translatitio.* Extat *Ezechielis* Poëtæ Judæi, quem Sixtus Senenſis 40. añis ante Chriſtum claruiſſe opinatus eſt, Ἐξαγωγὴ, ſive, *de Liberatione Hebræorum ex Ægypto Comœdia*, cujus Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. & Euſebius lib. 1. de Præp. Evang. meminerunt. Atque, quod obiter addo, etiamnum Judæi, apud nos, in Hilariis Purim, Ahasveri & Eſtheris hiſtoriam more comico repræſentant, vocantque das Achasverus-Spiel.

Fidibus ludere, nulli unquam genti magis familiare fuit quam Judæis, atque omnis ætatis, utriusque ſexus homines, arte Muſica ſeſe oblectabant. *De Pueris & Puellis* fidem facit Zacharias cap. VIII, 5. ורחבות העיר ימלאו ילדים וילדות משחקים ברחבתיה: Id LXX. verterunt: Καὶ αἱ πλατεῖαι τῆς πόλεως πλησθήσονται παιδαρίων καὶ κορασίων παιζόντων ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς. Ludi genus indicat Jonathan Chaldæus; transferens : ורחובי קרתא ירושלם יתמלון עלמין ועלמן משבחין בפתהא: *Et plateæ Civitatis Jeruſalem*

lem repleʼuntur pueris & puellis cantantibus in locis ejus ſpatioſis. Pertinet huc Chriſti apud Matthæum XI. 16, 17. dictum : Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην ; ὁμοία ἐςὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. *Donatus Calvi* Bergomas edidit librum, Venetiis A. 1677. excuſum, cujus titulus *Proprinomio Evangelico, ouero Evangeliche Reſolutioni.* Mirum eſt opuſculum, cujus Autor id agit, ut nobis ea propria nomina revelet, quæ Sancti Evangeliſtæ ſilentio involverunt. Eſt in eo Reſolutionis XXV. ἐπιγραφή : *Qual foſſe quel giuoco, ch'uſavano i fanciulli Ebrei à tempi di Chriſto, di cui in San Matteo all' 11. Similis eſt pueris ſedentibus in foro &c.* atque ſic quæritur, ecquis fuerit ille luſus inter pueros Judæorum Chriſti ævo receptus, cujus Matthæi XI. 17. fit mentio. Pro reſponſo ea tantum affert Autor, quæ in hanc rem apud Lyranum, Toſtatum & Dionyſium Carthuſianum leguntur : Johannes Vorſtius quoque in Diatriba de Adagiis Novi Teſtamenti c. 11. de illo Matthæi loco diſquirit : ſed quibus omnibus utique præfero, quod de duplicibus tibiis eſt apud Buxtorfium in Lexico Talmudico voce חליל qui conſulendus. *Fœminas* Judæorum, arti Muſicæ ſe ſedulo dediſſe, teſtimonium præbent Ex. XV. 20. 21. Jud. V, 1. c. XI. 34. 1. Sam. XVIII. 5. 6. Jerem. XXXI. 4. De *Viris* vero hoc nobis confirmant Ex. XXXII. 6. 1. Cor. X. 7. 2. Sam. VI. 5. 1. Chron. XII. 8 c. XIV. 16. ſeq. cap. XV. 28. Job. XXI. 12. Hinc jure bono Judæorum Poëta Immanuel, in Mechabberot, & ibi in magno Carmine, quod alternatim ex quæſtionibus & reſponſionibus componitur :

מה אומרת חכמת הנגון אל הנוצרים :
גנוב גונבתי מארץ העברים :

Quid dicit ars Muſica apud Chriſtianos?
Plane furto ſubducta ſum e terra Hebræorum.

Saltationem, fuiſſe inter præcipua Judæorum oblectamenta, manifeſtum fit ex locis 2. Sam. VI. 14. 16. 1. Chron. XV. 29. Eccleſ. III. 4. Job. XXI. 11. Malach. XIV. 6. In Gemara Ketuvot fol. 17. a. legas : אמרו עליו על רבי יהודה בר אלעאי שהיה נוטל בד של הדס ומרקד לפני הכלה ואומר כלה נאה וחסודה רב שמואל בר רב יצחק מרקד אתלת: *De R. Juda Elai filio proditum eſt,*

eſt, illum (in nuptiali feſtivitate,) *ſumto myrti ramo, ſaltaſſe ante Sponſam, exclamando* : (Euge!) *pulchra eſt Sponſa noſtra, & gratioſa. R. Samuel filius R. Iſaaci, tribus ſaltationem peragebat.* Poſtremorum verborum obſcuritatem illuſtraturus R. Salomo, ait: שלשה בדין זורק א׳ ומקבל א׳ *Tribus ramis* (ita ludebat,) *ut uno jactato, alterum manu captaret.* De hoc ludi genere mox plura afferentur. Poſt pauca alia interjecta, ſequitur in Gemara: רב אחא מרכיב לה אכתפיה מרקד *R. Acha* (in hilariis nuptialibus) *Sponſam in humeros ſuſtollens, ita tripudiabat.*

Schacchiæ Ludi, qui noſtris Judæis, ignota mihi quadantenus appellatione, *Schach-tschovel* dicitur, inventorem, illi homines prædicant Salomonem Regem, & memini vidiſſe me Senis in Hetruria apud Synagogæ Præſidem Rabbinum, librum Hebraicum MS. in quo argumenta quædam afferebantur huic opinioni confirmandæ, tum vero ſimul tota ratio illius ludi prolixe exponebatur. Eſt etiam de hoc ludo in libro Coſri pag. 379. Buxtorfianæ editionis.

Ex Gemara Ketuvot fol. 61, b. manifeſtum fit, luſiſſe Matronas apud Judæos בגורייתא קיטנייתא ונדרשיר in quibus, Amſtelodamenſis editio, quæ ſola mihi ad manus נדרשיר vitioſe habet pro נרדשיר ceu probe eſt apud Buxtorfium in Lexico Talmudico col. 1397. ubi tamen קיסנייטא male pro קיטנייתא ſe offert. Gemaræ verba ſic exponit Commentator: בכלבים דקים ובשחוק שקורין אישקקיש *Ludebant cum Catellis minutis, ludoque, qui Schaccus appellatur.*

Perſonatæ interdum incedebant Virgines Iſraëliticæ, præ lætitia. Miſchna Taanit id docet verbis poſtremis, ac confirmat inſuper illarum ſaltandi cantandique ſtudium. אמר רשבג לא היו ימים טובים לישראל כחמשה עשר באב וביום הכפורים שבהן בנות ירושלם יוצאות בכלי לבן שאולין שלא לבייש את מי שאין לו כל הכלים טעונין טבילה ובנות ירושלם יוצאות וחולות בכרמים ומה היו אומרות בחור שא נא עיניך וראה מה אתה בורר לך אל תתן עיניך בנוי תן עיניך במשפחה שקר החן והבל היופי אשה יראת ה׳ היא תתהלל ואומר תנו לה מפרי ידיה ויהללוה בשערים מעשיה: *R. Simeonis Gamalielis filii dictum fertur: Nulli magis læti*

læti dies illuxere iſraëlitis, quam XIV. menſis Ab, dieſq; Expiationis. In his Virgines Hieroſolymorum prodibant amictæ veſtimentis candidis, quæ commodato petebant,(quod ideo fiebat, ne egenas)*veſtibusq; deſtitutas puderet. Non licebat autem veſtibus illis uti, niſi prius lotis,*(ne forte τὰ ἐμμήνια paſſa eas adhibuerit.)*Exibant deinde Hieroſolymitanæ hæ Virgines, & ſaltabant in vineis. Ecquid illæ canebant?* (Tale pſallebant melos : Adoleſcens proce:) *Tolle ſodes oculos tuos, & diſpice, quam tibi eligas. Noli nimius venuſtatis ſpectator eſſe, quin potius familiam contemplare.* (Regum ſapientiſſimi Salomonis verba ſunt, ſub finem Eccleſiaſtæ:) *Fallax eſt oris gratia, & vana pulchritudo: mulier, reverentia Domini prædita, laudem meretur. Et addit: Date ei de fructu manuum ejus, & celebrabunt eam in portis opera ejus.* Gemara, illud de veſtibus commodato acceptis ſic explicat: בת מלך שואלת מבת כהן גדול בת כהן גדול מבת סגן ובת סגן מבת משוח מלחמה ובת משוח מלחמה מבת כהן הדיוט וכל ישראל שואלין זה מזה כדי שלא יתביישו את מי שאין לו: *Filia Regis commodato petebat veſtes a filia Pontificis; Pontificis filia, a filia Antiſtitis; hæc, a filia ſacerdotis uncti in bellum; hujus filia, a genita Sacerdote gregario; Iſraelitarum filiæ commodato veſtes accipiebant a ſeſe invicem, ne paupertinæ pudore ſuffunderentur.*

Non negligendus mihi locus Pſ. LXVIII, 26. קדמו שרים אחר נוגנים בתוך עלמות תופפות: quod recentior Interpres vertit: *Præcedebant cantores, poſt fidicines, inter puellas tympana pulſantes.* Martinus del Rio parte 2. Adagiorum ſacrorum adagio 276. circa hæc annotat, Davidem Kimchium ſcripſiſſe, in feſtis & lætitia publica choros Judæorum ſic ſolemni ritu fuiſſe inſtitutos, ut primo loco inter virgines ſaltarent ad citharam vel tympanum principes; deinde ſequerentur ſeorſim aliæ mulieres, poſtea cantores & reliqua turba. Non fit mihi veriſimile uſpiam ſcripſiſſe Kimchium quod ei tribuitur. Etenim ſi id ab eo factum, hunc locum Pſalmi utique habuiſſet in animo, in quo tamen nulla Principum, prout LXX. & Vulgatus verbum שרים perperam interpretati ſunt, fit mentio, primam literam pro elemento *Sin* accipientes, quæ tamen *Schin* eſt, & *Cantores* ſignificat; ut idem illi Interpretes fecerint, quod Ephraimitas quondam factitaſſe Judicum XII.6. legitur. Ad locum autem allegatum Kimchius commentatus eſt: קדמו המשוררים שהיו בישראל לשורר בפה ואחריהם הנוגנים בכלי ובתוכם העלמות תופפות או השרים והנוגנים בתוך עלמות תופפות ופי׳ תופפות מכות בתוף אשר בידם

כי דרך הנשים בתוף: *Præcedebant Cantores Iſraëlitarum, ore pſallendo; poſt illos incedebant ludentes inſtrumentis muſicis, quibus immixtæ erant virgines tympaniſtriæ. Aut, forſitan cantores, æque ac inſtrumentis ludentes, miſcebantur cum virginibus tympaniſtriis. Verbum autem* תופפות *notat, pulſaſſe Virgines tympana, quæ habebant in manibus: fœminæ enim tympanis ſeſe oblectare conſueverunt.*

In Zachariæ vaticiniis cap. XII. 3. ſcriptum eſt: והיה ביום ההוא אשים את ירושלם אבן מעמסה לכל העמים כל עמסיה שרוט ישרטו: Id Vulgatus Interpres Latine expreſſit: *Et erit: in die illa ponam Jeruſalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui levabunt eam, conciſione lacerabuntur.* Ad hunc locum monuit S. Hieronymus, fuiſſe morem veterem in urbibus Palæſtinæ, ad ſua usque tempora per omnem Judæam ſervatum, ut in viculis, oppidis, & caſtellis, rotundi ponantur lapides, graviſſimi ponderis, ad quos juvenes exercere ſe ſoleant, & eos pro varietate virium ſublevare, atque alios ad genua, alios ad umbilicum, alios ad humeros & caput, nonnullos ſuper verticem, rectis junctisque manibus, magnitudinem virium demonſtrando, pondus extollere. Addit inſuper, in arce Athenienſium juxta ſimulacrum Minervæ vidiſſe ſe ſphæram æneam graviſſimi ponderis, quam, pro imbecillitate corpuſculi, movere vix potuerit. Cum quæreret, quidnam ſibi vellet? reſponſum eſſe ab urbis ejus cultoribus, athletarum in illa maſſa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quenquam deſcendere, quam ex levatione ponderis ſciatur, quis cui debeat comparari. Vult ergo ſenſum verborum Prophetæ hunc eſſe: Ponam Hieruſalem cunctis gentibus, quaſi graviſſimum lapidem ſublevandum. Levabunt quidem eam & pro virium varietate vaſtabunt: ſed neceſſe eſt, ut dum levatur, in ipſo nixu & elevatione ponderis, graviſſimus lapis ſciſſuram aliquam vel raſuram in levantium corporibus derelinquat.

Venationem Ferarum, & Avium, Piſciumq; capturam, uti reliquis gentibus omnibus, ita Judæis etiam uſui & oblectamento fuiſſe, nemini dubium eſſe poteſt, & præter ea, quæ de Eſavo Geneſ. XXV. 28. & cap. XXVII. 3. 31 ſcripta ſunt, id probant quoque loca Levit. XVII. 13. Jerem. XVI. 16. Thren. III. 52. Atque hic, prout me facere par eſt, gratiſſimus agnoſco, didiciſſe me a te, VIR AMPLISSIME, genus aliquod venationis Judaicæ, æque mihi, ac aliis, prius ignoratum.

[Vt iſtis poſtremis dictis ſenſus ratioque conſtent, & horum Lectores, quod eos nimis velle minime dubito, ſimiliter ut ego erudiantur, haud gravabor, quæ *Flos Virorum* mecum per literas communicavit, huc afferre in medium. Sic ergo ille: *Patere ut quæram, quid ſentias de v. 17. & 18. cap.*

18.cap 24.*Jeſaiæ*. Φόβος καὶ βόθυνος καὶ παγὶς ἐφ᾽ ὑμᾶς τοὺς ἐνοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἔσαι, ὁ φεύγων τὸν φόβον ἐμπεσεῖται εἰς τὸν βόθυνον, καὶ ὁ ἐκβαίνων ἐκ τοῦ βοθύνου, ἁλώσεται ὑπὸ τῆς παγίδος. *Verſionis vulgatæ Auctor hæc reddidit :* Formido, & Fovea, & Laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. Et erit, qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam: & qui ſe explicaverit de fovea, tenebitur laqueo. *Belgæ*, de vreeſe en de Kuyl. *Galli*, La terreur &c. *Interpretes, quos conſului, loquuntur de Metu, & nemini, quod equidem ſciam, venit in mentem, eſſe loquendi rationem, a venatione ferarum deſumtam. Latini,* formidinem, *& Galli hodie,* un epouvantaill, *vocant lineam verſicoloribus plumis pinnisq; avium diſtinctam, qua utuntur venatores ad fallendas & capiendas feras, uti conſtat ex Sen. 1. de Ira cap. 12. Ovid. lib. de rem. Amor. 204. Apul. in Apol. aliisq;. Cum igitur Propheta faciat mentionem* Foveæ, Laquei, *putabam, etiam primam vocem ad rem venatoriam pertinere, & per* φόβον *intelligi debere lineam illam, quam Latini, a re, vocarunt* formidinem *&* metum. *Quod ſi vox Hebraica ita etiam debeat explicari, LXX. Interpretes reddiderunt non absq; ratione* φόβον, *quanquam ignorem utiq; num Græci profani ita loquuti ſint. A ratione certe non eſt alienum.* Nam *Oppianus etiam lib. 4.* Κυνη. *v. 386. dicit* πολύχροα δείματα θηρῶν. *verſ. 403.* δεῖμα πολύχροον, *& 4. Halieut. 590.* κενὸν φόβον. *Quin etiam idem Oppianus 1.* Κυν. *159. jungit* formidinem, *&* εὔπλεκτον ποδάγρην, *vel* laqueos; *& tria Prophetæ memorat Manilius lib. 5.*

> —— —— —— —— Ducuntur & ipſi
> Retibus, & claudunt campos formidine mortis,
> Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces,
> Currentesque feras pedicarum compede nectunt.

Vox autem formidinis, *mihi eſt ſtrepitus, qui ex concuſſis illis pennis oritur. Nam id fieri ſolere, patet ex eodem Oppiano lib. 4. v. 403.* ὀφρύα μηρίνθοιο σευόμενοι, *& ventus etiam pinnas avium concutere, & ita illæ ſonitum edere ſolent: eſtque ſimilis plane loquendi ratio Jerem. 48. v. 43. & Thren 3, 47. Belgæ vertunt,* de vreeſe en de Kuyl zyn over ons : LXX. φόβος καὶ βόθυνος. *Vulgatus vero,* formido & laqueus. *Sed tu hæc optime illuſtrabis, & docebis, num quid veri conjecturæ meæ inſit.*]

Ex *Arcu emiſſis ſagittis* ſcopum petiiſſe Judæos, aut hoc genere exercitationis, lacertorum toros intendendo, profeciſſe ad robur, quod de Jonathane 2. Sam. XX. 20. ſeqq. narratur, fidem facit. Ne vero tantum vires ſagittando periclitantibus, tela perirent, aut quibus puer deerat,

erat, niſi in altum fieret projectio, magna cum moleſtia e locis longinquis repetenda eſſent, fortaſſe jam olim ea obtinebat conſuetudo, quam inter Turcas receptam eſſe, nobis narrant, qui eorum regiones peragrarunt. Faciunt illi per oppida ex udo & molli luto terreos parietes, quos nunquam indurari ſinunt, ſed ſingulis diebus rigant. In hos in propinquo conſtituti ſagittarii, ſagittas paulo breviores ex arcu ita figunt, ut eos trajiciant, vicitque, qui magis murum penetraſſe deprehenditur.

Ludus inſolens, quem ludere ſolebat R. Simeon, Gamaliel's filius, his verbis deſcribitur in Succa c. 5. f. 53. edit. Amſtelod. היה נוטל שמונה אבוקות של אור וזורק אחת ואין נוגעות זו בזו ובשהוא משתחוה נועץ שני גודליו בארץ ושוחה ונשק הריצפה וזוקף ואין כל בריה יכולה לעשות כן: Rectius multa legit Autor libri En Jacob in ſuo exemplari: nam ille fol. 118, col. 3. ſic locum nobis repræſentat: היה נוטל ח׳ אבוקות של אור בידו אחד וזורקן בלפי מעלה וזרק אחת ומקבל אחת ואין אחת מהן נוגעת בחברתה ובשהוא משתחוה נועץ ב׳ גודליו בארץ ושוחה ונושק את הרצפה וזוקף מה שאין כל בריה יכולה לעשות כן: *Prebendebat octo faces ardentes manu ſua, easque jactabat in altum, unam ſemper projiciens, & alteram ad ſe receptans, neque ullius unquam cum altera erat tactio. Cum ſeſe* (in ſacris ceremoniis) *inclinaret, infigebat ambus pedum pollices ſolo, atque ſic prono corpore pavimentum oſculabatur, & rurſus ſeſe erigebat: qua in ſolertia, neminem mortalium habuit imitatorem.* Multa alia præterea leguntur in illo Gemaræ capite, quæ ad ludos Judæorum, & feſtivitates attinent.

Maimonides in Hilchot Geſela Vaaveda c. 3. varios Judæorum ludos indicat, uti primo המשחקים בקוביא eorum, *qui teſſeris colludunt*: deinde המשחקים בבהמה או בחיה או בעופות ועושים תנאי שכל שתנצח בהמתו או תרוץ יותר יקח מחבירו כך וכך: *Colludentium cum animante manſueto, fera, aut avibus, & pactiones inter ſe ineuntium, quod is, cujus animans* (pugnando cætera) *vicerit, aut curſu anteverterit, tantum a ſocio accipere debeat.*

Ex Gemara Sanhedrin fol. 24. b. & Moſis Kozenſis libro Præceptorum magno, & quidem præcepto negante CCXIV. apparet, fuiſſe ali-

quos

quos inter Judæos, שלא היה להם אומנות אחרת אלא שחוק בקוביא: *qui nulli alii operi intenti erant, quam ludo teſſerarum.* Credat quis, hinc provenire morem antiquiſſimum, triadem teſſerarum, einen Paſch Würffel / a Judæis in Germania extorquendi, & magis fortaſſe quibusdam ſe probabit hæc conjectura, quam alia, a me in Hiſtoria univerſali in medium prolata.

Facit quoque Kozenſis, loco jam allegato, mentionem ludentium בקלפים אגוזים ורמונים *foliis chartaceis, nucibus & malo-granatis.*

Elegantia ſunt, quæ Buxtorfius, de luſu, in Lexico Talmudico ad vocem קלף ex libello סור מרע affert. Eum *Fridericus Albertus Chriſtiani*, ex Judæo proſelytus Chriſtianus, qui, cum hactenus in fama & exiſtimatione apud nos fuiſſet, nuperrime turpi deſertione Chriſtiana ſigna iterum deſeruit, ante annos aliquot cum Germanica verſione Lipſiæ evulgavit.

Addo denique, valiturum pro diſquiſitionis hujus auctario. *Balthaſar Bonifacius* in Hiſtoria Ludicra lib. 20. c. 6. mentionem facit ludi, qui pueris Italorum *Judæo cremnos* vocetur, atque de eo commentatur ſequentia: *Pius quidam vir, cum impiis Judæis navigans, ſervaturus navem, quæ alioqui obruenda foret, qua XV. Orthodoxi, ac totidem Judaicæ ſuperſtitionis vectores ferebantur, urgente procella anxius & ſollicitus cogitabat. Vtque erat arithmetices peritiſſimus, obſervabat, quo illi ordine in carina ſedentes promiſcue, uti caſus tulerat, tertiati eſſent. Supputavit igitur tacite, quo quisque numero futurus foret. Inita ergo pactione communi conſenſu, ut in quemcunq; ſors incidiſſet, is mergeretur, juſſit ut per gyrum numerator circumeundo, nonum quemque in æquor ejiceret. Incipiens ille, quaſi melioris auſpicii cauſa, a dextro ſeſſionis latere, ubi aliquot erant orthodoxi, digniore ibi loco honoris gratia collocati, progreſſurus deinde in lævum, & circulum repetiturus, donec cymba ſatis levata gubernatori videretur, nonum in unaquaque numeratione, quæ ab enneade in enneadem ferebatur, ſemper Judæum comperiebat, eosque ſingulos ad necem deſignabat, ſalvis omnibus melioris religionis cultoribus. Hic nunc ludus a pueris luditur, vocaturque* Judæo cremnos, *diſpoſitis in alveolo teſſeris, eo maxime ordine; qui verſiculi hujus vocalibus literis indicatur;*

pOpVlEAm vIrgAm mAtEr rEgInA tEnEbAt.

tot albis calculis priore loco diſpoſitis, quoto gradu Vocalis eſt inter alias. Nam, quia quarta vocalium eſt O, quatuor candidi calculi, primam ſibi vendicant ſedem. Quia vero quinta eſt V, quinque atros calculos locus excipit ſecundus.

Cumque E. ſecundo ſit in loco, duæ albæ teſſeræ tertium ſibi locum vindicabunt, usque dum alternantes albæ cum nigris, cunctas verſiculi vocales expleverint. Et hoc quidem jocoſum Judæorum præcipitium pueri colludunt. Fateor, neſcire me quid *cremnos* ſignificet: quin nec crediderim, iſta, quæ in vulgus de Judæis omnibus in mare præcipitatis ſic narrantur, vere acciſſe. Ingenii luſus mihi videtur in re arithmetica, & miror Italis tantum cognitam eſſe eam rationem, quatenus ab enneade in enneadem fertur numeratio. Etenim per decades quoque, & dubio procul numericas proportiones alias, ſimiliter inſtitui poteſt, & ejus, quæ per decades fit, mnemonicum habetur:

rEx pAphI cVm gEntE bOnA dAt sIgnA sErEnA.

Ad ea, quæ ſic de Hebræorum Ludis diſſertaveram, tale mihi ab Illuſtri Viro, his ipſis proximis diebus affertur reſponſum.

Plurimum tibi debeo, Præſtantiſſime Celeberrimeque Wagenſeili, *quod non ſolum humaniſſimas, verum etiam eruditiſſimas ad me literas dederis a. d. IX. Calend. Jan. proximarum; atque uti illæ mihi, quia a te proficiſcebantur, erant acceptiſſimæ, ita ex earum lectione, exquiſitam voluptatem & ſingularem fructum percepi. Quid enim mihi jucundius evenire poteſt, quam negotia ejuscemodi oblectamentis diſtinguere, & refocillare eruditis avocamentis laſſum ſæpe a Reipublicæ adminiſtratione ſpiritum? Plurimum quapropter tibi debeo, quod petitioni meæ ſatisfeceris, & miſeris, quibus oblectamentis & ludis Judæi ſubinde uſi ſint.*

Ludere *quod 2. Sam. II. 14. legitur, mihi placet mirifice, quia Latini arma, quibus in ſimulatis præliis utebantur, vocabant* arma luſoria, *iisque opponebant* decretoria; *quia gladiatores* ludere & deludere *dicuntur; quia* ludus *eſt locus, in quo iidem pugnabant*, & luſorium, *itidem locus, in quo cum beſtiis, vel etiam inter ſe decertabant. Sed cum apud Samuelem viginti quatuor illi, non modo ſibi invicem capita apprehenderint, verum etiam ſeſe occiderint, videri poſſet, non ſimulatum, ſed verum illud certamen fuiſſe; & tunc inquirendum foret, num vox, quæ ibi per* ludere *redditur, Judæis de pugna vel duello uſurpetur.*

Jobi librum, adinſtar dramatis fuiſſe compoſitum, multi exiſtimant; ſed licet id concedam, tamen non puto, inde ſequi, ludos ſcænicos Judæis in uſu fuiſſe ab illo tempore, quo hiſtoria hæc litteris fuit mandata. Quin etiam non credo poſterioribus temporibus gentem eam oblectamenta hæc introduxiſſe in ſuam Rempublicam. Ezechiel poëta, ſi ante D. N. J. C. vixit, imitatus eſt Græcos in ſcribendo tantum, qui poſt Alex. Magnum ſeſe in Syriam & Judæam effuderant, & quorum

rum poëtæ ibi legebantur. Quin veræ etiam hiſtoriæ, protaſin, epitaſin, & cataſtrophen ſæpe habent; notumque ſatis eſt ſuperq; Orientales hiſtoricos ſæpe luxuriari, nec obſervare leges, quas Græci & Romani in rerum geſtarum enarratione ſibi præſcripſerunt. Et magnum argumentum ex prophetarum ſilentio peti poſſe mihi videtur, ludos ſcænicos incognitos fuiſſe Judæis; nam ut illi vitia populi & peccata acriter perſtringunt, ita ne ſpectaculorum quidem vel theatrorum faciunt mentionem, nedum damnant: id quod feciſſent procul dubio, mea ex ſententia, ſi voluptatum his irritamentis populus operam dediſſet.

Difficile dictu eſt, quid ſibi velit Judæo-Cremnos, *quem ludum ludere Italorum pueros narrat nobis Bonifacius. An deſcendit ultima vox a Græcorum κρημνὸς, quia Judæi in mare præcipites erant dati? memini me puerum ejusmodi ludum etiam luſiſſe, ſed non memini, aliquod illi apud noſtrates nomen eſſe.*

Succeduntnunc etiam, quæ nos celeriter repoſuimus.

Si quid ego, Cupere Amplissime, de veterum Hebræorum ludis ſcripſi, quod placuit, & advorſum te gratum fuit, habeo gratiam, ac pulchre hoc officium fœneratum dico, quia tam eruditam epiſtolam abs te mihi impetravit, quam, uti cæteras tuas, merito maximi facio, & habeo in deliciis. Cæterum de loco 2. *Sam. II.* 14. monendum mihi, verbum וישחקו quod ibi adhibetur, alium ſenſum, quam ludicri certaminis non admittere. De eo enim, quod fit decretoriis armis, nunquam a ſacris Scriptoribus adhibetur, & Grammaticorum Hebræorum facile princeps R. David Kimchi in libro Radicum obſervat, dupliciter tantum ſenſu hoc verbum in divinis literis uſurpari ענין השחוק יש שהוא ענין שמחה ויש בענין לענ: hoc eſt, *eſſe cum lætitiam, eſſe cum irriſionem ſignificet: unde &* LXX. per γελᾷν aut παίζειν expreſſerunt, παίζειν autem, & σπουδάζειν, Plato in Gorgia ſibi invicem opponit, atq; in noſtro loco apud LXX. eſt: καὶ παιξάτωσαν ἐνώπιον ἡμῶν. Neque vero, ut a receptá ſententia diſcedamus, valde, ſi quid perſpicio, movere nos debet, quod ex viginti quatuor ſelectis, *apprehenſo*, ceu Vetus Interpres loquitur, *unusquisque, capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt ſimul.* Non hoc iis imperatum fuerat, ut ſerio agerent, ſed debebant illi tantum συμπαίζειν, & ſpecimen edere ſuæ in armis tractandis peritiæ. Præſentia Ducum, ardor gloriæ, vincendi ſtudium, æmulationis inſtinctus, tantam vim illorum animis addebant, ut jam ſui compotes amplius non eſſent,

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram:
Ira, truces inimicitias, & funebre bellum:

ceu eleganter, id quod frequenter vulgo fieri ſolet, & quod tum mihi accidiſſe videtur, expreſſit Horatius.

Ludos

Ludos Scenicos, quatenus in publicis theatris, & magna ſpectatorum frequentia illi repræſentabantur, ac ad voluptatum malorumque irritamenta faciebant, non fuiſſe Judæis in uſu, haud equidem pertinaciter negaverim, etſi alios, qui ad pietatem, moresque bonos augendos compoſiti erant, & privatim quaſi inducebantur, in ea gente jam olim invaluiſſe exiſtimo, & ſic animum induxi meum. Cum enim probatum dederim, virgines Judaicas die XIV. menſis Ab, ac in ſolemni Expiationis feſto perſonatas, hoc eſt, indutas veſtibus non propriis, ſed mutuatitiis, & interdum a conditione ſua alienis, cantando in vineis choreas duxiſſe, nihil utique hoc cœptum a choris Comœdiarum differebat, præterquam ſolo loco. Sic *Davidem*, cum, quod ex 2. Sam. VI. 14. 1. Chron. XV. 27. eum feciſſe conſtat, חגור אפוד בד *ephod lineo accinctus*, ante Domini Arcam ſubſaltaret, perſonatum ita geſtiviſſe, omnino perſuaſus ſum: nec enim cæteroqui Scriptura, niſi in illo habitu peculiare quid fuiſſet, id ſpeciatim annotaſſet. Multa, de eo veſtis genere, pro doctrina, qua pollet ſingulari, in de ſacerdotum Hebræorum veſtitu libro *2. c. 6.* eruditiſſime obſervat *Johannes Braunius*, ad cujus tamen ſententiam me non aggrego, cum ille vulgatam apud R. Salomonem, Ex. XXVIII. 4. lectionem, quæ אפוד per barbarum verbum פורצינט interpretatur, ſolicitat, & pro hoc שורצינם ut cum Schürtze convenientiam habeat, reſcribit. Nam פורצינט eſt in Pentateucho meo MS. veteri, cui Chaldæus & R. Salomonis Commentarius adjiciuntur, quemque ipſius R. Salomonis fuiſſe, Judæus Vormatienſis, ejus quondam poſſeſſor, ex majorum traditione, ſacramentum dare paratus erat: eſtque פורצײנט iterum apud R. Salomonem 2. Sam. VI. 14. nec, quod equidem ſciam, R. Salomo Germanici idiomatis habuit notitiam. Diſpiciendum igitur fuerit, annon ad *præcinctus*, aut *præcinctorium*, aut vocem ſimilem aliam, ille alluſerit. Porro, cum David coram Achis Rege Gath, & aulicis ejus, ceu eſt 1. Sam. XXI. 13 *immutabat os ſuum, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantq; ſalivæ ejus in barbam*, ecquid aliud ille agebat, quam hiſtrioniam? Jam, quia graviter præceperat Deus *Ex. XIII. 8. Narrabis filio tuo in die illo, dicens: Hoc eſt, quod fecit mihi Dominus, quando egreſſus ſum de Ægypto*, quibus addenda, quæ mox 14. & 15. cominatibus ſequuntur: narrationem non verbis tantum fieri debuiſſe, ſed &, ut parentes filios parvulos in rem quaſi præſentem deducerent, & Pharaonis tyrannidem, majorum diros labores & ærumnas, Moſis & Aaronis ſolamina, Iſraëlitarum per mare rubrum deductionem, ſubmerſionem Pharaonis univerſique exercitus ejus vivis imaginibus ob oculos ſiſterent, fas & licitum fuiſſe, quin & communiter hoc factum eſſe, nihil omnino ambigo, ut Ezechiel

poema,

poeta, tantum, quia ejus ætate uſus Hebraicæ linguæ nimium defecerat, ſe operæ pretium facturum crediderit, ſi non ſatis intellecto Hebraico alicui dramati, Græcanicum ſubſtitueret. Cæterum illud demiror, quare tum Clementi Alexandrino, tum Euſebio, Ezechiel, ὁ τῶν Ιȣδαικῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς dicatur. Etenim non erat utique, δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον Εξαγωγὴ, ad quod provocant, & cujus fragmenta ſuperſunt, Judæorum, quibus ille ſcribebat, reſpectu, Tragœdia, ſed Comœdia lætiſſima, nec veriſimile eſt, aliter alia ejus dramata fuiſſe comparata. Amplius, quia ſuſceperunt Judæi ſuper ſe, & ſemen ſuum, & ſuper cunctos, qui religioni eorum voluerunt copulari, ut nulli liceat dies Purim absque ſolemnitate tranſigere, & quoniam dies illos nulla unquam delere debebat oblivio, celebrandos per ſingulas generationes a cunctis in toto orbe provinciis: quoniam item nullam extare oportuit civitatem, in qua dies Purim non obſerventur a Judæis & ab eorum progenie cum gaudio, Eſth. IX. 27. ſeqq. quid valde obſtat, quo minus credamus, idem antiquiſſimis temporibus factum eſſe, quod fit hodie? Nempe noſtri Judæi, totam Eſtheris hiſtoriam, non quidem in theatro, ſed paſſim in ædibus, Comicis exhibitionibus ſpectandā commonſtrant, & notum eſt, quos in feſto hoc Sortium, etiam pueri, qui nondum ære lavantur, ludos in Synagoga faciant. Certe non hauſere recentiores ſuum inſtitutum a τῶν ἔξω ludis ſcenicis, nec ulla gens unquam magis moribus antiquis vixit, quam Judaica: ut ea quæ nunc conceſſa deprehenduntur, nullo unquam tempore vetita, ſed in promiſcuo uſu fuiſſe, credere compellamur.

Sero ex Lutheri præfatione in librum Tobiæ animadverti, etiam illi in mentem veniſſe, Comœdiarum uſum a Judæis ad Græcos commigraſſe, atque vult præterea, Tobiæ & Judithæ libros, principio dramatum habitudine Græce ſcriptos fuiſſe, quos deinde aliquis in profaicum ſermonem converterit, ita tamen, ut manifeſte multum adhuc retineant ex veteri forma, ob perſonarum, quæ ibi producuntur, longas identidem ſermocinationes. S. Hieronymus, quod præfationes ejus ignorare nos non ſinunt, illos libros Chaldaicos tantum poſſedit, & occaſionem præbet arbitrandi, Chaldaicum textum Græco fuiſſe antiquiorem, ſic ut fortaſſe ad Judæos in captivitate Babylonica ſolandos & oblectandos iſtæ fabulæ Comicæ pertinuerint, quanquam nec difficilem me iis præbebo, qui recentiores has eſſe contendent. Enim vero, nec deſunt, qui in Cantico Canticorum dramatis aliquam ſpeciem agnoſcant.

Viſum nonnullis, Dei interdictum Deut XXII. 6 לא יהית כלי גבר על אשה ולא ילבש גבר שמלת אשה: quod ſecundum Veterem Latinum Interpretem eſt: *Non induetur mulier veſte virili, nec vir*

utetur veſte fœminea: non concedere, ut credamus, apud Judæorum gentem Comicos ludos obtinuiſſe: ſed infirma, ſi quid ego perſpicio, collectione. Scilicet, in rerum, hujusque univerſi primordio, cum ipſum Supremum Numen, ad tegenda verenda corporum, humani generis magnis parentibus de tunicis proſpiceret, non ſit veriſimile, eam quæ Adamo data ſuit, ab illa quam Eva accepit, diverſam ſuiſſe: utramq; enim, communi nomine, כתנות עור χιτῶνας δερματίνους Scriptura appellat, nec opus erat, ut Adamus & Eva veſtibus diſtinguerentur, & illi bene ſeſe noverant. Poſtea multiplicatis hominibus, neceſſitas poſtulabat ſexus, inter mares fœminasq;, veſtium diſcrimine diſtinctionē facere, ne imberbes juvenes, puellis mixti, pro iisdem haberentur, ac inquinarentur invicem, ſicq; periret frons ac verecundia de rebus. Faciebat ergo ad pudorem retinendum, & ſcortationes evitandas, veſtium diſcretio, atque ut morum ſanctimoniæ & honeſtati inter Judæos perpetuo conſuleretur, etiam lege propoſita cavere Deus diſerte voluit, ne ſexus hominum per veſtes diſtinctio unquam tolleretur. Iſtam, non aliam, ſuæ legis illum cauſam habuiſſe, æque vetuſtiſſimis ac recentibus Judæorum Doctoribus viſum fuit, & Talmudiſtarum circa allegatum Deuteronomii locum ſcitum eſt in Naſir fol. 59. a. לא ילבש איש שמלת אשה וישב בין הנשים ואשה שמלת איש ותשב בין הנשים: *Nefas eſt mari induere veſtes muliebres, & agere in contubernio mulierum, fœminæque nefas eſt, veſtire ſe habitu virili, & conſidere inter mares.* Jam, horum ſemita incedit Jarchi, commentans: לא יהיה כלי גבר על אשה׳ שתהא דומה לאיש כדי שתלך בין האנשים שאין זו אלא לשם ניאוף: ולא ילבש גבר שמלת אשה׳ לילך לישב בין הנשים: hoc eſt: (Scriptura interminatur:) Ne induitor mulier veſte virili, *quo ſcilicet vir videatur, & cum viris converſetur, id enim fit tantum ſcortationis cauſa*; & ne induitor vir veſte fœminea: *ut abeat, & inter mulieres conſideat.* Abeneſra ſcripſit: לא ילבש גבר והטעם זכר שלא נתמלא זקנו יתערב עם הנשים וינאף הוא והן ואינו יודע: hoc eſt: *Legi*, ne induitor vir, &c. *hæc ſubeſt ratio, ne adoleſcens, cui barba nondum ſuccrevit, ingerat ſe cœtui mulierum, atque ſic mutuo ſcortentur, clam & citra cujusquam notitiam.* Eodem fere tendit Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 379. col. 3. cujus locum prolixiorem huc afferre ſuperſedeo. Seldeni, verborum, quibus inhæremus, Deuteronomii, in libro de Diis Syris Syntagm. 2. c. 4. expreſſam novam explicationem, uti argutam eſſe minime inficior, ita pro vera tamen neutiquam ſe mihi probat.

Quia

Quin ergo ratum eſto hoc πόρισμα, quod Jarchius, verbis paulo ante allegatis, ex ſanctionis divinæ clauſula כי תועבת יי אלהיך כל עשה אלה: *nam abominationi eſt Domino Deo tuo quisquis facit iſtud*: ſic illatum, mox ſubjecit: לא אסרה תורה אלא לבוש שמביא לידי תועבה: *non probibet Scriptura, niſi illam veſtiendi rationem, quæ abominationi cauſam præbet.* Proinde, non tam generalis eſt lex Divina, ut nullas exceptiones patiatur, & ut ſemper, ac indiſcriminatim ad obſequium obliget. Vtiq; removendus principio hinc caſus neceſſitatis. Finge, pudicam mulierem incidere forte fortuna in hoſtes, in latrones, a quibus omnibus veſtibus ſpoliata, nuda relinquitur: an, ſi ei mas occurrat, qui miſericordia motus, velit eam parte virilium indumentorum, quibus ſe exuit, pro tempore contegere, averſari illa debet ſexus alieni corporis velamentum, & tantisper per viam publicam, vicos, villasq; nuda incedere, & ſic quoque in urbem ſuam, unde egreſſa eſt, reverti, quoad veſtium muliebrium ſit paratio? apage tam ſtultam opinionem, faceſſat iſta. Amplius, cum Debora Heroina (cujus Hiſtoria eſt Jud. IV. & V.) divinitus excitata, una cum Barako, ad liberandum a Jabinis Cananæorum Regis tyrannide Iſraëlem, in aciem progrederetur, & ante Iſascharis agmina iret, præliumque accenderet, an veriſimile cuiquam evadit, eam muliebri amictu veſtitam, & calantica caput obnuptam, ſine pugione, ſine gladio, aliisque virilibus armis, cum colo & fuſo comparuiſſe? Minime vero, & non minus pulchre galeata mihi fuiſſe videtur, ac *Zenobiam* Palmyrenorum Reginam repræſentat vetus lapis in Africa effoſſus, quo Magni Magiſtri Melitenſis Ordinis hortus ornatur, & cujus icon eſt apud Michaëlem Hebererum in Servitute Ægyptiaca pag. 422. nam Numi Zenobiæ, quod equidem ſciam, nos deſtituunt. Imo, cum in palmeto ſuo Iſraëlem Debora judicaret, & viris cæteroquin debitum obiret munus, ne tum quidem molli plane, aliisque mulieribus unice ſueto cultu pro tribunali eam ſediſſe exiſtimaverim. Porro, ſi mulieri aut ſoli, aut cum marito, per populos barbaros, per exercitus hoſtiles, per nationes in Venerem putres peregre abeundum ſit, non peccabit illa, ſi habitum immutet, ſexum mentiatur, & pro viro ſe gerat: & quis ſanus unquam vitio vertit *Hypſicrateæ uxori Mithridatis*, quæ, ſic dicente Valerio Maximo lib. 4. c. 6. *Perſico habitu induta, & in habitum virilem reformata, tonſis capillis, victum a Cn. Pompejo Mithridatem, per efferas gentes fugientem, animo pariter & corpore indefeſſa ſecuta eſt.* Denique, nihil quicquam prohibebat, quo minus parentes olim apud Judæos, ut liberi in animis ſuis infixa, implantata, & radicata haberent, tributa majoribus ſuis divinitus benefi-

cia, in ſcena hæc exhiberent, & ſpectacula ex iis facerent, cum per aures demiſſa, ſegnius animos irritent, quam quæ oculis, quorum ſenſus eſt acerrimus, coram intuenda proponuntur: potius præceptiones divinæ ad hoc ſedulo peragendum invitabant. Atque in his caſibus omnibus, & ſi qui iis ſimiles ſunt alii, quia interdicti de unius ſexus cum alterius veſtium commutatione, ratio ceſſat, ideo ipſum quoque interdictum ceſſaſſe cenſendum eſt.

Circa vocem *Judæo-Cremnos*, tua, VIR AMPLISSIME, conjectura, omnibus probabitur, quibus, quomodo Græca vox in Italorum pueros ſeſe inſinuaverit, difficultatem nullam creabit. Suſpicabar aliquando, ad τὸ *cremare* confugiendum nobis eſſe, ut, quia extra maris undas, in continenti terra plurimum nunc luditur ille ludus, quos mala ſors tangit Judæi, quaſi ad rogum & vivicomburium ſegregentur. Sed ſuſpicabar tantum, nec mihi ipſi ſatisfacio. Vale, Vir, non Reipublicæ Literariæ minus quam Civilis, ac ſi hoc adjicere pateris, meum quoque decus & præſidium.

CAPUT XXIII.

Laus Senatus Noribergenſis. Forma Reipublicæ Ariſtocratica quando fuerit introducta. Hugonis Grotii Summi Viri σφάλμα. Juventutis apud Noribergenſes accurata inſtituitur educatio. Familiæ Patriciæ Senatoriæ enumerantur, veraq; & antiqua earundem Nobilitas aſſeritur. Aſſertur Inſignium, quibus illæ effulgent, explicatio.

DE *Friderico III.* Imperatore, apud Conradum Celtem, Pighium in Hercule Prodicio, Caſparem Ens in Deliciis Apodemicis, & plures alios legitur, eum ex Italia reducem, cum per Noribergam tranſiret, ingentis ubique obviam effuſæ plebis admiratione motum, interrogaſſe quendam e Senatu ſibi proxime adequitantem, quanam arte vel induſtria tantam multitudinem a ſeditionibus & tumultu continere poſſent? Senatorem vero reſpondiſſe: id fieri *verbis benignis, & pœnis aſperis.* Non deſunt, qui quæſtionem *Maximiliano I.* aut *Ferdinando I.* Cæſari, reſponſum, nominatim *Antonio Tuchero* tribuant. Non angit nos admodum, qua occaſione, aut a quo, arcanum illud Reipublicæ Noribergenſis, per quod illa velut vinculo cohæret, aut quaſi vitali ſpiritu animatur, proditum ſit, dum interim de veritate ejus ſatis ſuperque conſtat. Atenim, quis non agnoſcit, quanta cura & ſolicitudine in executione horum remediorum opus ſit? Niſi enim quodque ſuis temporibus

apte adhibeatur, actum fuerit, & medicina pejor morbo evadit. Ne ergo quid perperam tractetur, & detrimentum aliquod Civitas Noribergenſis accipiat, PRUDENTI SENATU illam inſtructam eſſe oportet. Atque hac quidem felicitate etiam ſemper fuit uſa. *Philippus, Haſſiæ Landgrafius*, Princeps Germaniæ prudentiſſimus, cum Noribergenſis Vrbis Legatus, *Philippus Geuderus*, apud ipſum, rem, ob quam eo miſſus, laudabiliter confeciſſet, ad ſuos converſus, tale judicium tuliſſe fertur: ſe non exiſtimare, Venetorum Senatui Noribergenſem poſtponendum, ſi plures Philippos Geuderos habeat. Quidni vero ille habuerit? quem notum eſt, nunquam non compoſitum fuiſſe ex meris Viris graviſſimis, magnæque ſapientiæ, & ſanctimoniæ. *Ampliſſimæ*, pronunciat Limnæus tom. 4. Jur. Publ. in addit. ad lib. 7. *& fere Principis in Imperio Germanico Reipubl. Noribergenſis Gubernatorum prudentiam ac conſtantiam, totus terrarum orbis dilaudans admiratur.* Cauſa tanti boni primaria, Supremi Numinis benignitas, cui Noribergam curæ cordique eſſe, ſemper illuſtribus patuit argumentis. Cauſa ſuccenturiata, recta, & qualem Ariſtocratica Reipublicæ forma requirit, provida Nobilis Pubis educatio. Fuit olim, ceu Knipſchildius ex Dreſſero docet, *Status hujus Reipublicæ popularis, hodie vero Ariſtocraticus exiſtit, cui diſcordia civilis & ſeditio cauſam præbuit. Et hic ſtatus ab Imperatore Carolo IV. introductus, qui plurimum ea Vrbe delectatus, eamq; amplificavit, & in civili tumultu, pacata Republica, novum Senatum abrogavit, & veterem reſtituit, de auctoribus ſupplicium ſumſit, & tribunatum plebis in perpetuum abrogavit.* Atque hic obiter indicanda, Viri Summi, *Hugonis Grotii*, ne quis eum ducem ſequutus ad avia progrediatur, a recto tramite, quod humanitus illi accidit, aberratio, quando, in eis, quæ ad libri I. de Jure Belli & Pacis caput 3. annotat, pro Carolo IV. Quintum nominavit, & cætera ita ſermonem concepit, ut non appareat, quomodo ſalvari is poſſit. *A Carolo Quinto Imperatore*, ait *eodem tempore Auguſta civitas petiit*, ne Senatui (fortaſſe legendum Senatus) *Vrbis ſuæ placita valerent, niſi aſſenſiſſent curiarum magiſtri: Norimberga plane contrarium.* Quæ verba, cum diu nos torſiſſent, tandem quo ſenſu accipienda ſint, viſum eſt recurrere ad Conſultiſſimum & de Republica Noribergenſi æque ac de Academia hac, cujus Procancellariatum geſſit, bene meritiſſimum Virum, & qui abditum quærentibus theſaurus erat, *Magnum Fezerum J. C.* Ab eo vero fuit reſponſum: *In Grotii allegato, inſignis haud dubie error latet, impoſuitque Magno huic Viro, vel incerta alicujus narratio, vel Chronicon aliquod MS. neſcio cujus autoris, qualia haud parvo numero circumferri videas, exiguæ plerunque fidei, raro alicujus judicii. Defendi tamen forte Grotiana adnotatio poſſet, ſi loco Caroli V. Imperatoris, Quartum, & pro Auguſta, Argentoratum ſubſtituas. A Carolo IV.*

Digitized by Google

Imperatore etenim, Noribergæ Senatus antiquior, qui ab illius partibus hactenus ſteterat, cum plebs Ludovico Bavaro Imperatori, ejusq; filio Ludovico Romano adhæreret, poſt dispulſam ſeditionem reſtitutus, renovata priori regiminis forma, obtinuit, ut Tribus, quarum potiſſimum conventibus atque clandeſtinis conſiliis ſeditio invaluerat, atque priſtinus Senatus ejectus, novaque Reipublicæ forma introducta fuerat, abolerentur, neque unquam reſtituerentur. Extat in hanc rem Imperat. Caroli IV. cum Ludovico Romano, Ludovici Imperat. filio, transactio, inita Bonæ A. 1349. Hujus Ludovici filii autoritate atque potentia, Carolo nondum in Imperio firmato, plebs, novusque Senatus ſeſe ad tempus tuebantur. Cum vero circa idem fere tempus, Argentorati inſignis iſta Reipubl. mutatio facta fuerit, in qua plebeji Nobilibus prævaluerunt, quorum potiſſima vis in Tribuum autoritate conſiſtit, conjecturam capere licebit, illos Imperatoris Caroli IV. conſenſum atque confirmationem, huic Reipublicæ formæ ſtabiliendæ requiſiviſſe, & cum nihil Imperio inde decederet, obtinuiſſe. Vt adeo eundem Imperatorem, temporis non adeo ingenti intervallo, duabus Imperii civitatibus, privilegia duo, in ſpeciem adverſis frontibus pugnantia, conceſſiſſe, dicere haud male poſſit Grotius. An vero hæc eodem die, petita vel conceſſa fuerint, mihi ſane non liquet. Hoc pro certo affirmare poſſum, a Carolo V. Imperatore Noribergam abolitionem Tribuum, quæ jam a ducentis fere annis exoleverant, non requiſiviſſe. Auguſtam vero Vindelicorum, cujus Regiminis forma cum noſtra fere congruit, ut ſine Tribuum autoritate Senatusconſulta irrita ſint, ab Imperatore poſtulaſſe, mihi perſuaderi haut patior. Hæc habui, quæ ad quæſita reſponderem, tu, ſi quid iſtis noſti rectius, candidus imperti.

Ex quo igitur Nobilibus a Carolo IV. tota Reipublicæ adminiſtratio fuit commiſſa, id, ceu ſignificavimus, operam ſemper dedere Parentes, ut

Generoſa in ortus ſemina exſurgant ſuos,

& ut Soboles eorum, pacis bellique artibus accurate imbuatur, quo ſic utroque hoc tempore Patriæ utilis eſſe queat, illamque olim, prout Limnæus lib. 1. Jur. Publ. cap. 11. n. 100. ad inſtitutum noſtrum accommodate loquitur, *belluam multorum capitum regere & moderari.* Neque domi, quæ ex uſu ſunt, didiciſſe ſufficit egregiis Juvenibus, ſed longinquas inſuper peregrinationes ſuſcipiunt, ut apud exteros, omnis exempli documenta in illuſtri poſita intueantur, & inde ſibi ſuæque Reipublicæ, quod imitentur capiant, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitent. Limnæus hic in partes vocandus eſt, qui loco, quem allegavimus, perhibet, Patricios Noribergenſes, ſapientiam Patriæ conſulendi, *non domi intra delicias quærere, non patrio trahere ex fumo, ſed ſpontaneo exilio, longinquis peregrinationibus eam ſibi parandam ſtatuere.* Et addit mox: *Nihil*

Nihil gratiæ dabo, nihil auribus, ſed d.cam, quod res eſt. *Iſtos per annos, quibus in italia ſubſtiti, in Galliis commoratus ſum, in Angliam hoſpes adveni, Provinciasq; Inferioris Germaniæ oculis uſurpavi, ex ſola hac Civitate, tanquam ad officinas ſolidæ prudentiæ, miſſos Juvenes numeravi præterpropter triginta, animo & corpore præſtantiſſimos.* Longe prius, Pirckheimeri Opera Senatui Noribergenſi dicans, ſcripſerat Melchior Goldaſtus quoque: *Quid de ipſorum Civium, eorum quam maxime, qui ſunt in numero Patriciorum officioſitate erga advenas commemorem? quos illi tanto ſtudio, tanta alacritate, tanto officiorum cumulo certatim demereri nituntur, ut ſatis declarent, ſe in Mercurii Schola civilitati operam dediſſe, hoc eſt, procul a patria, hominũ mores ac vitam induiſſe. Quis enim angulus in toto terrarum orbe eſt, quo Nobiliſſima veſtra Juventus non penetraverit? quæ Religio, in cujus cauſas atque rationes non cum ſuña accuratione inquiſiverit ſummoque judicio diſcreverit? quæ Reſp. cujus leges, mores, & vivendi inſtituta, pacis belliq;, non ſollicite ac induſtrioſe inveſtigaverit? quæ regio, quæ civitas paullo amplior & frequentior, ad quam non acceſſerit viderit, & ſubſtiterit? In hac apodemia, in qua non dicis aut voluptatis cauſa, Juvenes veſtri huc atque illuc vectantur, ſed in illuſtriſſimo tanquam gymnaſio, hoc proficiunt, ut quum domum revenerint, oſtentent, ſe inter homines eſſe, id eſt, naturæ ſeſe variantis ingeniis, moribus atque linguis accommodare: ſe, cum majoribus, decenter, prudenter, cum inferioribus urbane gratioſeque converſari: ſe Principum conſilia prudenter, patriæ negotia perite, rem domeſticam caute adminiſtrare: ſe denique non ea modo quæ ante pedes ſunt videre, ſed etiam quæ futura ſunt, proſpicere, multis rerum exemplis atque argumentis edoctos didiciſſe.* Sic ergo continue,

Avulſo ſ.o.tu primo, non deficit alter
Aureus, & ſimili floreſcit virga metallo.

Sunt autem Familiæ Patriciæ complures, ſed e quibus Senatus legitur, poſtquam *Coleria* gens nuper defecit, XXVI. nunc numerantur, quarum nomina ſecundum literarum ordinem edemus:

1. Behaim.	10. Holtzſchuer.	19. Rieter.
2. Dörrer.	11. Im Hof.	20. Schlüſſelfelder.
3. Ebner.	12. Kreß.	21. Starck.
4 Fürer.	13. Löffelholtz.	22. Stromer.
5. Geuder.	14. Muffel.	23. Tetzel.
6. Grol'and.	15. Nützel.	24. Tucher.
7. Grundherr.	16. Paumgartner.	25. Volckamer.
8 Haller.	17. Pfintzing.	26. Welſer.
9. Harsdorffer.	18. Pömer.	

Vetus

Vetus his Nobilitas, & ex antiquo illuſtrium imaginum ſplendor: unde & plerisque his Familiis orti, Ludis Equeſtribus, quos Torneamenta appellamus, A. 1198. ab Henrico VI. in Vrbe celebratis, quo apud Germanos Nobilitatis fortius argumentum nullum eſt, dimicantes interfuere. Proſecuti deinde ſunt abeuntem Imperatorem Donawerdam usque, ſplendido comitatu, cui Wilhelmus Haller, Wilibaldus Grundherr, & Andreas Pfinzing Ductores præerant. Atque delectatus Cæſar, tum hoc, tum aliis in Vrbe præſtitis ſibi honoris officiis, quin & fortitudine inſigni, cujus multi magna in Ludis experimenta dederant, confirmavit Familiis jura priſtina, alia adjecit. Quamobrem ſic eſt in libro de Torneamentis: Auf dieſen Ritt (nemlich der Begleitung des Kayſer Heinrichs VI. nach Donawehrd) erlangten die Adelichen Geſchlecht in Nürnberg/ gar einen gnädigen Kayſer/ wann ſie im Feld gar geſchickt waren/ und ſich ſo dienſthafft hielten/ daß Ihr Majeſtät/ eigner Bewegnus/ alle Geſchlecht/ mit ſondern Gnaden und Freyheiten von neuem geehret und erhaben hat/ alſo und dergeſtalt/ wo ſie der Adelichen Tugend und Freyheiten ihres Adelichen Standes fürbashin ſich halten wollen/ und gemeiner Burgerſchafft der Stadt Nürnberg/ allen ihren Handel und Gewerb frey laſſen/ ſich des nit bekümmern/ wie ſie bisher gethan haben; in ſolcher Maas erhöcht die Kayſerliche Majeſtät dieſe Geſchlecht alle in ihren Adelichen Stand/ erhebt und freyet ſie von neuem in allen Ehrlichen und Adelichen Dingen/ daß ſie allen Edlen Geſchlechtern auf dem Land (in des Kayſerlichen Reichs Gebiete) gleich gehalten werden ſollen. Sie mögen auch/ mit allen Rittermäſſigen Geſchlechtern thurnieren/ rennen/ ſtechen/ im Feld und andern Orten/ zu Schimpff und Ernſt; ſich auch andern Adel gleich halten. Sie ſollen auch zu allen adelichen Sachen gezogen und gebracht werden/ unverhindert allermänniglich/ bey Verlierung und Vermeidung Kayſerl. Majeſtät Ungnad/ und ſchwerer Straff. Ex vero igitur, neutiquam autem temere, & in os tantum, blandeque palpando, Melchior Goldaſtus, Opera Pirckheimeri conſecrando, Senatui dixit: *Quis rerum omnium in tantum imperitus, ut neſcire debeat, Patricios veſtros, Dei beneficio, & virtute ſua, ab Imperatoribus & S. Romani Imperii Ordinibus impetraſſe, ut in Equeſtrem Franconiæ Ordinem cooptati, iisdem privilegiis, eadem libertate, quibus cæteri in Germania Aurati Equites, uterentur, fruerentur, & Equeſtris Ordinis Torneamenta, quibus, niſi cingulo militari & torque majorum claris, intereſſe nemini contingebat, liberrime frequentarent, & tyrocinia ſua inter primæ Nobilitatis Viros exercerent ac oſtenderent?*

Non concedit inſtituti brevitas, ut oſtendamus, cum Norimbergenſibus Patritiis eandem familiam ac genus ducere, Comites, Barones, & S. R. Imperii Immediatæ Franconicæ Suevicæque Nobilitatis ſocios aliquos:

I.
BEHAIMORVM.

II.
DÖRRERORVM.

III.
EBNERORVM.

IV.
FVRERORVM.

V.
GEVDERORVM.

VI.
GROLANDORVM.

VII.
GRVNDHERRIORVM.

VIII.
HALLERORVM.

IX.
HARSDORFERORVM.

X.
HOLTZSCHVER, ORVM.

XI.
IM HOFIORVM.

XII.
KRESSIORVM.

XIII.
LOFFELHOLTZIORVM.



XIV.
MVFFELIORVM.

XV.
NVTZELIORVM.

XVI.
PAVMGARTNERORVM.

XVII.
PFINZINGORVM.

XVIII.
POMERORVM.

XIX.
RIETERORVM.

XX.
SCHLVSSELFELD-
ERORVM.

XXI.
STARCKIORVM.

XXII.
STROMERORVM.

XXIII.
TETZELIORVM.

XXIV.
TVCHERORVM.

XXV.
VOLCKAMERORVM.

XXVI.
WELSERORVM.

quos: poſſidere Noribergenſes Patricios Prædia, Villas, Pagos, & oppidorum formam habentes Vicos, ingenti ſpecie & numero, atque iis tanquam Valvaſoribus Majoribus, Nobiles etiam ac Barones vaſallagii nexu obſtrictos vivere, & fidem ac obſequium ſuum profiteri. Scuta interim, & Inſignia Nobiliſſimarum Familiarum, quæ illarum progenitores, non, ut multi, qui cum nunquam in acie ſtetiſſent, nunquam caſtra vidiſſent, nunquam tubarum ſonum niſi in ſpectaculis audiviſſent, tamen decus hoc conſequuti ſunt, ſed multo ſudore, ſanguine & factis ſibi pararunt, contemplanda proponimus, atque id quidem citra ea, quæ poſteriorum Imperatorum munere multimodis acceſſerunt, auctaria, veteri & antiqua forma ac habitudine. Ad hanc ſimplicitatem, unice quoque quadrant, ſcitæ, elegantesque Inſignium illorum explicationes, & de iis noëmata ſapientiſſima, quibus Strenuiſſimus, Prudensq; Vir, *Carolus Nüzelius a Sundersbuhel*, Eques Auratus & Conſiliarius Cæſareus, ac *Michaël Piccartus*, hujus Lycei quondam Profeſſor præclarus, quaſi de ingenii gloria concertarunt; ambo intaminatis ſemper fulſuri honoribus. Rem cognoſcamus:

I. BEHAIMORVM.

Carolus Nüzelius.

Ecce, dies hominum fugiunt cito, *fluminis* inſtar,
Hæc duo nec revocant, flumen, & hora, pedem.

Michaël Piccartus.

Flumen inæquali veluti curſu arva pererrat,
Sic hominum variat vita ſubinde vices.

II. DÖRREROR VM.

C. N.

Artis & ingenii fuit olim ludere *Scachum*,
Fortunæ inſidias effugit ingenium.

M. P.

Effigiem belli, ſimulataque prælia ludit
Schachia, commendans Martia corda virûm.

III. EBNERORVM.

C. N.

Serra ſecans planum reddit curvum ante & iniquum.
Sic adverſa pio ſæpe labore cadunt.

M. P.

Coticulam incidit ſi *ſerra* reciproca quondam,
Cur non dura vigil vincat itemque labor?

IV. FVRERORVM.

C. N.

1.

Lilia candorem, ſinceraque corda figurant,
In quæ Fortunæ nil *rota* juris habet.

2.

Hæc *rota*, Fortunæ ſignat ludibria, fracta,
Lilia odore ſuo candida corda notant.

M. P.

Priſca fides, niveusque animus, quem *Llilia* ſignant,
Confregere rotam, Fors malefida, tuam.

V. GEVDERORVM.

C. N.

Qui noctem *ſtellis*, Deus alme, micantibus ornas,
Illuſtra radiis pectora noſtra tuis.

M. P.

Stella triplex, Pietas, Virtus, Doctrina, perennis
Eſt Geuderorum gloria, itemque decus.

VI. GROLANDORVM.

C. N.

Juſtitiæ examen, bona laudat, prava reſcindit;
Hoc *Cultrorum* acies, hoc *Roſa* blanda docet.

M. P.

Hem! *Roſa* uti triplici ſepta & circumdata ferro eſt,
Vepribus haud aliter gloria ſepta latet.

VII. GRVNDHERRIORVM.

C. N.

Ceu *diadema* caput, ceu fortia facta *Leonem*,
Sic Patriæ exornat res bene geſta Patres.

M. P.

M. P.

Magnanimo nemo negitat *diadema Leoni*,
Gens quoque virtutum hæc præmia larga tulit.

VIII. HALLERORVM.

C. N.

Norma Dei verbum eſt, bene quicunque utitur illo,
Inveniet cunctis rite quadrare locis.

M. P.

Quisque ſibi vitæ Bonus eſt Vir regula honeſtæ:
Halleros tales *candida norma* docet.

Reſpectu quadrati Clypei:

C. N.

Quid ſibi quæſo *trabes*, quid mens generoſa *Leonum*?
Ardua magnanimo corde gerenda docet.

M. P.

Trabs firma compage hæret, nil corda *Leonum*
Dejicit: Halleridum prorſus idem ingenium.

IX. HARSDORFERORVM.

C. N.

Eſto Devs *turris* nobis fortiſſima, cujus
Caſtelli excubias Angelus almus agat.

M. P.

Juſtitiæ ſpecula illa triplex cantata Platoni,
Arguit in gente hac juſtitiæ ſtudium.

X. HOLTZSCHVERORVM.

C. N.

Quisque *pedem* dextre Chriſti in veſtigia ſiſtit,
Is non obſcuris ambulat in tenebris.

M. P.

Qui mundi calcare lutum præſumit, eidem
Calceus ex uſu durus & altus erit.

XI. IMHOFIORVM.

C. N.

Parte *Leo* media, media ſed piſcis aquoſus,
Terris atque mari proſpera fata dabit.

M. P.

Deſinit æquorei *Leo* fortis in inguina piſcis,
Placatur linguæ flumine ſæpe furor.

XII. KRESSIORVM.

C. N.

Juſtitiæ *Gladius* librat æqua lance reatum,
Salvet ut innocuos, puniat utque reos.

M. P.

Sic porro *Gladium*, ſpem, præſidiumque bonorum,
Terroremque malis, Kreſſia ſtringe domus.

XIII. LOEFFELHOLTZIORVM.

C. N.

Eſt animal patiens *ovis*, & ſine bile, figuram
Non dedignatus cujus habere DEVS.

M. P.

Omnia fert *ovis*, & fert lanam: diſce vel inde,
Et prodeſſe bonis, & tolerare malos.

XIV. MVFFELIORVM.

C. N.

1.

Libertatis amans *Piſcis*, *Leo* fortis & audax,
Magnanimo grata eſt libera vita viro.

2.

Libertas *Piſci* eſt, virtus generoſa *Leoni*:
Hæc duo grande decus juncta tenentis erunt.

M. P.

Sunt glabri *Piſces*, hirti rigidique *Leones*:
Sic lenem eſſe juvat, ſæpe etiam rigidum.

XV.

XV. NVTZELIORVM.

C. N.

Quidnam deſignent *tria candida Lilia*, quæris?
Famam & nomen odor, candida corda color.

M. P.

Lilia terna virent, triplici fragrantia odore:
Hinc fragrant Patriæ Curia, Templa, Scholæ.

Reſpectu quadrati Clypei:

C. N.

Illæſis oculis Solem *Jovis* aſpicit *ales*;
Illæſa CHRISTVS mente colendus erit.

M. P.

Candida qui niveo circumfert *Lilia* corde,
Hunc *Aquila* apprenſum præpes in aſtra rapit.

XVI. PAVMGARTNERORVM.

C. N.

1.

Qui *volucres* paſcis, Pater, & qui *Lilia* veſtis,
Corporis atque animæ ſit tibi cura meæ.

2.

Inter odoriferos decus ut ſunt *Lilia* flores;
Sic decus eſt docilis *Pſittacus* inter aves.

M. P.

Flos, & *avis*, Paumgartnerorum encomia clamant:
Lilia candorem, *Pſittacus* eloquium.

XVII. PFINZINGORVM.

C. N.

Aurea pars medii clypei, pars altera nigra,
Fortunam placide ſuadet utramque feras.

M. P.

Quem vehat aurato radiantem gloria curru,
Hunc multa exercet cura laborque prius.

XVIII. PÖMERORVM.

C. N.

Ne ſtructura cadat, *trabibus* firmatur, itemque,
Quod domui trabs eſt, hoc Patriæ eſto tuæ.

M. P.

Læta fluunt modice, quod rubra & candida ſignant,
Dimidium vitæ nox habet & tenebræ.

XIX. RIETERORVM.

C. N.

Deſinit in *Piſcem* Regina virago marinum,
Regali ex Cypro nobile ſtemma trahit.

M. P.

Qualiter in *geminum Piſcem* hæc Regina puella
Deſinit, in monſtrum ſic quoque luxus abit.

XX. SCHLVSSELFELDERORVM.

C. N.

Cuſtodem *Claves* teſtantur in Vrbe fidelem:
Nam vigili cura paxque quiesque vigent.

M. P.

Cuſtodi Numen, Patriam, ſecretaque mentis:
Hæc tria nunc Clavis te monet iſta triplex.

XXI. STARCKIORVM.

C. N.

Robore *vir* præſtans animos in corde viriles
Signat, & hinc ortum creditur eſſe genus.

M. P.

Vir, *raſtro* armatus gemino, ſua robora monſtrat,
Judicium ætatis ſcilicet arma regit.

XXII. STROMERORVM.

C. N.

Quo magis opprimitur Virtus, magis illa reſurgit,
Sic quaſſata magis *Lilia* dulce fragrant.

M. P.

M. P.

Lilia terna uno junguntur caule, quid inde?
Nempe unum & trinum noris ut eſſe DEVM.

XXIII. TETZELIORVM.

C. N.

Manſuetus *Catus* eſt, ſimul & quoque pronus ad iram:
Sic quid utrumque decet tempus, utrinque docet.

M. P.

Nemo adeo ferus eſt, quem non domet atque inflectat
Ingenium ſollers, quod *Catus* iſte docet.

XXIV. TVCHERORVM.

C. N.

Auro dives *Arabs*, fortunas ſpondet opesque
His, qui rem dextra ſedulitate gerunt.

M. P.

Cancellis incluſus *Arabs*, ſervire paratus,
Edocet invitis durum adhibere jugum.

XXV. VOLCKAMERORVM.

C. N.

Virtus eſt conſtans, Fortuna volubilis, illam
Lilia præſentant, hanc *Rota fracta* notat.

M. P.

Lilia ſub *Rotula* florent, flagrantque, quid iſtud?
Curia candorem, judiciumque probat.

XXVI. WELSERORVM.

C. N.

Quamvis nil curent flores, nil *Lilia* campi,
Rege ſuperba tamen ſunt Salomone magis.

M. P.

Liliolum mirare, viden? nix mixta rubori eſt:
Candorem exornat ſic pudor ingenuus.

CAPVT

CAPVT XXIV.

Oſtenditur tota ratio ac habitudo Noribergenſis Reipublicæ, producta in medium Chriſtophori Scheurelii JC. ad Johannem Staupizium epiſtola.

CONradus Rittershuſius V. C. & hujus Academiæ decus perennaturum, in Commentario de vita Graviſſimi & ſuprema elogia meriti Senatoris Noribergenſis, Bilibaldi Pirckheimeri, aſſeruit, *Noribergenſem Rempublicam, inter omnes Germaniæ Civitates, cum paucis prope ſolam Optimatum parere imperio, quum reliquæ fere populari, ſive Democratico regantur atque adminiſtrentur conſilio.* Ipſe vero Pirckheimerus, abſolute, & citra ullam exceptiunculam ſcripſerat Baptiſtæ Egnatio Pio Veneto: *Inter omnes Germaniæ Respublicas, ſola noſtra, inſtar veſtræ, ab Optimatibus & Patriciis gubernatur.* Ergo, inſigniter utique operæ pretium eſt, docere, quæ ſit elegantiſſima illa hujus Reipublicæ habitudo; quomodo Optimates conceſſam ſibi poteſtatem adminiſtrent, & quomodo populi ſalutem, quæ ſuprema illis lex eſt, procurent. Juvat noſſe, qua ratione omnia ita ordinata ſint, ut ab eo inde tempore, quo primum purior hæc Ariſtocratiæ forma a Carolo IV. Cæſare introducta eſt, in hanc usque diem, nulla unquam ſeditio, nulli motus populares prodierint, ſed perpetua tranquillitate ac felicitate gaviſa ſit Civitas, fueritque ſemper inter Magiſtratum & Cives, ſumma animorum conſenſio, ita, ut ille, cura, ſolicitudine, affectu, pietate, hi, obſequio, fide, amore, officium faciendo, mutuum certamen iniverint. Eſt cæteroqui, recte ita cenſente Cornelio Nepote in Chabriæ vita, *hoc commune vitium in magnis liberisque Civitatibus, ut invidia gloriæ comes ſit, & libenter de his detrahant, quos eminere vident altius; neque animo æquo pauperes alienam opulentium intuentur fortunam*: quin imo Tacitus in vita Agricolæ, non magnis tantum, ſed & parvis Civitatibus communa vitium eſſe pronunciat, ignorantiam recti, & invidiam. Hinc igitur plurimum ſuccreſcunt inimicitiæ, flagrant ſimultates, inſignes attenuantur, humiles contra in altum ſurgunt, & ſummarum cum imis crebro fit permutatio. Sed apud nos livor nullus, nulla malevolentia, & quisque, quem ipſum Deus eſſe juſſit, & humana qua in parte eum locavit, id eſſe vult, nihilque mavult.

Cæterum, labore Rempublicam Noribergenſem ſecundum partes deſcribendi, & Magiſtratuum electiones, claſſes ac officia penſiculate ediſſerendi, jampridem nos ſublevavit, *Chriſtophorus Scheurelius* J. C. & Reipublicæ Noribergenſis Conſiliarius, *Varro* inſuper, *& commune oraculum,*

culum, item βιϐλιοθήκη τις ἔμψυχ☉ καὶ περιπατῶν Μυσεῖον, prout a Johanne Sauberto Theologo, patre, in Orat. 1. de Bibliotheca dilaudatur, prolixa de hoc argumento ad *Johannem Staupizium*, Auguſtiniani Ordinis per Germaniam Vicarium Generalem, ſcripta epiſtola: hanc igitur repræſentamus.

Præfatio, & quod Senatus Noremb: quærit conſilium & Sapientiam a Deo.

CAP. I.

OBſequia debita! Deſiderat Paternitas tua, Reverende Præſes, quemadmodum Reſpubl. noſtra regatur, reddi certior. Deſidero ego tibi gerere morem, cui dare beneficium recipere eſt. Nec moveor, quod in deſcribendis Magiſtratibus noſtris, non habeo quem imiter. Pro tua prudentia ex paucis multa conjicies, qui non cupis in præſenti hiſtoriam me texere, ſed regendi modum tranſeunter attingere. Principio igitur non eſt hic Populus ignarus, omnem Sapientiam, omnia conſilia, omnia gubernacula a ſolo Deo pendere, juxta illud vulgatum: Homo proponit, Deus diſponit: quam rem tibi non demonſtro, neque enim ſus Minervam. Vnde quotiens res ardua conſulitur, totiens Senatus rogatu, Clerus ſupplicationes, quandoque etiam Proceſſiones indicit, decernitque. Propterea, ex veteri ritu, omni tertia feria Paſche Eccleſiatim cantatur miſſa Spiritus Sancti, hortatur Populus rogare Deum, uthi ſibi præficiantur, qui cum Dei timore conjunxere prudentiam, ut Magiſtratus diſtribuantur Viris, non Viri Magiſtratibus. Ejus rei gratia, mox dato ſigno, conſcendunt Prætorium Senatores, una cum reliquis Civibus honoratis, qui dicuntur Nominati, id eſt, de Conſilio majori.

CAP. II.

De Numero Senatorum, & eorum Nominibus.

Conſtat autem Senatus Nuremberg. ex XLII. quorum XXXIV. ſunt Patricii, & VIII. Plebeji. Patricii diſtribuuntur in VIII. antiquos Nominatos, & XXVI. Burgi-magiſtros, Quorum tredecim ſunt Conſules & tredecim Scabini. Præterea ex Burgi-Magiſtris XIII. dicuntur antiquiores, reliqui XIII. Juniores. Horum nulla differentia. Sed inter antquiores VII. vocantur antiqui Domini, ſive Seniores, vel a numero, Septem-Viri. Inter hos III. ſunt Civitatis Capitanei, & inter Capitaneos duo Quæſtores, nos Loſunger dicimus, quorum prior primatum obtinet.

CAP. III.

Qui dicuntur Nominati, & de Officio eorum.

Conſilium majus conſtituunt Cives honorati. Horum non eſt numerus fixus. Numerantur tamen ferme ducenti. Hi dicuntur Nominati, & ſunt, qui honeſte vivunt, qui victum manibus non quæritant, præter pauculos egregios artifices. Horum Signis magna fides adhibetur. Duo, iure municipali tabulas ſignant, quarum Cæſareæ leges ſeptem teſtes requirunt. Ex his Senatores deliguntur. Ipſi tres Electores Senatus eligunt. Quotiens Senatus tributum imponit, aut bellum indicit, totiens ſententias ferre rogantur. Quandoque etiam conveniunt audituri ſuſpecta tempora, & quemadmodum Principes ad Francofurdienſes nundinas conducere velint, & idgenus eorum officium, ferre teſtimonium, ſequi Patrum decreta. Vndeeſſe Nominatum, non vulgaris eſt honor.

CAP. IV.

De Electione Electorum Senatus.

Coacto igitur, ut præfatus ſum, Conſilio majori, Nominatus quisq; medio juramento eligit unum Conſulem, & unum Scabinum ex antiquis Dominis, vel ſaltem antiquioribus Burgimagiſtris. Similiter Senatus eligit tres antiquos Nominatos, hac lege, ut majora ſuffragia prævaleant, & duo ejusdem familiæ non legantur, neque is, qui proximo Paſchate elegit. Hi quinque dicuntur Electores Senatus, quibus conſcriptis, nemo amplius eſt Senator, omnes ſunt privati, omnia officia, omnes Magiſtratus vacant.

CAP. V.

Qualiter Electores ſine intermiſſione eligant Senatum, & de eorum poteſtate.

Dimiſſis cunctis, ſoli Electores, dato prius jurejurando, conclave ineunt, neque edunt, donec ſit perfecta electio. Eligunt autem Senatum univerſum, præter antiquos Nominatos, quod ad omnes Senatores ſpectat. Plerumque Veteres reeligunt. Quandoque tamen juniorem aliquem prætereunt; vel qui propter ſenium, vel aliquam juſtam cauſam vacationem petit: alioquin neminem, niſi ex arduâ cauſa. Quippe non reeligi, ignominia eſt. Præterea in demortuorum loca novos ſufficiunt. Nam hoc ſolo die, & per hos ſolos, datur & non redditur toga. Propter mortis tantum, aut maximam neceſſitatem, puta deme-

rita,

rita gravia, his permittitur eligere perſonam, aut etiam antiquum Nominatum mutare in Burgi-Magiſtrum, non autem augere dignitatem. Poſtremo Juniores Burgi-Magiſtros Antiquioribus cooptant, ut ita ſingulis IV. ſeptimanis bini præſint, non tamen ejusdem Parentelæ. Quos etiam in Conſules & Scabinos partiuntur, & ſingulis ſua loca diſtribuunt, antiquos Civium Magiſtros antiquis Nominatis, & his utrisque Artifices artificioſe miſcentes, quo ordine eo anno ſententiæ rogantur. Vnde inter primos rogari honori habetur, ſicut primum rogari, futurum Quæſtorem præſagit. Quare ignaviam denotantes proverbio dicunt: Hic tot annis in uno pulvinari conſedit. Quippe ſingulis Senatoribus ſingula pulvinaria ſternuntur. Sequenti quarta feria, Nominatis publicant Electores, quibus majora ſeu plura dedere ſuffragia, iterumque juratur.

CAP. VI.

De novi Senatus primo officio.

Lectus novus Senatus, mox quinta feria antiquos Nominatos, ſi qui deſiderantur, ſibi cooptat. Dein ad officia Magiſtratus, & ſtipendiatos ſe convertit. Non eſt Magiſtratulus, officiolum ſeu etiam ſtipendiolum itat enue, de quo non ſententiæ rogentur omnium. Si quis publice adulteratur, aut alioquin reprehenſibiliter vivit aut agit, monetur, corrigitur, cancellatur. Propter Reliquiarum oſtenſionem primus Magiſtratus, ſicut honeſtiſſimus, ita quoque laborioſiſſimus habetur: quare ſemper primo Quæſtori deſignatur, & electo Collegæ, qui ferme proximus in antiquum Civium Magiſtrum eligendus venit. Singulis dehinc XXVIII. diebus, Senatus ſibi præficit alios duos Collegas, pro temporum ſuorum qualitate. In hunc modum finito anno, omnes XXVI. Burgi-Magiſtri geſſere Magiſtratum ad quatuor Septimanas, & ſi Paſcha citius tardiusve celebratur, hoc accreſcit decreſcitque poſtremo conſulatui.

CAP. VII.

De Burgi-Magiſtrorum officio.

Burgi-Magiſtrorum eſt, totos dies impendere Reipubl. turpe ducere totam noctem dormire, magnam diei partem in foro aut Prætorio verſari, audire querelantes, componere, conſeſſum jubere, ſolvere, mandare Pacem & id genus. Ad antiquum Civium Magiſtrum ſpectat, hoſpites honorare, literas reſignare, legere, extra ordinem pro arbitrio diu noctuq; Senatum cogere, alioquin veſperi vocare ſingulos Senatores ad

 diem

diem ſequentem, etiam medio jurejurando cauſas proponere, quas ipſe vult, ſententias rogare, numerare, diffinire, diffinita mandare deſcribi, Senatum dimittere, intereſſe etiam conſilio Seniorum. Extra ejus permiſſum nemo quicquam proponit, interea illius ſubſtitutus junior Burgi-Magiſter in Prætorio ambulat, libellos ſupplices & literas accipit & porrigit, & ſi quæ ſunt ſimilia.

CAP. VIII.

De Senatus qualitate, & augmento Senatoriæ dignitatis.

Omnis noſtra Reſpublica verſatur in manibus Patriciorum, quorum ſcilicet Proavi & Atavi nobis quoque præfuere. Advenæ, & Plebeji nihil poſſunt. Neque plebejorum eſt regere, quum omne regimen a Deo ſit, & bene regere paucisſimis conceſſum, his ſcilicet, qui ingenio ſingulari a ſumo rerum Opifice & natura quoq; dotati conſpiciuntur. Nemo igitur in Senatum, exceptis octo legitur, niſi cujus majores togati fuere, præter pauculos quosdam Advenas, vel etiam noſtrates, multum honeſte natos, ſed hi togam junioris Burgi-Magiſtri non exuunt. Alioquin ex hoc genere Septemviri legunt antiquos Civium Magiſtros, & ex his Senatus Seniores Dominos, unde generantur Capitanei & Quæſtores. Quare magnum ducitur Senatorem eſſe, majus Burgi-Magiſtrum antiquum, maximum Septemvirum, & deinde Quæſtorem. Plurimæ familiæ numerantur quidem Senatoriæ, multæ antiquum Burgi-Magiſtrum non tranſcendunt, paucæ Septemvirum gignunt, pauciores Capitaneum, pauciſſimæ Quæſtorem. De his non eſt lata certa lex, attamen in hunc modum, ni fallor, obſervatur. Vnum præterire nequeo, quod Doctoratus quantumcunque Patricius, togæ incapax cenſetur. Poſtremo, ex una Genealogia duo leguntur Senatores, & inter hos unus tantum Septemvir.

CAP. IX.

Quemadmodum Senatus majores Magiſtratus & officia conferat.

Si quando Septemvir, Quæſtor, aut id genus Officialis in demortui aut decedentis locum ſufficiendus eſt, duo Præſides quinque evocant, qui quatuor nominant eligibiles, quorum capita Patres conſcripti fabis committunt, atque hunc electum pronunciant, in quem majora ſuffragia declinant, hoc obſervato, ut cujus cauſa agitur, ejus agnati omnes atque alii propinqui, usque ad certum gradum, lege definitum, Patrum decretis haudquaquam interſint.

CAP.

CAP. X.

De Salario Senatorum.

Quæſtoribus conſtitutum eſt ingens Salarium; eis negotiari non licet. Septemviris ſolvuntur aurei ferme quinquaginta, præterea multa commoda & officia lucroſa diſtribuuntur his, qui auctoritate pollent, qualia ſunt, ſignare literas, & teſtamenta, & hujusmodi. Qui cauſa Reipublicæ abeſt, huic ſingulis diebus datur dimidius aureus, olim dabatur integer. Quotiens quis ad Rempubl. accedit, totiens illi ſignum porrigitur. Quotiens absque juſta cauſa Senatum negligit, totiens ſignum remittere tenetur, circumactis duo de triginta diebus, quodq; ſignum redimitur quinquaginta denariis: tarde veniens, quatuor denarios imponit pueris expoſititiis. Antiquo Burgi-Magiſtro dantur octo aurei, juniori, quatuor. Quotidie habetur Senatus ferme ad tres horas, eo dimiſſo, ſi opus eſt, perſeverant Seniores Domini, qui interdum etiam, ſubſiſtente cauſa ardua, remotis cæteris, totum diem de Republica conſultant.

CAP. XI.

De Quæſtoribus.

Quæſtorum ſumma dignitas & poteſtas eſt. Ipſi ſoli ærario præſunt. Habent Collegam, qui inter octo Artifices primatum obtinet, qui nomine Plebis quæſturam agit. Ejus officium, januam aperire, introeuntes & exeuntes conducere. Habent præterea duos honeſtos Cives, qui cuncta diligenter ſcribunt & reſcribunt. Cum his Quæſtores conveniunt ſingulis diebus Lunæ, Mercurii, Sabbati duas vel tres horas poſtmeridianas, & totam Septimanã, in quam angaria incidit, vel etiam integrum menſem, ubi tributa ſolvuntur, & totam ferme quadrageſimam, quo tempore omnium rationes audiunt, & reliquis Septemviris reddunt. Quæcunque expendenda ſunt, hi duo expendunt; quæcunque Ærario inferenda ſunt, hi duo accipiunt, inferunt, tractant. Ipſi publicas literas, & quæcunque ſignum judiciale habent, ſignant, nullius ſecreti non conſcii.

CAP. XII.

De tribus Capitaneis Civitatis.

Committuntur his claves Relliquiarum, Portarum, & Signa etiam ſeu Stendardæ Civitatis. In horum verba juratur, exorto tumultu ad hos recurritur, his obeditur.

CAP. XIII.
De Senioribus Dominis.

Septemvirorum Regimen manu tenet Rempublicam Nurembergenſem. Omnia Secreta hi tractant; nihil arduum, quod hi non conſultent, priusquam ad Patres referant. Reliqui, in comparatione horum, parum ſciunt, parum poſſunt, apud hos ſumma poteſtas, quanquam ærarii conditionem & ipſi vix ſciant, licet eis, ut monſtravimus, omnium acceptorum & expenſarum ratio reddatur; nunquam unus, ſemper duo eliguntur. Igitur uno mortuo, expectatur ſexti quoque deceſſus. Vix ſemel aut iterum octavus electus fuit, graviſſimis ſcilicet Reipubl. temporibus.

CAP. XIV.
De Antiquis Nominatis.

Antiqui Nominati cenſentur tanquam milites emeriti, ab omni ferme onere vacant, nullos magiſtratus gerunt, nullas dignitates conſcendunt, niſi forte in Burgimagiſtros juniores eligantur. Nam antiquus Nominatus in antiquum Civium Magiſtrum non evadit. Rogati ſententiam dicunt, aut fabam porrigunt, ſi libet. Qui tarde, utpote per cognatos impeditus, ad Rempublicam accedit, & aſcendere non ſperatur, vel indignus judicatur, qui fratrem habet Conſulem. Nam duo fratres Burgi-Magiſtratum difficulter ſortiuntur. Qui auctoritate pollet, & ſapientia præſtat, ſed de his parentibus non gignitur, qui majores ſortiti ſunt Magiſtratus, is inter antiquos Nominatos cooptatur, quorum dignitas olim major erat: hodie tres ex eis antiquis Burgi-Magiſtris pares connumerantur, potiſſimum, qui Senatum eligunt. Reliqui quinque antiquiores Civium Magiſtros ſequuntur.

CAP. XV.
De Scabinis.

Tredecim Scabini per Electores deſignati, exceptis antiquis Dominis, in hoc gravantur, quod tormentis interſint, illorum erraa teſtantur, ſanguinem judicant omnes, quanquam nihil judicant, quod Patres prius non decrevere. Jurat autem quisque Senatorum majora ſuffragia, tametſi ipſe decreviſſet, manibus & pedibus ſequi.

CAP. XVI.
De Artificibus.

Octo artificia, octo dant Senatores. His conſtitutum certum Salarium, liberum adeſſe, liberum abeſſe, liberum votum dare. Honores enim

enim non gerunt. Quæ Patres decernunt, approbant. His ſuffragiis ſubſcribunt, quæ majori nituntur æquitate.

CAP. XVII.

De Quinque-Viris.

Quinque-Viri nomen ſortiuntur a numero. Hi ſunt duo Civium Magiſtri præſentes, & duo, qui proxime Magiſtratum poſuere, quibus Senatus quintum addit ex ordine, ſubſtituitque in Quæſtorum locum, qui ab eo onere vacant. Propterea ſingulis quatuor ſeptimanis mutantur. Hi diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, tribus pomeridianis horis pro tribunali cum Scriba ſuo ſedent. Danturq; ſingulis Denarii XXV. Hi cauſas audiunt injuriarum & dirimunt: ſi quis leges exceſſit, corripiunt & mulctant, procedunt ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu & figura Judicii. Libellum non recipiunt; Procuratorem, Advocatum adſiſtentem non admittunt, teſtimonia raro audiunt, ſacramento pleraque dirimunt, caſus graviores ad Senatum referunt, ab iis non appellatur. Maximum arbitror hoc Civitatis beneficium, & quantum exprimere nequeo. Tu pro tua prudentia facile colligere potes.

CAP. XVIII.

De Præfectis Rei Militaris.

Summa temporum difficultas horum numerum usque ad ſeptem auxit, tribus tamen onus principaliter incumbit. Nam numero impari Noſtrates gaudent. Horum prior Præfectus militum appellatur. Habent officinam ſuam, in qua conveniunt, ubi opus eſt. Deputatur his certum ſalarium, ac Scribæ, aurei centum annui. Hi multa habent Secreta, quæ ad rem militarem pertinent, horum curæ committuntur univerſi territorii villæ, ruſtici, equi, currus, & id genus alia, quæ conſulto prætereo. Ad unguem hæc habent deſcripta, noruntque, Decreviſſe arbitrantur, parum referre, modo juſtum ſit bellum, an ex inſidiis pugnetur. Vnde quale illorum ſit officium, quæ cura, qui labor, tu magis ſcire potes.

CAP. XIX.

De Præfectis agri Norici.

Præfectura hæc ante biennium inſtituta eſt, cum antea quæque Civitas, quodque Caſtrum, in unius Senatoris tutelam committebatur: poſtea vero conſultius viſum eſt, creare quinque Senatores Præfectos univerſi territorii Nurembergenſis, illorumque fidei permittere, quæ bello acqui-

acquiſivimus Bavarico. Hi Officialium rationes audiunt, his permiſſa poteſtas limitata. Pro Senatu omnia illa gerunt: habent & ipſi Scribam, cui centum aurei ſolvuntur, ſingulis vero Præfectis viginti quinque. His interdictum medio Sacramento, quæcunque dona recipere, etiam eſculenta, potulentave.

CAP. XX.

De Tutoribus Viduarum & Pupillorum.

Eligit Senatus ex gremio ſuo tres ſupremos tutores, conſtituto annuo ſalario quadraginta aureorum. Hi diebus Martis, Jovis & Sabbathi, horis pomeridianis, præſente Scriba ſuo, pro tribunali ſedent, non tamen habent jurisdictionem contentioſam, ſed voluntariam tantum, h. e. nihil diffiniunt, ſed quod juſtum eſt judicant, hæreditates dividunt, ultimam voluntatem exequuntur, tutores dant, in demortui ſuſpecti, aut excuſantis locum alium ſufficiunt. Illorum cura, ut pecunia pupillaris fœneretur, id eſt, cenſus gignat, ut pupilli honeſte educentur; ſine horum permiſſu nullum prædium, nullus cenſus pupillaris diſtrahitur. Tutorum rationes audiunt, eos liberant, legata pia exigunt, extorquent, exequuntur. Niſi hanc Tutorum vigilantiam ante 12. annos a Senatu Veneto Patres mutuaſſent, plurima defunctorum eulogia quotidie ſupprimerentur. Et quod non minus pulchrum ducitur, quascunque fundationes beneficiorum, inſtitutiones operum piorum, Eccleſiaſticos reditus prædiaque hi conſcribunt, atque in ordinem redigunt, diligenter, quantum in eis eſt, jurant, ut a nniverſaria, miſſæ, & id genus divina officia, obſerventur, ut quæ ſemel Deo dicata ſunt, Sacerdotibus ejus manu-teneantur integra.

CAP. XXI.

De Syndico Civitatis & illius Collegis.

Syndicus, i. e. Pfander/ eligitur ex Conſilio majori. Ejus intereſt familiarum querelas dirimere, ut viæ publicæ mundæ ſint, ut caro, panis, & cætera, quæ in forum vehuntur, juſto pretio vendantur. Huic quatuor Senatores cooptantur, qui diebus Jovis, Martis & Sabbathi poſt meridiem artifices audiunt, ſi quis contra Statuta municipalia emit, vendit, operatur, aut imperfecte doloſeq; laborat, hunc mulctant, Magiſtros creant, & ut paucis dicam, qui officium Magiſtrorum Collegiorum apud alios, exercent apud nos hi quinque. Quotiens conveniunt, totiens ſolvuntur his denarii 25.

CAP. XXII.
De Præfectura Eccleſiaſtica.

Singulis Eccleſiis & Monaſteriis, tam in Vrbe, quam extra Vrbem, imo ſingulis Xenodochiis, præficiuntur ſinguli Senatores; qui, tanquam ſpeciales Patroni, cauſas horum agunt, apud Senatum horum negotia expediunt, defendunt.

Noſtro Tuchero obvenit S. Sebaldus, S. Spiritus, i. e. Hoſpitale, S. Auguſtinus, S. Catharina.

Noſtro Ebnero commiſſa Diva Virgo, commiſſum Monaſterium Vallis Angelorum, ubi Chriſtina Ebnerin ex majoribus ſuis miraculis claret, & beata colitur.

CAP. XXIII.
De Judicio Civitatis.

Ex Nominatis deligit Senatus octo Cives honeſtos, qui ferme ex reditibus vivunt: hi duo tribunalia, ſive duas menſas habent: ſingulis diebus Lunæ, Mercurii, Veneris, tribus integris horis, contentiones, præſidentibus ſemper duobus Senatoribus, publice audiunt, interloquuntur, diffiniunt terminos, obſervant, libellos, exceptiones, replicas, duplicas accipiunt, ſcriptas, procedunt ſervato juris ordine. Cauſas tamen usque ad 32. aureos audiunt ſummarie & plane. Reliquis diebus, puta Martis, Jovis & Sabbathi, totidem horis antemeridianis acta legunt, ſententias, poſt promulgandas, dictant, diffiniuntque. Si cauſæ ſint arduæ, utraque menſa coit. His Patres deputant Aſſeſſores tres aut quatuor Doctores, quorum eſt conſulere, & jus indicare tantum: Scabinorum, dare ſuffragia. Ab his appellantur Patres usque ad DC. aureos. Deinde Cæſareum ſive judicium Imperiale. Coëuntibus dantur ſigna, quæ ſingula exactis quatuor ſeptimanis redimuntur quarta parte aurei. Abſenti nil datur, niſi forte Reipublicæ cauſa. Imo ſignum reddere debet; ſicut tardiuſcule veniens quatuor denarios expoſititiis pueris. Judex, horum ſententias exequitur, ſanguinem judicat, tormentis adeſt, & ipſi ſalarium conſtitutum non contemnendum. Cauſas usq; ad quinq; aureos audiunt Judices pedanei, ideſt Nuncii jurati, quorum quatuor ſunt.

CAP. XXIV.
De Judicio Ruſticorum.

Huic judicio cooptantur Cives honeſti, etiam majoris Conſilii, quamprimum uxores ducunt, absque numero præfinito. Cupit enim Senatus filios ſuos exerceri in hac ſchola ſive palæſtra. Vnde poſtea

egrediuntur Scabini & Senatores. Ibi diſcunt terminos & praxin, & ſpe lucelli indolem oſtentant. Apud hos etiam in duas menſas diviſos litigant ruſtici omnes, noſtris ſubjecti. Ob hoc aliquando magnæ nobis contentiones fuére cum Alberto Marchione. Nam a quo quis judicatur, hunc in bellum ſequitur; quare tum maxima utilitas Civitati provenit. Ruſticorum judicium obſervatur Sabbatho peracto prandio ad tres horas. Cuilibet Scabino dantur Sexaginta denarii. Mane autem, vel quo alio die, quando præſente Doctore ſententiæ dictitantur, acta audiunt, & diffiniunt, quadraginta.

CAP. XXV.
De Jure-Conſultis Senatus.

Patres in Senatum Doctores non admittunt. Quotiens in ſententiis diſcrepant, aut caſus Jurisprudentiam expoſtulat, totiens duos ex ſe ordinant, qui facto prandio conſulunt Doctores, & poſtero die conſulta referunt. Hoc accidit in ſeptimana ter, quater, quinquies, ubi opus eſt. Horum Jureperitorum ſunt quinque. Nam duo obiêre. Habet inſuper Senatus quatuor alios Advocatos juratos, qui publico ſtipendio, quanquam etiam non absque privato, Civibus conſulunt, quod aliis integrum non eſt, qui ſolum Senatum reſpiciunt. Dantur etiam ſtipendia Doctoribus Auguſtenſibus & Ingolſtadienſibus, ad quos Patres in rebus arduis confugiunt. Præterea Doctorum officium, in cauſis Reipublicæ patrocinari, orare, cauſas appellationum domi legere, conſulere, ſententiam dictare. Neq; enim Patres judicant, niſi recitatis actis & pellectis ſententiis duorum aut trium Jureconſultorum, quandoque plurium, ubi diſcrepant. Ita in omnibus, & per omnia vigilantes ſe exhibent. Tribunalia, unde ad eos appellatur, ſunt ferme duodecim. Salaria Doctorum quaſi CC. aurei. Eorum officium, laborare totum diem, & quandoque noctis aliquam partem, nunquam habere requiem. Collocantur autem inter Septemviros, & antiquos Civium Magiſtros.

CAP. XXVI.
De Cancellaria Senatus.

Cancellariæ præſunt duo, qui dicuntur Scribæ Senatus, nullius non conſcii ſecreti: Conſilio Senatus interſunt ambo, Septemvirali, alter tantum. Omnia Decreta ſcribunt, literas dictant, legunt. Sunt oculi Magiſtratus. Eorum Salaria CC. aurei. Sub ſe habent ſex ſubſtitutos, qui totum diem ſcribunt. Eorum emolumenta C. aureos aſcendunt.

Con-

Concluſio Epiſtolæ.

Habes, Integerrime Pater, labores & operas meas decem horarum, quas certe nec revidi, nec relegi. Prout quodve verbum in buccam venit, ita in calamum incidit. Tanta eſt mea arrogantia & confidentia de tua bonitate, qui meam officinam nunquam aſpernatus es. Scio, quæ tibi offert Albertus noſter, emuncta eſſe, culta eſſe, & qualia Coum Apellem, & Aurelianum Præſulem decent. Vnde non miror, ſi placent, ſi ad ſtomachum faciunt. Sed non omnes poſſumus eſſe Düreri. Quod ad animi dotes pertinet, libenter illi cedo. In te amando nec Alberto, nec cuiquam ſum ſecundus, & interdum floribus & lacte litant, qui non habent thura. Debuiſſem forte ornatius & copioſius ad te perſcribere, præſertim de Eleemoſyna, & piis operibus hujus Civitatis: ſed me ſibi vendicat inductio ſermonũ tuorum, ubi negligentiam rependam. Quare hæc qualiacunq; excuſare, & non ingrato animo ſuſcipere digneris. Vale Pater Optime. Noribergæ d. XV. Decembr. An. M. D.XVI.

CAPVT XXV.

De Legibus Noribergenſibus. Non omnes Venetis acceptæ ferendæ ſunt, ſed aliquæ aliunde petitæ. Cur Noribergenſes quotannis Bruxellas & Argentoratum Gladium mittant. Spangenbergii error notatur. Codex Legum Noribergenſium quare Reformationis nomen acceperit. De veteri inter Venetam & Noribergenſem Rempublicam conjunctione neceſſitudinis. Editur integer libellus tutelarium legum, quas Dux Venetus cum Noribergenſibus communicavit.

CVm in haud ulla probe conſtituta Repnbl. arbitria, imperantium pro legibus eſſe debeant, atque ceu architectis opus nullum recte proceſſerit ſine libella & amuſſi: ita nec his, qui ad clavum ſedent, & Magiſtratu funguntur, ſine Legum directrice norma, eapropter nemini dubium relinquitur, omnino requiri, ut Noribergenſis Reſpublica LEGIBVS ſaluberrimis inſtructa ſit.

Cæterum, Inclyto Veneto Senatui, quod ſua inſtituta cum Noribergenſibus ille communicaverit, Leges noſtras fere omnes acceptas ferendas eſſe, non Germani tantum promiſcue, ſed & Itali Scriptores, conſenſu quodam tradiderunt. Annibalis Scoti, & Joh. Nicolai Doglioni teſtimonia apud Limnæum in tomo 1. addition. inter l. 7. c. 35. n. 9. ſupplementa comparent. Illis addendum, quod eſt apud Petrum Juſtinianum lib. 2. Hiſt. Venet. *Venere ex Noribergenſi ampla & libera in*

Germania civitate, Legati, qui exemplum Venetarum legum a Patribus petiverunt; quas uti ſanctiſſimas, prudenterque inſtitutas civitas illa ſequi optabat. Id quidem frequens Senatus concedendum cenſuit, legeſque in Germaniam perductæ ſunt, quibus ad hunc diem Norimbergenſes utuntur. Quodque Bembus l. 7. Hiſtor. Venet. ſcripſit: *Noribergenſis, ampla & florens, atq; imprimis libera, ſuique juris in Germania Civitas, miſſis ad Vrbem Legatis, exemplum Venetarum legum, a Patribus petierunt, velleque ſeſe iis uti legibus oſtenderunt: quod quidem illis Senatus frequens conceſſit.* Monſtrant quoq; Venetiis, in Aula majore Ducalis Palatii, rei monumentum, picturam; Noribergenſium puta Legatorum, a Duce Veneto Leges & Statuta expetentium, imaginem. Atque de *Legibus* ſane *Tutelaribus* conſtat, illas Leonhardum Loredanum Ducem Venetum A. 1506. Senatui Noribergenſi, in XXXV. Capita redactas, ſubmiſiſſe, noſtrique Annales fidem faciunt, ad eas petendas miſſum fuiſſe *Conradum im Hofium*, qui ejus rei conſilium dederat. Cuſtoditur ipſum libelli avthenticum exemplar, Norbergæ, in Curia Tutelari, cujus mox dabitur, quod deſcripſimus, apographum. Non tamen negandum, aliquas leges aliunde quoq; accepiſſe Noribergenſes, & de *Bruxellana* quidem Civitate, ſic eſt apud Guilielmum Zenocarum a Scawenberg in libro de Republica vita & moribus Caroli V. Imperatoris. *Non mirum, ſi Nurenberga, a Bruxellana Civitate, (quemadmodum olim Roma ab Athenis & Sparta) formam Magiſtratuum Legumque ad Rempublicam gerendam petierit, eique ob eam cauſam, adhuc quotannis, Enſem maximum gratitudinis ergo dono mittat.* Quanquam, quod de Enſe ait, non exiſtimamus, hunc tam ob leges exhibitas referendæ gratiæ cauſa, quam ob commerciorum libertatem Bruxellas annuatim transmitti. Nam ſic Argentoratum quoque, ob mercaturæ jus, quotannis a Noribergenſibus Enſe donatur, dicente Limnæo Tomo 1. Addit. Jur. Publ. l. 77. c. 35. p. 153. *Argentinæ mihi relatum fuit,* daß in der Johannes-Meß/ auf einen gewiſſen Tag/ in dem Zollkeller daſelbſten von der Stadt Nürnberg gelieffert werde/ ein breiter Degen/ zween lincke Handſchue von Leder/ und ein haſſelner geſcheelter Stab biß auf den Handgrif/ einer Straßburgiſchen Elen lang/ und eine Sonne-Cron zu verzehren. Im Fall/ ſolches nicht abgerichtet würde/ dürffte kein Nürnberger dahin handeln/ oder ſeine Wahren allda verkauffen. Minus gnari cauſæ hujus inſtituti erant, qui Cyriaco Spangenbergio, quod ex parte 1. des Adelſpieges c. xx. perſpicimus, perſuaſerunt, die Stadt nemme das Halsgericht von Biſchof zu Straßburg/ als den Landgrafen im Elſaß/ zu Lehen/ und ſchicke deſſen zum Zeugnus jährlich gen Straßburg in die Waage/ ein ſcharf ſpitzig Schwerd/ da auf einer Seiten ein guldin Marienbild/ und auf

der

der andern Seiten S. Geergen Bildnuß geetzet / und zween linckeHandſchue/ſtarck und gut/wol heran biß an den Elenbogen gehend / und einen weiſſen Stab / oder baculum, benebeu einen Gulden. Merito ergo laudatus Limnæus, cum Tom. 2. Addit. iſta attuliſſet, ſubjecit : *Ego id verum affirmare non audeo ; credo autem a Civitate Norimbergenſi, hæc omnia Civitati Argentinenſi, non Epiſcopo mitti, nec in recognitionem meri Imperii, ſed partim propter liberum commercium, partim alias ob cauſas, quæ me latent.* De reliquo, fertur id quoque, *Valentiam* Noribergenſibus Leges ſuppeditaſſe, quod & a Ludovico Guicciardino in Belgii deſcriptione his confirmatur verbis : *Reſpublica Valentiana, in civilibus & criminalibus, cæteriſque partibus, ita bene conſtituta eſt, ut exteri ſæpenumero exempla hinc ſibi petierint, quæ in patriæ ſuæ ſtatu conſtituendo ſequerentur. Inter alios, Noribergenſes, cum ad ſingulas pæne urbes certos homines mitterent, ut, exemplo veterum Romanorum, viris prudentibus omni in re imitandum, bonas ac laudabiles aliorum leges in uſum ſuum transferrent, eas hic invenerunt conſuetudines, ut cupide ſtatim nonnullas arripuerint quæ hucusq; in excellenti illa optimeq; inſtituta Republica* Noribergenſi *obſervarentur.* Non male igitur judicaſſe videtur, loco ante allegato Limnæus, inquiens: *Credibile eſt, a variis Norimbergenſes Reipublicæ ſuæ formam petiiſſe. Hinc factum, ut alii Venetam, alii Valentinianenſem in Hannonia, alii Bruxellanam matricem Norimbergenſis nominaverint.*

Redactæ ſunt Leges Noriberg. quarum nunc uſus eſt, in unum corpus ſive volumen, quod *Reformationis* nomẽ habet. Veteres leges, *Statuta* vocabantur ; hæc autem quoniam circa medium ſuperioris ſeculi, autoritate publica, opera vero imprimis *Valentini Közleri* & *Chriſtophori Gugelii* Jurecon ſultorũ, emendationem acceperunt, placuit correctis ſic, atq; ordine convenienti digeſtis, *Reformationis* appellationem indere, quomodo & Francofurtenſibus & Wormatienſibus ſuæ leges nominantur. Atque valet Reformatio Noribergenſis, non Norbergæ tantum, & in annexo territorio, ſed in Judicio quoq; Aulico & Camera ſecundum eam fit deciſio, quoties cauſæ per appellationem ad ſuprema hæc Imperii tribunalia devolvuntur.

Cæterum, fuerat jam olim, ceu Bilibaldus Pirckheimerus in epiſtola ad Baptiſtam Egnatium Pium Venetum prædicat, *fatalis quædam & innata animi propenſio inter Venetos & Nurembergenſes.* Idem profitetur ipſe Senatus Venetus, in epiſtola ad Noribergenſem Magiſtratum miſſa, quæ in Operibus Pirckheimeri, & apud Cardinalem Tuſchum extat, atque hic quoque comparere geſtit :

DVX ET SENATVS VENETORVM, REIP. ET COMMVNITATI NORIMBERGENSI.

NOn equidem noſtra culpa, P. N. Cæſar nobis hoſtis eſt; atq; adeo ejus aures obduratæ ſunt, ut colloquendi nusquam facultas ſit. Neque id tamen in ipſum referimus, qui clementiſſimus eſt, ſed potius id fieri putamus ſuggeſtione malevolentium, qui dum ſibi tantum conſultum exiſtimant, nullam habent rationem collapſuri Romani Imperii. Etenim muneribus capti ſunt, & non vident, Gallos natura Germanis infeſtos eſſe, & geſtire coronam Imperii. Et quidem ea Cæſari in aperto res eſt. Namque ipſe ſæpe etiam profitebatur, facile collapſura machinamenta hujusmodi, ſi celeri remedio occurratur, ſicut & futurum credimus, ſi modo Cæſar ita velit, ut poteſt, obviam ire: atque ea, quæ facimus, & quæ per Oratores facturi dicturique ſumus, in bonam partem accipere. Et quænam nos egimus adverſus Cæſarem, niſi ea, quæ plena officii ſunt? Bello laceſſiti, tuendi nos gratia obſiſtimus: & quæ ceperamus, ultro reddidimus, dum ea re regem Maximilianum placatum iri merito putaremus. Inſuper non modo cupimus fœdus rite factum validum & inviolatum eſſe, ſed etiam pacem perpetuam intercedere cum veſtro Cæſare, cujus, ſi poſſumus, eſſe volumus ſemper cultores obſequentiſſimi. Verum obſtant obtrectatores, quibus vos obviam ire par eſt, dum noſtra ſimul & res veſtra agitur, quando mutua noſtra commercia viciſſim ſemper uſui ſint. Noſtra præſertim in vobis ſpes eſt, & in Deo Optimo Maximo, quem proculdubio ſperamus nobis auxilio fore, non immemorem eorum, quæ ſemper egimus, ſervandæ & augendæ Chriſtianæ religionis gratia. Namq; alioquin Reges terræ nobis infeſti ſunt magis, quam unquam in Turcas fuerint, & rem Venetam quanto maximo poſſunt ſtudio perditum eunt. Vos igitur, auctore Deo, qui ſemper antiqua benevolentia nobis conjuncti fuiſtis, noſtram quæſo cauſam agite apud Cæſarem, ut veſtra opera ipſo conciliato, nobiſcum vos rebus noſtris omnibus uti poſſitis, atque conſervata dignitas & civitas noſtra nobis non magis quam vobis ſemper uſui ſit.

Nullum igitur mirum, quod Senatus Noribergenſis, a Duce & Republica Veneta auſus eſt legum, quibus illa utitur tutelarium communicationem ſibi expetere, quodque Senatus Venetus citra hæſitationem, promte deſideriis Noribergenſium obſecundavit, ſuasque leges, libro membranaceo, quartæ formæ, compactura rubra, foliisque XXXII. conſtante, e quibus illud in quo leges incipiunt, eleganter pictum marginem habet, inſcribi juſſit, hujusque Magiſtratum Norimbergenſem reddidit compotem. Iſte liber privatim hactenus haud irreverenter, ceu æquum erat, cuſtoditus, nunc totus ſecundum omnes apices, prodit in publicam lucem.

TABV-

TABVLA CAPITVLORVM HVIVS COMPENDII.

TRia in Tutelis præcavenda, & qualem eligi Tutorem oporteat.

De tempore, teſtamentariis Tutoribus ad acceptandum limitato.

Si Tutorum pars Tutelam aſſumpſerit, pars adhuc deliberet.

Si Teſtator extra urbem deceſſerit.

Si nullus foris acceptaverit.

Qui dicantur præſentes, & qui abſentes.

De Notarii teſtamentarii officio.

Quibus Tutelam gerere ſine fidejuſſione non licet.

Quæ ſint interdicta Tutoribus.

De Adjunctis Tutori dandis, & privatione ejuſdem.

De modo intromittendi Tutelam.

De officio Tutoris.

Qui dicantur privati Tutores.

Qui publici.

Diſtinctio Tutorum publicorum.

De dignitate, & electione eorum.

De eorundem officio, Aſſidentibus & Miniſtris.

De modo tutelarium pecuniarum cuſtodiendarum.

De Salariis.

De ratiociniis ſuperſtitum Procuratorum, aliquo eorum decedente.

De Judicibus eorum.

De dativis Tutelis juxta legem Statuti.

Additio. D. Procuratores ex mandato Domini Ducis, vel Judicum Proprii, dandos.

De D. Procuratoribus dandis ex Senatusconſulto Rogatorum.

De Commiſſario, cui bona Inteſtati per Magiſtratum foris dantur Venetiis præſtanda.

Si ea bona mitti Venetias non poſſunt, quid fieri oporteat.

De præmio & pœna hujusmodi Commiſſario propoſitis.

De modo procedendi ſuper bonis præſentatis.

De præſentatione bonorum per Procuratorem defuncti.

De tutore furioſi.

De ſubrogatione liberorum ejus in Tutelam.

De privilegiis Tutelæ defuncti.

De ratiociniis exhibendis, & reliquis reſtituendis.

De Actione contra Tutores.

De Adulto a Tutela remoto.

LEONARDUS Lauredanus: Dei gratia Dux Venetiarum & cæt. Magnificis & Spectabilibus Viris, Magiſtratui, Senatuiq; Civitatis Norimbergenſis, Amicis cariſſimis, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Superioribus diebus accepimus literas veſtras, quibus, pro jure veteris amicitiæ noſtræ, requiritis habere leges ſtatutaque noſtra, in cauſis tam Pupillorum, quam Tutorum, ut Civibus ac Subditis veſtris conſulatis. Fuimus equidem omni tempore ſtudioſi, Magnificentiis Veſtris gratificari, & hujusmet animi, ac diſpoſitionis ſumus in præſentia. Sed in hac petitione veſtra, eo promtiores, quo eam de ſtatu noſtro opinionem in vobis eſſe conſpicimus, ut & de nobis ſentiatis honorifice, & in admi niſtratione Reipubl. veſtræ, legibus & ordinibus noſtris conformari cupiatis. Itaque libentiſſime Magnificentiis Veſtris, morem gerere volentes, juſſimus Decreta noſtra, ſuper ejusmodi materia in unum redigi, quo fieri potuit compendioſius, & lucidius, idque mittimus Magnificentiis Veſtris, quæ animum non minus noſtrum, quam munus metiantur. Verum, hoc Vobis dixerimus, non poſſe regulis generalibus cuncta complecti. Sunt enim plures caſus, quam leges, eſtque juſtior juſtus Judex, quam juſta Lex. Neceſſe igitur eſt, ut juxta novorum caſuum, indies emergentium, qualitates, malitiis hominum occurratur, & novis remediis proſpiciatur pauperum ac pupillorum indemnitati. Quod facile nimirum eſt factu, ſi in condendis legibus imprimis præ oculis habuerimus Optimum Deum Noſtrum, & Illius infallibilis omnium Judicis timorem, & Juſtitiam omnibus affectibus noſtris præpoſuerimus. Quod autem reliquum eſt, ſi quid a Nobis fieri poteſt Magnificentiis Veſtris, aut Concivibus commodum, aut gratum, non patiemur in aliquo officium noſtrum deſiderari.

Datæ in noſtro Ducali Palatio die VIII Novembris, Indictione X, Milleſimo quingenteſimo ſexto.

Gaſpar a Vidua
Secretarius.

COM-

COMPENDIVM LEGVM AC ORDINVM REIP. VENETÆ

DE TVTELIS PVPILLORVM.

Tria in Tutelis præcavenda, & qualem eligi Tutorem oporteat.

IN omni Tutela, quæ tam ad bonorum, quam perſonarum tuitionem & gubernationem referri debet, ſive per teſtatorem inſtituenda, ſive danda per Judicem, Tria hæc proſpicienda Majores noſtri ſemper exiſtimaverunt. Primum, circa pupillorum mores, ne jaceant, torpeantve, ſed multo magis ne corrumpantur. Secundum, circa res & bona, ne malitia adminiſtrantium, & fraude, jura obruantur, & bona ſupprimantur, & pereant. Tertium, ne ipſorum inopia adminiſtrantium, poſt bonorum dilapidationem, jura quidem maneant, bona autem jam conſumpta nequeant recuperari. Sunt vero reperti ejusmodi Tutores egregii, ſeu Gubernatores, & Adminiſtratores, qui uno, aut duobus peccatorum, quæ prædiximus, non contenti, omnia tria ſtrenue ſunt conſecuti. In Tutelis itaque pupillaribus, ubi & perſonarum tuitio, & bonorum conſervatio exigitur, cura vigili iidem Patres noſtri, quoad ipſorum pupillorum educationem attinet, ſi matre civiliter morata, & prudenti, ac vitæ honeſtate decorata caruerint, apud proximiorem vita & moribus approbatum, & prudentem, eos educandos crediderunt oportere, quod, & naturali juri, & ſcriptæ legi eſt conſentaneum. Tutorem vero pupillis, & eorum bonis, ſive a Teſtatore inſtituendus, ſive a Judice dandus fuerit, eum eligendum, quoad fieri poſſit, cenſuerunt, qui curam perſonarum pupillorum, ſive apud ſe, ſive exterius hi fuerint educandi, tum in alimentis, tum in his, quæ ad eos diſciplinis, & bonis artibus erudiendos ſpectant, præſtandis, paterno ſuſcipiat affectu, quique eorundem bonorum rectam gubernationem, & adminiſtrationem, omni fide, integritate, & prudentia gerere poſſit, & velit: qui demum in omni caſu reſtitutionis, tutelaribus bonis deficientibus, cauta quoque & idonea fidejuſſione, in dativis, adhibita, ſit ſolvendo. In cæteris quoque Tutoribus, & gubernatoribus, qui ſuper bonis tantum a Judice dantur, ſive in Vrbe, ſive foris, (quod plerunque contingit) ſive ſuper defunctorum bonis, ſive mente alienatorum, ſive ſuper bonis abſentium, aut propter æs alienum abſentatorum, ſive quovis modo, ubi bonorum adminiſtratio in alios ſit transferenda, ea omnia, quæ de pupillorum proſpexerunt bonis, proſpicienda ſemper putaverunt. Nec minorem inſuper in teſta-

teſtamentariis tutelis,contra omnes privatorum Tutorum malitias, & fraudes,ac bonorum tutelarium dilapidationes, opitulandis & conſervandis,diligentiam & cautionem adhibuerunt. Et propterea non ſolum Clariſſimos illos S. Marci Procuratores,tum in defunctorum cauſis, ubi tutelæ per Teſtamenta non ſunt inſtitutæ, aut ipſis vel ex toto, vel ex parte, poſt inſtitutionem deficientibus, tum etiam in cauſis mente captorum, publicos Tutores,præter id, quod in privatis pluribus depoſitis,publicos depoſitarios eſſe voluerunt; ſed etiam propter easdem cauſas,& cautiones plures leges conſtituerunt, Senatusconſulta ſanxerunt,atque æquus Civium uſus,pluribus indiciis comprobatus, plurima introduxit. Quæ omnia,in diverſis prius voluminibus disperſa, nunc vero in unum quaſi epitoma collecta, & digeſta,ab his, quæ pro Tutelarum teſtamentariarum cautione prodita ſunt, inſumentes, ſubjiciemus.

De tempore teſtamentariis Tutoribus, ad acceptandum, limitato.

De Teſtamentariis itaque tutelis, quas Venetus uſus, in Teſtamentis, latiore ſumpto vocabulo, Commiſſarias appellat, at Legislator & Magiſtratus etiam Gubernationes,modo Conſervationes, & nonnunquam teſtamentorum furnitiones, ita lege cautum eſt: Qui Tutores præſentes fuerint, & tutelam gerere non intendunt, licet quidem illam impune renunciare. Si vero tutelam ipſam gerere conſtituunt, hanc, intra menſem a morte Teſtatoris, ſi in Vrbe, vel diſtrictu obierit,computandum, ſuſcipiant gerendam. Qui vero abſentes fuerint, his intra annum in Vrbem accedere, aut Procuratorem ad id conſtitutum mittere, & a die cujuslibet eorum adventus, ad Tutelam ſibi demandatam ſuſcipiendam, menſis indulgetur. Quorum temporum curriculo transacto, ſi tutelam acceptare prætermiſerint, ita a tutela illa cadunt,ac ſi eam expreſſe repudiaſſent: nec ultra illis, ad illam rurſus acceptandam, conceditur regreſſus.

Si Tutorum pars Tutelam aſſumpſerit, pars adhuc deliberet.

Tutorum inſtitutorum parte,tutelam juxta leges aſſumente,parte vero in deliberando adhuc pendente,qui ſumpſerint, quotam ſuam tantum gerant, quoad pars altera, ad limitatum per leges tempus,deliberet. Quod ſi ea quoque, juxta leges,acceptaverit,tutelam,omnes pariter onus ſubire debent. Si vero acceptare eam prætermiſerit,vel recuſaverit,illam pars altera gerat univerſam.

Si

Si Teſtator extra Vrbem deceſſerit.

Quum vero extra Vrbem, & ejus diſtrictum, mori Teſtatorem contigerit, Tutoresq; aut omnes, aut eorum major pars adſint inſtituti, qui a die mortis teſtatoris intra menſem tutelam ſuſceperint, res & bona univerſa illic exiſtentia, non tantum quotam, in ſe recipientes, eam integram, quoad bona illa gerant. Aliorum vero non illic exiſtentium bonorum, quamprimum ad eorum manus pervenerint, quotam duntaxat, quoad reliqui poterunt per leges deliberare.

Si nullus foris acceptaverit.

Si vero omnes aut abſint, aut præſentes recuſent, ſeu prætermittant, tunc noſtrum pro Republica Magiſtratum, ſi illic, aut in iisdem partibus extiterit, oportet accipere, & Venetias mittere, vel ducere omnia bona defuncti illic exiſtentia, Dominio noſtro, ut infra, præſentanda, alioquin, ne bona ipſa detrimentum patiantur, aut pereant, noſtræ nationis tres, aut plures, ſolenniter congregatos, eligere hominem fide dignum, jurejurando obſtrictum, cui, fideli & ſolenni Inventario confecto, bona illa univerſa aſſignent, in Vrbem, cum literis, exemploque Inventarii in eis incluſo, per ipſum, periculo tamen ipſorum bonorum, devehenda, ac Dominio noſtro primum præſentanda, deinde apud S. Marci Procuratores deponenda. Qui vero inſtituti Tutores, in Vrbe fuerint, menſis ad deliberandum, a tempore præſentati in Vrbe teſtamenti, computandus, qui vero abſentes, annus ad veniendum, aut Procuratorem ad id conſtitutum mittendum, & menſis, modo quo ſupra, ad deliberandum eis elargitur. Quibus terminis incaſſum tranſactis, omne eorum jus, tutelæ deinceps ſuſcipiendæ amittitur, ſalvo ſemper omni jure creditorum, ſuper ipſis bonis jus habentium.

Qui dicantur præſentes, & qui abſentes.

Præſentes hi dicuntur in hoc caſu, qui aut in Vrbe ſunt, aut Suburbiis, aut diſtrictu, aut in loco, ubi defunctus eſt Teſtator. Abſentes vero, qui extra Vrbis diſtrictum, aut extra locum, ubi Teſtator deceſſit, quoquo modo teſtatore decedente, reperiuntur.

De Notarii teſtamentarii officio.

Quilibet autem teſtamentarius Notarius, mortuo quamprimum Teſtatore, tenetur in publicam formam tranſcriptum, (ſi poteſt,) aut ſaltem ex ſcheda, ſuper corpore defuncti Teſtamentum legendo coram aſſiſtentibus de verbo ad verbum publicare. Ad octavum deinceps

diem, Commiſſariis, hoc eſt tutoribus ſcriptis, notitiam dare, illos eſſe talis teſtamenti Commiſſarios inſtitutos, nec non locis piis legata, ſi qua eis facta ſunt, denunciare :. ſi qua bona ſtabilia, aut ad tempus, aut perpetuo fideicommiſſo ſubjiciantur, Magiſtratui publico, qui Judices examinatorum dicuntur, ſignificare. Illis præterea omnibus, ac quibuscunque aliis, ex eodem teſtamento beneficiatis, ſi exemplum petierint, dare tenetur, ne ignorantia facti, aut probationum inopia, de jure aut officio ſuo quisquam amittat, aut quovis modo Teſtatoris voluntas retardetur.

Quibus Tutelam gerere ſine fidejuſſione non licet.

Verum, ne pupillis ad ætatem jam perventis, & ex tutela removendis, cum a Tutoribus ſuis bona recipere, & jura ſua conſequi voluerint, aut alii heredes, legatarii ve, aut creditores pari idē modo intenderint, id difficile fiat, tum propter reverentiam, quæ perſonis eccleſiaſticis merito debetur, tum etiam ob earundem libertatem, qua neq; in perſona, neque in bonis omnibus, ad bonorum reſtitutionem cogi poſſunt, & ſi quando accidat, ejusmodi tutorem eſſe litigioſum, & minus urbanum, propter fori diverſitatem contingat juſtitiam aliquando deperire, Patrum noſtrorum providentia, omnibus perſonis eccleſiaſticis, etſi inſtitutæ fuerint a teſtatore tutores, aut commiſſarii, interdictum tamen eſt, tutelam ſibi commiſſam gerere, niſi prius idoneam de recta adminiſtratione, & bonorum ſibi commiſſorum, tempore debito, reſtitutione, cum omni integritate illis, quibus ſpectabit, facienda, & de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo, civilem dederint cautionem.

Quæ ſint Tutoribus interdicta.

Tutoribus interdicitur, ne contra tutelam judicium ſuſcipiant voluntarium. Cautum eſt enim, a ſententiis voluntariis non licere appellari. Inter arbitros præterea, de jure & de facto, ſine Judicis decreto compromittere non licet. Sunt enim eorum ſententiæ apud Venetos inappellabiles, neque judicium in ſui favorem reſcindere, neque reſcindi ſponte conſentire, neque aliquo ſuo juri renunciare, neque paciſci, neque tranſigere, niſi quando auctoritate judicis, cognita cauſa, ea fieri poſſe declaretur. Item contra ea, quæ in ſuo Inventario fuerint deſcripta, omnis eorum probatio Tutoribus interdicitur. Inſuper pignori obligare adminiſtrationem ſuæ commiſſariæ, hoc eſt tutelæ, nedum vendere, aut aliter alienare, vel cedere cuiquam ſive ejus collega, ſive quispiam alius ille fuerit, prohibentur, ſtabiliaque bona & poſſeſſiones in continenti, & ea omnia ex quibus quotannis trahitur emolumentum.

mentum, ſicut pecuniæ impræſtitorum, & reliqua ejuſmodi, niſi prius a Magiſtratu cognitum fuerit neceſſarium, & conceſſum, vel niſi a Teſtatore declaratum.

De Adjunctis Tutori dandis, & privatione ejuſdem.

Si negligentes fuerint Tutores in adminiſtratione tutelæ, Judices eos præceptis & comminationibus, ac pœnis coërceant, vel, ſi de integritate & fide quis ſuſpectus fuerit, vel quod ære alieno laboret, vel pluribus inſtitutis tutoribus, major pars, vel melior deceſſerit, & minor remanſerit, vel deterior, Judices, cauſa cognita, ad eorum quorum intereſt, aut propinquorum pupillorum, petitionem, adjunctos, unum vel plures, ex ſibi propoſitis electos, ſi idonei fuerint judicati, aut Clariſſimos Sancti Marci Procuratores dabunt. Qui vero fraudem ſuæ tutelæ, aut ſupplantationem, ſive culpa ſua jacturam notabilem feciſſe fuerint convicti, hi, nedum privatione coërcentur, ſed pœna gravi mulctantur, atque ignominia infamiaque notantur.

De modo intromittendi Tutelam.

In omni vero Tutela teſtamentaria ſuſcipienda, quam ſuſceptionem noſtri legumlatores Intromiſſionem appellant, ex vetere Patrum inſtituto, Tutelam aſſumpturus Tutor, meminiſſe debet, ſe a Teſtatore alterum filiis ſuis patrem, & bonis ſuis fidum conſervatorem, pio quodam charitatis affectu, fuiſſe inſtitutum, multoque majori onere conſcientiæ gravari, ſi vota defuncti in extremo vitæ curſu, & eo momento, quo animam altiſſimo Creatori erat redditurus, ſibi Tutori, & ejus fidei credita, vel in minimo decipiat, aut etiam negligenter, & cum detrimento gerat, quam ſi cujuſquam etiam nunc viventis mandatum, quoquo modo ſuſceptum, aut in maximo fraudaret, aut cum maxima etiam jactura negligenter gereret. Priuſquam vero res & bona Tutelæ attingat Tutor, omnia fieri oportet, quæ lege de Tutoribus cauta ſunt, in ſuſcipienda Tutela fieri oportere. Cautionis vero legis hujuſmodi, infra, capitulo primo de dativis tutelis, exponentur. Quæ tam a teſtamentario Tutore, quam dativo, penitus ſunt ſervanda, præterquam quod fideijuſſionem non tenebitur præſtare Teſtamentarius, ex quo Teſtator fidei ſatis adhibuiſſe videtur, quod, citra hujuſmodi obligationes eum inſtituerit, vel niſi Teſtator eum aliis legitimis oneribus abſolvat.

De Officio Tutoris.

Officium autem cujuſque Tutoris, ſive Teſtamentarii ſive dativi eſſe non ambigitur, poſtquam ſemel Tutelam aſſumpſit, in ea diligen-

ter & omni fide, ac ſinceritate verſari, & ea in beneficium Tutelæ, de ipſius Tutelæ bonis procurare, quæ in ſuum proprium, & filiorum beneficium, de ſuis propriis bonis procuraret, & eo magis, quod de jure ſuo quisque, aut remittere, aut renunciare, & negligere impune & absq; culpa poteſt: At, de jure Tutelæ ea permittens, aut faciens, neque culpa caret, neque ignominia. Quod ſi perfide quicquam geſſiſſe aut fraudulenter, convincatur, infamia illico eum comitatur. Negligere itaque nihil oportet, quod Tutelæ emolumento eſſe poſſit. Quæ poſſunt cum utilitate conſervari, ne alienentur, peritura vero, aut vendantur, aut permutentur. Venduntur quoque, aut in utiliora permutantur, quæ ſervari quidem poſſunt, utilitatem tamen, aut officium nullum tribuentia. Hinc conſueverunt diligentes noſtri Tutores, ſubhaſtationes in plateis auctionando inſtituere, eorum mobilium, quæ aut ſervari ſine detrimento non poſſunt, aut ſine lucro poſſunt cuſtodiri, ut ſumpta ex eis pecunia, utiliora Tutelæ poſſint acquirere. Mercaturam quoque in beneficium tutelæ, ſi idonei ſunt Commiſſarii, ſolent exercere, quibus lex permittit quartam lucri partem ſibi lucrari. Computa præterea, & rationes tutelarium rerum, & jurium, libris ad id deputatis, clara diſtinctaque tenere, &, ut prædiximus, omnia, quæ diligens ac prudens paterfamilias, in ſuis, liberorumque ſuorum negotiis, facere conſuevit, ea in re tutelari perficere ſedulo atque accurate, bonum oportet Tutorem.

Qui dicantur privati Tutores.

Nunc, poſtquam tutelarum privatarum, quæ a teſtatoribus inſtituuntur, cautiones expedivimus, de publicis ſuccincte ſubjiciemus. Sed primo, quid privati tutores differant a publicis, videtur diſtinguendum. Privatos tutores hos dicimus, qui nullo publico funguntur Magiſtratu, ſive Nobiles Patricii hi fuerint, ſive ſimpliciter Cives, ſive plebei, ſive etiam forinſeci; quos aut teſtator inſtituit, aut Magiſtratus dedit, confirmavitve.

Qui Publici.

Publicos vero hos appellamus, quos ſpectatiſſimæ fidei, confirmatæque prudentiæ, ac vitæ ſanctioris, electos, Procuratores S. Marci Venetus Senatus conſtituit. Eſt autem perpetua, & citra Ducale faſtigium, ſuprema dignitas, quibus Templi D. Marci ejusque pretioſiſſimi Sanctuarii cura, a primordio eſt commiſſa, & quorum fidei tutelæ, tum teſtamentariæ frequenter, præſertim quæ magni ſunt momenti, tum etiam per leges & Magiſtratus dativæ, Depoſitaque privata, tanquam vene-

venerando Sacrario, plurima committuntur. Qui, tum ex publicis, tum etiam ex privatorum curis, & procurationibus, Procuratores, Patrum noſtrorum decreto, per excellentiam ſunt nuncupati.

Diſtinctio Tutorum Publicorum.

Horum Clariſſimorum Procuratorum, qui ſunt numero novem, tres ſunt Manus, ejusdem tamen dignitatis, & excellentiæ: quarum unaquæque ex trium Senatorum numero, quos ſupra a Senatu electos conſtitui diximus, expletur: ex quibus Manus duæ hæ ſunt, quæ, quotiens teſtator quispiam Procuratores ſuos Commiſſarios inſtituit, inſtitutæ cum hujusmodi diſtinctione intelliguntur, ut ſi teſtator citra Canale magnum, per quod in duas partes Civitas diſtinguitur, habitaverit, Procuratores tres, qui de citra nuncupantur, ſi vero ultra ipſum Canale habitaverit, alii tres, qui de ultra cognominantur, inſtituti eſſe intelliguntur. Verum ſi contingat aliquem inteſtatum, tam citra Canale habitantem, quam ultra, decedere, & liberos dimiſerit impuberes, tertia Manus, qui Procuratores de ſupra nominantur, a lege, & Magiſtratu tutores & gubernatores illis dantur. Pari modo, ſi teſtatus quis deceſſerit, & is quidem Commiſſarios inſtituerit, ſed eos, aut ipſorum renunciatione, aut prætermiſſione, ſeu morte, aut judicio, caſuve aliquo deſiiſſe conſtiterit, in quacunque Vrbis parte teſtator habitaverit, teſtamento illius nondum expletam executionem conſecuto, tunc ad petitionem cujusque intereſſe habentis, Procuratores ejusdem tertiæ Manus, quos de ſupra diximus nuncupari, Senatus decreto, & Ducali, ſeu Magiſtratus auctoritate interpoſita (ut infra dicemus) dantur illius teſtamenti executores, quod genus ſuperius teſtamentorum, furnitiones memoravimus nominari.

De Dignitate, & Electione eorum.

Quoniam magna atq; importantiſſima Vrbis negotia, quæ, ſicut ſupra attigimus ſunt, Divi Marci ſpecioſiſſimi ac ſingularis excellentiæ Templi atq; pretioſiſſimi ejusdem Sanctuarii, cura, his præſtantiſſimis Senatoribus imprimis eſt comiſſa, præterea defunctorū depoſita, pro eorum animarum redemptione, in pias cauſas eroganda, atq; eodem exemplo vota plurimorum, in bonis & liberis ſuis recte & rite tutandis & gubernandis creduntur, nec non cauſæ fere omnes pupillares, teſtamentaria inſtitutione carentes, atque teſtamentorum furnitiones, per leges & Magiſtratus dantur, fortunæ quoque privatorum, & ſpontanee & per leges plurimæ deponuntur, ut jam dictum eſt. Primarii, & omni integritate, fideque ac vitæ ſanctimonia perſpectiſſimi Senatores, ad Magiſtratum

ſtratum illum ſingularem, perpetuo, niſi, qui ad ſublimem Principatus apicem, eo vacante, dignus fuerit judicatus, gerendum, ſolenniore electione, & ſcrutinio, quod longum foret recenſere, eliguntur, & confirmantur.

De eorundem Officio, Aſſidentibus, & Miniſtris.

Officium autem eorum, quoad tutelas ſibi creditas attinet, eſt plenam, claram, & particularem diſpoſitionis cujusque defuncti ſibi creditæ, habere intelligentiam, & tum in legatis ad pias cauſas, pro animarum ſalute erogandis, tum in alios quoque uſus, juxta teſtatorum intentionem, diſtribuendis, & præterea pro conſervandis, augendisque, & tutelæ, & pupillorum ſibi creditorum bonis, eorumq; perſonis recte, riteque, tum in alimentis, tum etiam in diſciplinis, & bonis moribus, educandis, curam vigilem & diligentem adhibere, ne quid in ipſis adminiſtrationibus perperam, doloſe, callide, negligenter, per eos, quorum miniſterio utuntur, in damnum, aut detrimentum ſuarum tutelarum committatur. Propterea domo imprimis publica, in ædibus ad hanc dignitatem deputatis, unusquisq; eorum, ad ſuam & familiæ comoditatem, & dignitatem, perpetuo honoratur. Locus inſuper in eisdem ædibus, unicuique Manui, ad ſuum communiter officium, una cum Aſſidentibus ſuis, Aſtantibus, & miniſtris exercendum, & locus item alter intrinſecus illi conjunctus, ubi ſcrinia, libri, & reliquæ ſcripturæ, ſecretiores, ſacculique, ac pecuniæ reponuntur, eſt ſibi deputatus. Quin etiam pro reditibus & proventibus, ac reliquis tutelaribus bonis reponendis, & conſervandis, horrea ſeorſum tenent propria, nec non interdum, ubi neceſſitas exigit, conductitia, decretique unicuique Manui asſidentes, Advocatus unus Jurisperitus, qui ad jura omnium ipſis commiſſarum tutelarum, indaganda, & defendenda ſit promptus & idoneus, & ſcribæ duo, qui diligenti cura, & ſedulitate, rationes, & computa cujusque tutelæ, clara & diſtincta ſingulis libris conſcribant. Aſtantes quoque habent deputatos Caſtaldiones duos, qui executorum, atque exactorum gerunt officium, miniſtrosque pariter duos, qui leviora tranſigant, ac mandatis reliquorum ſibi Superiorum præſto ſint, & affatim ſibi mandata exequantur.

De modo tutelarium pecuniarum cuſtodiendarum.

Scripturæ quidem & libri communes ab Advocatis & Scribis, ad eorum voluntatem tractari poſſunt: at pecuniæ uniuscujusque tutelæ in ipſorum Clariſſimorum Procuratorum duntaxat manent manu & poteſtate, nec in unius ſolius, aut duorum, neq; quisquam quicquam

ſingula-

ſingulariter, ſed omnes tres in ſolidum eas poſſident, & tenent. Locum enim (ut ſupra attigimus) unaquæque Manus in loco habent intimum, arcanum, & tutum, ad depoſitum pecuniarum omnium ſuarum tutelarium accommodatum, & dedicatum, ubi ſingulis tutelis ſacculus, in quo ſuæ cujusque tutelæ pecuniæ reponuntur, eſt deputatus. Locum vero illum tribus diverſis Clavibus hi Clariſſimi Patres, ne quid ſuſpicionis aliquando quenquam poſſit attentare, claudendum duxerunt, quarum unicuique ſua eſt tradita, adeo, ut neque deponi, neque extrahi illinc quicquam poſſit, niſi tribus illis Procuratoribus conſentientibus, clavibusque illis tribus ad id conficiendum collatis. Nec vero extrahi etiam tunc quicquam licet, nec deponi pariter, niſi id, quantulumcunque fuerit, manu unius trium Procuratorum, ſuper quodam libro, ad hoc ſpecialiter deputato, & per ſuos ſimul ſcribas, ſuper particularibus ſingularum tutelarum libris, eodem contextu conſcribatur, ac momento.

De Salariis.

Salarium nullum hic Clariſſimus Magiſtratus, minime lucri avidus, exigit, verum Præſtantiſſimi hi Patres, conſcientia recte factorum, ſpeque divinæ retributionis, ac Magiſtratus dignitate contenti, ea lucrum ſuum ducunt, ab ipſis vero ſcribis, pro ſuſtentatione tum Advocatorum, tum Scribarum, Caſtaldionumque, ac Miniſtrorum, quos ſupra memoravimus, ex omni pecunia, quam a Caſtaldionibus exigi contingit, quinque ex omni centenario eximuntur. ex qua ſumma, Salaria ipſis Advocatis, Scribis, Caſtaldionibus, & Miniſtris conſtituta, ſolvuntur, reliquis, ſi quæ tandem ſuperfuerint, in pias cauſas erogandis.

De Ratiociniis ſuperſtitum Procuratorum, aliquo eorum decedente.

Defuncto vero uno trium cujusque Manus Procuratorum, ſuperſtites collegæ tenentur defuncti Procuratoris claves in Sereniſſimi Principis manu quamprimum deponere, Procuratori poſtea in locum defuncti electo, conſignandas. Ad hæc ſuperſtites illi duo, eidem novo electo, priusquam ſe immiſceat, & Magiſtratum exercere incipiat, rationes, & computa omnium per ſe, cum defuncto Collega, usque ad diem illam adminiſtratorum, clare, particulariter, & exacte oſtendere, & demonſtrare pariter tenentur, & oſtendunt, atque demonſtrant.

De Judicibus eorum.

Inſuper ut res pupillares, tutelaresque, his publicis Clariſſimis Tutoribus commiſſæ, cum omni rectitudine, & juſtitiæ complemento regantur, & procedant, tres nobiles perſpectæ prudentiæ Patritii, per noſtrum majus Concilium quotannis conſtituuntur, ſuper cauſis & controverſiis tutelarum prædictarum, proprii Judices, quibus forum in Ducali Palatio eſt, a Patribus noſtris, a primordio cum ſuis ſcribis, & miniſtris conſtitutum, qui Judices propriis dictis unicuique Manui conſtitutis, cauſas omnes, quibus Procuratores memorati, ſive ut rei, ſive tanquam actores, ſive quoquo modo, intereſſe habent, ordinario judicio tenentur expedire, ex quo Judices Procuratorum ſunt ex Senatusconſulto cognominati.

De Dativis tutelis juxta legem ſtatuti.

Expedito, de Teſtamentariis tutelis, tutoribusque tractatu, & primum de privatis, deinde de publicis, ac de officio, Aſſiſtentibus, Aſtantibus, ac miniſtris eorum, atque judicibus: nunc de Dativis, tam privatis, quam publicis, tam foris, quam in Vrbe, breviter videtur diſpiciendum. Veteri jure a Patribus eſt conſtitutum, & moribus, plurimisque judiciis comprobatum, quod mortuo patre inteſtato, & filiis infra XII. annum relictis. (quod tamen tempus usque ad quartum decimum annum eſt poſtera lege prorogatum) propinqui, tam ex parte matris, quam ex parte patris, ſi in Vrbe utrique fuerint, ſin minus, ab altero tantum latere, eant ad D. Ducem, & Judices, & tutorem petant pupillis dari. Verum propinquis utrinque deficientibus, extranei petere, ex cauſa, id poſſunt. Judices autem, examine diligenti facto, & tutoribus, ſi idonei viſi fuerint, per legem, & judicium, & ad petitionem propinquorum, datis, poteſtatem ipſis tutoribus dabunt, in exactionibus, & adminiſtratione bonorum, quam Judices ipſi duxerint expedire. Quibus tamen tutoribus non prius inſtrumentum tutelæ conſignari oportet, quam ſolenni, & particulari Inventario, in præſentia Judicum, & manu Scribæ Curiæ, per capita omnium rerum, & per particularem æſtimationem confecto, atque in publico archivo repoſito, ſeſe jurejurando, adhibita quoque interdum fidejuſſione, obſtrinxerint, veram & rectam adminiſtrationem omnium bonorum & rerum facturos, & adminiſtratorum rationem reddituros, utileque & proficuum pupillorum procuraturos, & intra menſes ſex, a die quo pupilli ad ætatem pervenerint, vel a die finitæ quoquo modo tutelæ computandos, omnia bona ipſis tunc adultis, aut his qui vicem eorum repræſentarint, plene, integreq; reſtitue-

reſtituere,tutoribus vero, prius quam pupilli ad ætatem pervenerint, vel rationem & bona receperint, decedentibus, hi, qui vicem defunctorum repræſentant,rationem & bona intra dictum tempus, a morte Tutorum citra,ipſis pupillis in integrum reddere tenentur, atque in ratione ſic reddenda,jurejurando juxta eorum conſcientiam, ita verum eſſe affirmare,inſtrumento quietationis omnium eorum, quæ reſtituentur, ipſis reſtituentibus ad eorum cautionem, publico conficiendo.

Additio. D. Procuratores ex mandato Dni Ducis, vel Judicum Proprii dandos.

Senatus decreto poſtea eſt additum, ut, ſi quandò, aut per Dnum Ducem, aut per eum Magiſtratum, qui Judicatus proprii appellatur, mandatum fuerit, Procuratores S. Marci pupillorum aliquorum, ſeu etiam mente captorum, juxta formam legis ſuſcipere debere tutelam, id facere teneantur, & bona eorum ac jura adminiſtrare, tueri, atque defendere,tam in judicio,quam extra, ubi & quando fuerit opportunum. Eodem quoque Senatus decreto proviſum eſt, ut quandocunq; contingat,aliquo defectu expeditiones, & complementa aliquorum teſtamentorum retardari, & Dnus Dux, aut præfatus Magiſtratus decreverit D. Procuratores ipſa teſtamenta furnire in his quæ defecerint furnienda,debeant ipſi Domini Procuratores ipſa teſtamenta furnire,& bona ipſorum teſtantium recuperare, & quæ in dictis teſtamentis defuerunt exequenda & expedienda,exequantur & expediant.

De D. Procuratoribus dandis, ex Senatusconſulto Rogatorum.

Aucta demum cum populo hominum cupiditate & audacia, tutores nonnulli per legem dati, bonis pupillorum & tutelæ ſibi creditæ adeo abuti cœperant, ut quum pupilli ad ætatem perveniebant,aut ſucceſſores abſentes,& heredes, in Vrbem,& domum ſuam redibant, libri quidem,& reliqui actus, ſive recte, ſive perperam facti, ſæpe apparebant,res autem tutelares,bona, & pecuniæ,nullibi reperiebantur.Quare Patrum noſtrorum & Senatus decreto, tantæ jacturæ juſtitiæ eſt occurſum, & proviſum, ut quando occurrat civem aliquem decedere inteſtatum,ejus ſucceſſoribus, aut extra Vrbem exiſtentibus,aut in pupillari ætate conſtitutis, & tutelam ſeu gubernationem ipſorum pupillorum,& bonorum ab aliquo Magiſtratu ſibi dari petunt,defuncti illius attinentes,quibus ſucceſſio illa de jure non ſpectat,non audiantur,ſed Procuratores S. Marci de cætero ſint tutores eorundem pupillorum, & eorum atq; abſentium heredum facultatis conſervatores,quoad aut ad ætatem

tatem pervenerint pupilli,aut heredes in urbem revertentur,idq; per ſuos Judices Procuratorum, de quibus ſupra fecimus mentionem, fieri debeat,integro nihilominus ipſis Judicibus manente arbitrio,jus tribuendi aliquibus ipſorum heredum abſentium, vel pupillorum præſentium propinquis,poſſe ſimul cum ipſis D. Procuratoribus,illorum jura tueri, atq; defendere,utilitatemque eorum procurare, modo res & bona non attingant,ſed in manibus ipſorum Dominorum Procuratorum ea in tuto permaneant.

De Commiſſario, cui bona inteſtati foris per Magiſtratum dantur Venetiis præſentanda.

De hiis,qui foris moriuntur,nonnunquam uſuvenit,Mercatores bona tum ſua,tum ab aliis ſibi ad mercaturam commendata habentes, inteſtatos decedere, quibus tamen teſtatis, teſtamentum ſalvo ſemper omni jure creditorum,pro lege ſervari oportet. Si vero inteſtati deceſſerint,ne illorum bona, in damnum tum ſucceſſorum,tum etiam creditorum,patiantur detrimentum,lex jubet,ſi in loco eodem, ſeu in partibus pro Venetorum Dominio aliquis gerat Magiſtratum, hunc bona illius defuncti, confecto ſolenniter Inventario apprehendere, ſeu apprehendi jubere,& Venetias,per hominem fide dignum, in teſtimonio bonorum hominum ea mittere,alioquin Magiſtratu nullo illic exiſtente, tres noſtræ nationis,aut plures,ſolenniter congregatos,(ut ſupra in defunctis teſtatis diximus) ne bona ipſa pereant,prudentem, ac perſpectæ integritatis virum eligere,cui ſimiliter, in teſtium fide dignorum præſentia præſtito prius eidem,de fideli eorum bonorum adminiſtratione & conſervatione juramento,tradi ipſa bona faciant,una cum Inventarii exemplo,literisque ad Dnum Ducem directis,Venetias,juxta leges,deferenda,lege,vel ipſi Magiſtratui autoritatem tradente, vel ipſi electo poſſe deliberare,utrum expediat bona ipſa defuncti,aut tota,aut eorum partem vendi, an cum aliis permutari, an ex eorum pecunia alias mercaturas inveſtiri,quemadmodum utilitati tum ſucceſſorum, tum etiam creditorum defuncti,magis videbitur expedire.

Si mitti ea bona Venetias non poſſint, quid fieri oporteat.

At, ſi Magiſtratus ille, vel, ubi Magiſtratus defuerit, congregati propter id boni viri,mittere ſtatim bona illa non potuerint Venetias, lex jubet ea in commendatione,quo melius fieri poterit, deponi, tradenda deinceps illi, vel illis, quibus Dnus Dux cum ſuo Conſilio, per literas tradenda mandaverit.

De

De præmio, & pœna, hujusmodi Commiſſario propoſitis.

Propoſitum quoque eidem Commiſſario, qui hoc onus, bonorum Venetias portandorum aſſumpſerit, & legem ſervarit, ex lege ſalarium, pœnam quoque prævaricatori eadem lex irrogat: nam, qui bona illa intra dies triginta, poſt ejus in Vrbem adventum, cum omni integritate, ad Officium Judicum proprii, vel ubi per Dominium eidem fuerit mandatum, præſentaverit, ſi per Magiſtratum fuerit conſtitutus Commiſſarius, quatuor pro Centenario, aut quantum fuerit inter eos conventum, pro labore ſuo, & induſtria recipiat. Qui vero non a Magriſtratu, ſed ab aliis congregatis bonis hominibus fuerit Commiſſarius conſtitutus, & bona illa aut permutaverit, aut vendiderit, & in aliis mercaturis inveſtiverit, & intra dies XX. ex quo in Vrbem adventarit, integre præſentaverit, quatuor ſimiliter pro Centenario. At, ſi eadem ipſa defuncti bona ſimpliciter, & quidem cum integritate, intra dictum tempus præſentaverit, duo tantum pro cento recipiat, chartam quoque ſecuritatis, & quietationis, ad ſui cautionem, ſimul cum lucro dari utriq; lex jubet. Qui vero legem ipſam non ſervaverit, tam in bonis tempore debito non præſentandis, quam in eorum diminutione, pœnam lex in duplum ſtatuit, ſucceſſoribus, creditoribusve applicandam. Lege quoque cavetur periculum his, qui ſuper ipſis bonis jus habent, in conductura imminere.

De modo procedendi ſuper bonis præſentatis.

Præſentantur autem ea bona ordinarie ei Magiſtratui, quos Judices proprii appellamus. Hi vero ſtatim lege jubente faciunt publice declarari per præconem, bona illa de ratione illius inteſtati, ex tali loco fuiſſe præſentata, & citari ſimiliter omnes, ſuper eis jus habere quocunq; modo prætendentes, ut cum ſuis jurib⁹ adſint, computa, res & jura comparentium diligenter examinant, controverſias, ſi quæ inſurgunt, audiunt, Capitale ſuum unicuique oſtendenti, ſi in bonis illis ad integram, omnium jus in illis habentium quantitatem, repertum fuerit, conſignari jubent; ſin minus, per portiones diminutum, id volenti, & chartam ſecuritatis de accepto facienti, jure nihilominus de integro, ſi habuerint, præſentando, contra heredes defuncti, quum ad ætatem pervenerint, ipſi creditori ſervato. Si vero Creditor capitale diminutum acceptare recuſaverit, Judices in manibus Procuratorum S. Marci, ad utilitatem ſuccedentium, deponant. Quod ſi nemo comparuerit in termino Creditor, Judices, apud S. Marci eosdem Procuratores, omnia illa bona deponant ad beneficium ſucceſſorum, ætatem non habentium,

ad quos, quum ad ætatem pervenerint, creditores regreſſum, modo quo ſupra, habere poſſunt. Si vero lucra ultra Capitalia reperiuntur, & quomodo ea proceſſerint, apparuerit, portiones ſuas unicuique creditorum debent tribuere. In deponendis vero per Judices, apud Procuratores S. Marci bonis, eo modo & ordine, quo ipſi Judices acceperint, debent conſignare.

De præſentatione bonorum per Procuratorem defuncti.

Nec minus ſuper his, qui de ſtatu vitæ ſuæ dubitantes, & foris exiſtentes teſtantur, & Commiſſarios in Vrbe nominant, ſuumque Procuratorem quempiam conſtituunt, eundemque cum ſuis bonis, ſeu cum eorum parte, ſive etiam cum alienis ſibi teſtatoribus commendatis, Venetias mittunt, teſtamentariis ſuis Commiſſariis præſentanda, lege cautum eſt, Procuratorem illum, ad ſtatutum ſibi a ſuo Committenti tempus, vel, ſi ſtatutum non fuerit, intra trimeſtre, poſtquam in Vrbem adventarit, Commiſſariis in Vrbe non repertis, bona illa omnia Judicibus Proprii, ſupra memoratis, omnino præſentare: alioquin pœna dupli ſucceſſoribus, creditoribusve defuncti applicanda, mulctandum. Judices vero ſuper bonis ſibi præſentatis, quæ, lege jubente, tenentur, exequantur.

De Tutore furioſi.

Furioſo quoq; tutorem dari lex jubet, eo modo, auctoritate, & poteſtate, quibus ſuperius diximus pupillis dari, poſtquam Judicibus per idoneos teſtes fuerit comprobatum, illum eſſe mente alienatum. Filio, vel filiis mente capti, vel ex filio nepoti, vel nepotibus, quartum decimum annum excedentibus, primum ad hujusmodi tutelam vocatis, Cujus tutoris officium & auctoritas eo majora ſunt his, quæ pupillorum tutoribus dantur, quod vult lex tutorem hunc auctoritatem habere, non ſolum in omni judicio comparendi, & ea facere poſſe, quæ quisq; Procurator cum mandato ampliſſimo facere poſſet, & omnia ejus bona, præter ſtabilia, alienare: verum permittit etiam filias vel neptes mente alienati ex filio indiviſo, virgines nobiles deſpondere, & matrimonio copulare, dotem eis, ex quibuslibet bonis ſatui ſtatuere, & ſi qua in religionem ingredi voluerit, eam ponere, & dotare, cum illarum tamen conſilio propinquorum. Tenetur quoque tutor tantum ex bonis furioſi a ſe receptis quotannis contribuere pro alimentis, quantum pro victu & veſtitu, tam ipſius furioſi, quam ipſius uxoris & filiorum ac reliquæ familiæ ſufficerint, ad eorum commodam ſuſtentationem.

De

De ſubrogatione liberorum ejus in tutelam.

Si vero filios habuerit furioſus, vel nepotes ex filio minores, & poſtea unus vel plures ad ætatem annorum quatuordecim pervenerint, hi tutelam in ſe quamprimum a tutore illo recipient, adminiſtrabunt, & gubernabunt, juxta formam legis, ut ſupra eſt expreſſum, ratione computoque adminiſtrationis, & bonis omnibus, & reliquis tutelæ ſpectantibus a tutore priore habitis & receptis. Quod ſi reliqui filii, vel nepotes minores, unus, vel plures, ad ætatem pervenerint eandem, ipſi quoque ratione adminiſtrationis, ab his, qui hactenus adminiſtraverint, habita, pariter adminiſtrabunt, quæ ſupererunt adminiſtranda, cum omnibus modis, auctoritate, & poteſtate ſupra declaratis.

De Privilegiis tutelæ defuncti.

Omnis tutela defuncti, quæ in judicio ſuccumbit, a ſportulis, quos caractos noſtri Judices appellant, lege jubente abſolvitur, a reliquis tamen expenſis non liberatur. Præterea lex prohibet contra tutelam defunctorum, quam, ut diximus, Commiſſariam dicimus, aut furioſi, probari debitum poſſe, præter quam ſi aut per inſtrumenta publica, aut per ſcripturam manus defuncti, ſeu mente alienati, dum eſſet ſanæ mentis, aut per librorum publicorum partitas, fuerit oſtenſum. Inſuper lege cavetur, tutelis, quæ officio Dnorum Procuratorum ſunt commiſſæ, aliquod præſcriptionis tempus, quamdiu in officio Procuratiæ perſeveraverint, non currere, vel nocere.

De ratiociniis exhibendis, & reliquis tutelæ reſtituendis.

Finita demum tutela, tenentur tutores adminiſtrationem omnium bonorum, de jure tutelæ ſibi creditæ ad ſe perventorum, vel etiam apud alios a ſe relictorum, formam primum mandatorum, deinde legum, in his, quæ vel per inſtitutionem vel per dationem declarata non fuerint, ſecuti, plenam, diſtinctam, & claram, quibus tenentur, ſeriatim in ſcriptis oſtendere. In ratione autem & computo adminiſtratorum, contineri debent omnia bona, res, & pecuniæ, ac reliqua jura, puta nomina debitorum, & ejusmodi, quæ nomine tutelæ ad ipſum tutorem, vel ad alios ejus nomine, quotannis, & omni tempore, a die aſſumtæ tutelæ perventa, & deinde omnia data, ſoluta, impenſa, tradita, translata, & vendita, nomine ipſius tutelæ, a primo eodem die, usque in diem ultimum, deſcribi per ſpecies debent, atque omnibus deductis deducendis, & in extremum calculum omnes bonorum ſpecies perductis, ea omnia reliqua parata & prompta habere pro debita reſtitutione facienda.

Reddi

Reddi autem hujusmodi ratiocinia & computa, in tutelis defunctorum ſive teſtamentariis, ſive dativis, his oportet, quibus finita tutela hereditas debetur, vel etiam tutela pendente, omnibus intereſſe oſtendentibus, puta creditoribus, legatariisque, quibus credita ſua aut legata differentur exſolvi, ſive omnino negarentur tutoribus, aut hereditatem non eſſe ſolvendo, aut impedimentum aliquod excuſatorium allegantibus.

De Actione contra Tutores.

Differentibus tutoribus, etiam adhuc pendente tutela defuncti, creditori, legatariove exſolvere, hi contra tutores agere, & ab ipſis in judicio petere, eosque, in bonis tamen tutelæ, creditum, aut legatum exſolvendum cogere jus habent, aut ad ratiocinia oſtendenda, & computa, termino per judicem limitando, exhibenda. Quod ſi non paruerint, in propriis bonis & perſona ſatisfacere quantum in litem jurabitur, judicio Judicum cogentur. At, ea finita, heredes agere ad adminiſtrationem, & reliqua, ſi negligentes fuerint, reddenda, contra tutores posſunt, aut in propriis bonis, & perſona, ſi ultra terminum a Judicibus limitatum, parere diſtulerint, quantum ſibi actor intereſſe usque ad quantitatem ſui oſtenſi prioris crediti, juraverit, eos petere condemnari. Exhibito quoque computo alia ſibi actori inſurgit actio, ſi poterit oſtendere, tutorem in dato computo, quod non ſit de jure aut conſuetudine ponendum, ad ſui beneficium poſuiſſe, aut in maleficium actoris aliquid omiſiſſe, quod de jure aut conſuetudine omittendum non fuerat. Tum vero, aut reum addere, ubi defecerit, aut detrahere, ubi plus poſuerit, aut utrumque, ſi utrinque peccaverit, petet actor. Et ſi conſtiterit Judici, propoſita ab actore eſſe vera, reumque parere oportere, Judex intra limitatum ei tempus, eundem parere, aliter, quantum intereſſe ſibi ab actore fuerit juratum, in propriis bonis & perſona exſolvere judicabit. Alioquin a petitione actoris eum abſolvet, victumq; victori utroque judicio, ad ſolvendas expenſas condemnabit. Quum vero neque addere neque minuere de ipſo computo oportuerit, ſive quod ſponte ſua tutor a principio cum integritate & bona fide æquum id exhibuerit, ſive quod judicio correctum, & ad æquitatem caſtigatum fuerit, & reliqua, ſive rerum & bonorum, ſive pecuniarum, ſive utrorumque, ex eo computo reſtabunt. Tunc niſi reus exſolvat, cogetur per ſententiam Judicis, in bonis propriis & perſona ſatisfacere.

De Adulto a tutela remoto.

Remoto a tutela adulto, Patres noſtri, periculoſam adoleſcentium ætatem adhuc proſpicientes, ne in fraudes & dolos malorum hominum delabe-

delaberentur, eorum facilitati ſubveniendum duxerunt, legemque ſanxerunt, non licere eos, intra annum ætatis ſuæ decimum octavum, aliquo ſe contractu, absque Judicis decreto, obligare. Decretum autem Judicis, in hujusmodi Adoleſcentium contractibus, hoc modo interponitur. Facto cum Adoleſcente ſive maſculo, ſive fœmina, aliquo contractu, & in publicam formam redacto, vel etiam manu propria contrahentium conſcripto, & ſubſcriptione duorum ſaltem teſtium communito, coram Judicibus examinatorum pars utraque comparebit. Sunt autem Judices Examinatorum, tres per majus Conſilium electi Nobiles, ad contractus non ſolum hujusmodi, ſed etiam ad plures alios, præter cætera examinandos, deputati. Ad quorum præſentiam, totum negotium, cauſamque talis contractus celebrati, utraque pars exponit. Qui Judices, conſideratis qualitate facti & perſonarum, ſi viderint, in eo contractu neque fraudem, neque dolum, aut ſupplantationem aliquam ineſſe, nec imminere, ſed debita fide & ſinceritate perfectum, ſuam auctoritatem interponent, & decretum judiciale, ac ſub eodem Inſtrumento propriis manibus ſubſcribent: alioquin a ſuo judicio tanquam indignum reprobumque rejicient, nec in aliquo judicio vim contractus deinceps obtinebit. Excipiuntur autem duæ contractuum ſpecies, charta videlicet Teſtamenti, & ex contractu nuptiali, charta dotis repromiſſæ, quas, etiam absque hujusmodi judiciario decreto, voluit lex ſuum effectum ſortiri.

Tantum eſt Legum, quas Dux & Patres Conſcripti Venetæ Reipublicæ Noribergenſi Senatui ſubmiſerunt.

CAPVT XXVI.

Ad Privilegia Noribergenſium via initur. Horum ſummum eſt, S. R. I. Reliquiarum & Clinodiorum cuſtodia. De Clinodiis inſtituitur disquiſitio ſedula & accurata.

ID ſemper Reſpublica Noribergenſis ſumma ope, contentioneque maxima virium unice ſtuduit, ut fidem intemeratam, ac perrenne obſequium, Cæſaribus & Romano Imperio præſtaret, nunquam inobediens, nunquam immorigera, aut juſſa ad publicam utilitatem ſpectantia defugiens. Hæc ejus præcipua laus eſt, hac ſeſe magnifice effert. Ejus rei documentum damus, quod depoſito ab Electoribus *Wenceslao* Cæſare, & ab Ordinibus deſerto, ſola prope Noriberga, egeno, exuli & contemto, conſtantiſſime adhæſit, jurisjurandi, quod ei dederat religionem haud violare auſa, donec ipſe eam hoc vinculo ultro exſolvit, nullam, pro ea gratia, remunerationem aliam depoſcens, quam vini Baccha-

racenſis cados quatuor,cum tamen, M. Antonii Torquati, in Prognoſtico, quod Freheri tomo 2. Scriptorum Germanicorum inſertum habetur teſtimonio,ob liberationem, aureorum numorum millia viginti Reſpublica obtuliſſet.

Quoniam igitur Noribergenſes tam obtemperantes obſequenteſq; Imperatoribus ſeſe præbuerunt in rebus omnibus, illi viciſſim, ut ſuam erga Civitatem indulgentiam, propenſumque affectum teſtarentur, haud parca manu PRIVILEGIA, immunitates, & beneficia in eam contulerunt. Inter hæc palmarium longeque maximum illud eſt,quod S. R. IMPERII LIPSANA ET CLINODIA concredita habet, theſaurum inæſtimabilem, nec ullis verbis ſatis deprædicandum. Ex Joſephi lib. 15. Antiq. c. 14. l. 18. c. 6. & l. 20. c. 1. diſcimus, quanti apud Judæos ſacri amictus Pontificalis cuſtodia habita fuerit. Nempe, antiquitus, ſoli Pontifici conceſſa erat. Dehinc, extinctis Chalamonæis,Herodes illam ſibi vindicavit, *πιςεύων δε ὄυδεν νεωτερίζειν ἐπ' αὐτῷ τὸν λαὸν*, *ratus, inde populum a rebus novis moliendis contineri*. Poſt hunc, qui Romanorum nomine regioni præerant, ad Vitellii Præſidis ſub Tiberio usque tempora, ad ſuam poteſtatem illam curam pertinere voluerunt. Tunc vero ab Imperatore,ingentis beneficii loco, redditum eſt Judæis jus vetus Pontificis veſtes aſſervandi ,quod & Claudius poſtea confirmavit. Pari modo apud nos Imperatoria ornamenta, quæq; his addita erant, in ſumma ſemper reverentia fuere habita. Baronius tomo XI. Annalium ex Reginardo docet, Henricum III. Imperatorem nunquam Imperialia Inſignia ſumſiſſe,niſi acta prius pœnitentia, & adhibita caſtigatione. Hæc, noſtris in Germania Imperatoribus Chriſtianis, eo loco erant,quo priſcis gentilibus Palladium, & Ancilia cœleſtia. Hæc domi & in caſtris aſſidue ſecum tenebant. Hæc tranſibant ſemper,tanquam Imperii pignus,ab eo,qui anteceſſerat, in ſucceſſorem. Hinc de Henrico V. Imperatore,patri Henrico IV. Imperium ademturo, vitæ hujus poſterioris Scriptor anonymus apud Reuberum : *Statim miſſo Legato Patri mandavit, ut,ſi vitam ſervare vellet, absque mora ſibi Crucem,Coronam, & Lanceam, ceteraq; Regalia transmitteret.* De eodem Henrico V. Abbas Urſpergenſis in Chronico A. C. 1124. annotat, *eum, cum morti vicinus eſſet, Coronam, cæteraque Regalia , usque ad Conventum Principum conſervanda,in Caſtello firmiſſimo, quod Hamerſtein dicitur, reponi diſpoſuiſſe.* De Ottone vero IV. ad A. C. 1209. ſcribit: *Inſignia Imperialia apud Mediolanum commiſit: unde magnum favorem a Mediolanenſibus acquiſivit* : &,ad A. C. 1221. de Friderico II. *Inſignia Imperii, velut Coronam & alia, remittit in Alemanniam, faciens ea cuſtodiri ſub poteſtate Eberhardi de Tanne, Miniſterialis & Dapiferi ſui in Walpurg.* Porro, de iſtis antiquita-

tiquiore Conrado I. Cæſare, qui, fato proximus, ſuo voto & ſuffragio Succeſſorem ſibi expetebat Henricum, Saxoniæ Ducem, apud Witichindum l. 1. Annal. legitur, illum, ſupremis quaſi verbis, dixiſſe Eberhardo fratri: *Sentio, Frater, diutius me iſtam vitam tenere non poſſe, Deo, qui ordinavit ita, imperante, gravique morbo id cogente. Quapropter conſiderationem tui habeto, &, quod ad te maxime reſpicit, Francorum toti regno conſulito, attendendo fratris tui conſilio. Sunt nobis, Frater, copiæ exercitus congregandi atque ducendi: ſunt urbes & arma cum regalibus inſigniis, & omne quod decus reginum depoſcit, præter fortunam atque mores. Fortuna, Frater, cum nobiliſſimis moribus Henrico cedit, rerumpublicarum ſecus Saxones ſumma eſt. Sumptis igitur his Inſigniis, Lancea ſacra, Armillis aureis cum Chlamyde & veterum Gladio Regum, ac Diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum eo, ut eum fœderatum poſſis habere in perpetuum. Quid enim neceſſe eſt, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? Ipſe enimvero Rex erit, & Imperator multorum populorum. His dictis, frater lacbrymans ſe conſentire reſpondit.* Fuit, cum heredes Imperatoris alicujus, non niſi accepta pecunia, Lipſana & Clinodia electo Succeſſori in manus dederunt. Sic Carolus IV. a Ludovico, Electore Brandenburgico, & Bavariæ ſimul Duce, Ludovici, qui prius regnaverat, Cæſaris filio, haud aliter quam ſoluto maximo pretio illa impetravit. Rem hanc dignam cenſuit R. David Gans quam in Chronicon ſuum referret, annotans;

והיה בעת ההיא ביד לודאביקוס חרבו של קראלוס מגנוס
הקיסר הראשון לאשכנזים והחנית אשר בו נדקר משיחם
בצדו וחתיכה מן הצלם שבו נצלב הנוצרי והיתד שבו נתקע בידו
והמטפחת שעליו אכל הנוצרי קודם מיתתו כל אלו הדברים
נתן דוכס לודאביקוס במחיר כסף ליד הקיסר: i.e. *Circa hæc tempora habebat Ludovicus in poteſtate ſua Gladium Caroli M. primi Germanorum Imperatoris, & Lanceam, qua Meſſiæ illorum latus fuit transfoſſum, & fragmentum Crucis, in qua Nazarenus pependit, & Clavum, qui manum ejus affixam tenuit, Mappam item, ſuper qua Nazarenus ante mortem cœnavit. Omnes iſtas res Dux Ludovicus, accepto argenti pretio, in manum dedit* (Carolo) *Cæſari.* Non raro quoque vim adhibere neceſſe erat ad conſequenda Imperii Clinodia, ceu non diſſimulat Sigismundus Imperator in verbis, quæ mox allegabimus, & ſuperaddimus, Lehmannus lib. 5. Chron. Spir. c. 50. quod ſcripſit: Kayſer Lotharius iſt ohne Leibes-Erben verſtorben/ darum er vor ſeinem End/die Königliche Kleinodia ſeinem Tochtermann / Hertzog Heinrichen zu Beyern und Sachſen übergeben/ und ihne

hiemit an ſeine ſtatt zum Nachfolger im Römiſchen Reich verordnet. Demnach aber Hertzog Cunrad von den Reichsfürſten erwehlt / hat er mit derſelben Hülff / dieſen mächtigen Fürſten / die Regalia dem Reich wieder zuzuſtellen / mit Gewalt angehalten / und wegen ſeiner erzeigten Widerſetzlichkeit beyder Hertzogthum Beyern und Sachſen / offentlich in Verſammlung der Reichs-Stände zu Goßlar entſetzt. Nimirum, penes quem Clinodia erant, penes eundem eſſe credebatur Imperium, ut ſic, quod eſt apud Vrſpergenſem, Conradus adeo Argentinenſis Epiſcopus, cum Clinodia ei obtigiſſent, crediderit, ſui arbitrii eſſe jus conferendi Imperii. Vrſpergenſis, inter ſermones de ſchismate, quo poſt Henrici VI. obitum, Philippus Sueviæ Dux, & Otho Brunſuicenſis ſimul Cæſares electi fuerant, verba ſunt: *Ideoq; præfatus Philippus ad partes Rheni ſe contulit in continenti, & natalem Domini in Caſtro Hagenou celebravit, ubi venerunt ad eum & officiales, & miniſteriales, & quidam de Principibus & Baronibus terræ, cum quibus habuit myſterium conſilii. Vbi etiam aderat Cunradus Argentinenſis Epiſcopus, qui etiam promiſit favorem & auxilium ſuum. Valebat enim tenere Imperium, cum in ſua poteſtate haberet Inſignia Imperialia, utpote Coronam, & Crucem, & alia quæ attinebant.*

Talis erat Reliquiarum, Clinodiorumque, aut per manus in manum traditio, aut ex rebus a mortuo Cæſare relictis, repetitio, ad Sigismundum usque Imperatorem. Is vero, qui Bohemiæ ſimul Rex erat, ac in illo Regno commorabatur, quoniam hoc Huſſitarum motibus, qui fortunam faventem habebant, & victoriis plurimum potiebantur, penitus concuſſum erat, ideo veritus, ne tanto Theſauro aliquando hoſtes potirentur, conſilium cepit, de eo in locum ſecurum transferendo, ibique relinquendo in perpetuum. Placuit præ omnibus Germaniæ Civitatibus Noriberga præcipue, cui hæc cimelia, in omne futurum ævum, ſervanda committerentur. Quapropter de inſtituto ſuo certiorem reddidit Romanum Pontificem, qui tum Martinus V. rebus præerat, cujus aſſenſu, veniaque, ad deſtinata exequenda, opus ſibi eſſe arbitrabatur. Pontifex, nihil tergiverſatus, libens Sigismundi precibus ſubſcripſit, atque ſic horum Cimeliorum, Noribergam, A. 1424. facta eſt translatio, miſſique ſunt Pragam, omnibus honoris, virtutis, fortunæque ornamentis præditi Senatorii Viri, *Sigismundus Stromer*, ac *Georgius Pfinzing*, quorum fidei fuere concredita. Juvat omnino, tum prædicta, tum, quæ huc pertinent, alia, amplius docere ipſius Pontificis verbis, quæ expreſſit in Bulla: *Ex devota, chariſſimi in Chriſto Filii noſtri, Sigismundi, Romanorum, Hungariæ, ac Bohemiæ Regis illuſtris, inſinuatione, nobis nuper innotuit, quod, cum magna pars vivificæ Crucis, in qua Salvator noſter Jeſus Chriſtus, pro generis humani ſalute pendere voluit, Lanceæ quoque,*

quæ

qua latus ejus miles aperuit, pars non exigua; Clavus unus, quo manus ipſius eidem Cruci adfixa extitit; particula Præſepis, in quo Salvator ipſe poſitus fuerat; Brachium S. Annæ; & particula quædam Catenarum Sanctorum Petri & Pauli, atq; Johannis Apoſtolorum; Tunica S. Johannis Evangeliſtæ; Dens unus B. Joannis Baptiſtæ; Gladius S. Mauritii, nec non Gladius Magnifici Caroli Imperatoris, ei, Angelica, ut dicitur, manu porrectus, Corona quoque, nec non Sceptrum, & Pomum, & ſingula Indumenta Imperialia, ejusdem Magnifici Caroli. Reliquiæ, ſeu inſignia Imperialia, communiter appellata, intra Regnum Bohemiæ conſiſterent, Rex ipſe, conſiderans efferatam nimium plurimorum etiam Potentum, dicti Regni, nunc a veritate fidei Catholicæ, proh dolor! deviantium, veſaniam, inſanctaplerunq; ibidem debacchari ſolitam, recenſensq; attentius, quod cum nonnunquam antea ctis temporibus Reliquias & inſignia ipſa, per nonnullos, contra Imperiale beneplacitum detineri contigiſſet, magnæ pro illorum recuperatione, miſerabilesq; ſtrages, & ſanguinis effuſiones, ſecutæ fuerunt; volensque tanquam Princeps prudentiſſimus, quævis impoſterum pericula cavere, ac de idoneo, ad perpetuam Reliquiarum & Inſignium prædictorum cuſtodiam habendo loco ſollicitus, luſtratis in ejus animo cunctis Imperialibus Civitatibus, & locis Alemanniæ perveſtigatis, multoq; ad illas directo reflexu, tandem conſiderans, quod Imperialis, ut ejus verbis utamur, Civitas Nurmbergenſis, Bambergenſis Diœceſis, præ cæteris illarum partium Imperialibus Civitatibus, Oppidis, atq; locis, potens, inſignis, & famoſa, Eccleſiaſtico decore conſpicua, Chriſtianæ fidei devotiſſimis etiam utriusq; ſexus Zelatoribus præpollens, in regenda Reipublicæ politia, ſingularis prudentiæ Viris ornata, ac demum ipſi Regi ex omni parte accommodatior exiſteret, Reliquias, & Inſignia ipſa, ad Civitatem eandem, cum debita veneratione transferens, ea ibi ad laudem, & Dei, & ſacri decorem Imperii, reponenda, providit, atq; decrevit perpetuo conſervanda. Quare, pro parte dicti Regis, nobis humiliter fuit ſupplicatum; ut Translationem, & Repoſitionem hujusmodi, gratas habere, nec non ſuper eo, quod de cætero Reliquiæ & Inſignia ipſa, a dicta Civitate exportari non valeant, providere, benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; tam pium, tamque laudabile, dicti Regis opus in hac parte plurimum commendantes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, Translationem & Repoſitionem hujusmodi, permiſſas, ratas & gratas habentes, eas autoritate Apoſtolica confirmamus, ſtatuentes nihilominus irrefragabiliter, & etiam ordinantes quodammodo, ut Reliquiæ, & Inſignia ipſa, in eadem Civitate perpetuo venerabiliter conſerventur.
Denunciat deinde anathema, omnibus, cujuscunque conditionis ii fuerint, auſuris Reliquias & Inſignia e Noribergenſi urbe auferre, vetatque, extra mortis articulum, beneficium abſolutionis iis impertiri, niſi prius Reliquiis & Inſignibus reſtitutis. Addit quoque alia de ritu & ceremonia, quo Cimelia hæc, annuatim, feria ſexta poſt octavas feſtivitatis

 Domi-

Dominicæ Reſurrectionis oſtendi debebant, conceditque ſingulis devote ea ſpectantibus, Indulgentiarum ſeptem annos, & totidem quadragenas, nullo unquam tempore exſpiraturo privilegio. In Chronica Pontificum & Archiepiſcoporum Magdeburgenſium MS. in quam, hactenus ignoratam, Vir, antiquitate generis, & gloria majorum, ſuaque doctrina & modeſtia maxime florens, omnesque laudum genios familiares habens, *Jacobus Wilhelmus im Hofius*, nuper incidit, de Clinodiorum, cum in confinia Noribergæ jam delata eſſent, vehiculatione ulteriore narratur: *His temporibus fuerant ibi* (Budæ nimirum in Hungaria penes Sigismundum Imperatorem) *Reliquiæ, quæ pertinent ad Imperatoriam dignitatem, quæ poſtea venerunt in Norenbergam, in curru, cum buſonibus, veredario neſciente. Et quando appropiavit Civitati Noribergæ, quaſi per dimidium milliare, venit Clerus cum Crucibus & Reliquiis, & tunc primitus fuerat ſibi dictum, quod duxiſſet tantas reliquias, qui deſcendit ab equo, cadens in terram, adoravit ſacrum theſaurum illum, & ſicpedeſtris ducebat currum cum equis usque in locum, ubi adhuc ſunt reconditæ, in Hoſpitale S. Spiritus, & omni anno ſemel, ſcilicet feria ſexta ante Miſericordias Domini cum magno honore erit oſtenſio eorum.*

Deſiit pridem, hoc eſt Anno 1524. Noribergæ mos, qui prius annuatim obtinebat, publice Reliquias & Inſignia Imperialia commonſtrandi, nec fere privatim quoque, aliis, quam Imperii Principibus, aut Regum Legatis, ea intueri conceditur. Cauſa, præter alias, hæc quoque, quod ob nimiam vetuſtatem, fila, quibus margaritæ & uniones veſtibus Imperatoriis adhærent, flacceſcunt & marcent, ut indumenta illa ſine detrimento haud facile explicari posſint. Exactis temporibus, cum adhuc propalam fieret oſtenſio, in Foro majore Theatrum ornatiſſimum excitabatur. In id, hora deſtinata, prodibant Sacri, Secularesque, qui religionis cauſa Noribergam venerant, Principes, cum primoribus Senatus, ardentes tædas manibus tenentes. *Scena quaſi triplex erat.* Atque in illarum *Prima*, oculis utriusque ſexus, omnis ætatis infinitorum in Foro congregatorum hominum, Sacerdote interprete, contemplandæ ſubjiciebantur *Reliquiæ, ad Chriſti infantiam, ejusq; Cognatos & Apoſtolos attinentes.* Nimirum 1. pars ſacri Præſepis, in quo Chriſtus recens natus vagiit, & a paſtoribus Magisque fuit adoratus. 2. Brachium S. Annæ, Matris Deiparæ Virginis, quo, hanc illa fuerat complexa, & circumgeſtaverat. 3. Dens Johannis Baptiſtæ, præcurſoris Domini noſtri. 4. Pars tunicæ S. Johannis Evangeliſtæ. 5. Annuli aliqui Catenarum, quæ Beatos Apoſtolos, Petrum, Paulum, & Johannem Evangeliſtam tenuerunt conſtrictos. *Altera Scena*, ſpectanda exhibebat *Clinodia Imperialia, quorum in ſolemni Impera-*

peratorum Inauguratione uſus eſt. Ea ſunt: 1. Corona Imperialis, multa ex Sanctis inſerta habens Sacra Lipſana. 2. Veſtes Imperatoriæ, Tunica puta violacea, itemque alia nigra, Dalmatica alba, Pluviale, Stola, Cingulum, Socculi. 3. Sceptrum, cum Pomo. 4. Gladius Carolo M. ab Angelo traditus, quo in expeditionibus adverſus hoſtes aſſidue utebatur. 5. Gladius S. Mauritii, Ducis Thebeæ Legionis. *Tertia Scena* conſpiciendas præbebat *Sacræ Dominicæ Paſſionis Reliquias.* Hoc eſt: 1. Laciniam Mappæ, ſuper qua ſupremam Cœnam Servator celebravit, & Euchariſtiam inſtituit. 2. Laciniam lintei, quo Chriſtus Apoſtolorum pedes, poſtquam eos laviſſet, abſterſit. 3. Spinas quinque ex Corona, quæ Chriſti caput perforavit. 4. Partem prægrandem almæ Crucis, cui manus Domini noſtri fuit affixa, & quæ Clavi veſtigium ſervat. 5. Ferrum Lanceæ, qua Servatoris in Cruce pendentis latus fuit perfoſſum, & in qua filis aureis notatum, quousque in corpus ejus penetrarit. Amplius 6. ejusdem Lanceæ excavatæ in media parte immiſſum Clavum, qui manum Servatoris affixam tenuit. Inter hanc monſtrationem:

Lætitia, voceque forum plauſuque fremebat.

Dubio procul capiet multos deſiderium cognoſcendi ipſa verba concepta, quibus tota hæc ceremonia peracta. Quoniam ergo illis ex variarum Benedictionum Bibliothecæ Noribergenſis libro MS. ſatisfacere conceditur, hanc ac libentes gratificabimur gratiam.

Wie das Hochwürdigſt Kayſerlich Heylthum in der löblichen Stadt Nürnberg alle Jahr ausgerufft und geweiſt wird.

Vorrede.

IN dem Namen des Allmächtigen GOttes/ Amen. Wiewol gar zimblich/ billich und gebührlich wäre/ ein herrliche Lob-Rede zu thun/ von dem Hochwürdigſten Stuck des H. Creutzes/ daran unſer H. JEſus Chriſtus/ ſeinen bittern und unſchuldigen Todt/ nach ſeiner heiligen Menſchheit/ um unſers Heyls Erledigung willen/ gelitten hat; deßgleichen von dem Hochwürdigen Eiſen des Speers/ das unſers HErrn Chriſti Seite geöffnet hat/ daraus alle Geiſtliche Sacrament entſprungen ſeyn; darnach von dem heiligen Nagel/ und von den heiligen Dornen/ die den würdigſten Leichnam JEſu Chriſti unſers Heilandes verwundt/ und ſein heiliges Blut daraus gedrungen haben/ das man auch alles/ ſamt andern würdigen Stücken in mercklicher Anzahl weiſen wird. Wann dann dieſe Stück ohne Zweiffel/ nach dem wahren Hochwürdigſten Sacrament des Frohnleichnams

unſers

unſers H. JEſu Chriſti/ die nächſt und würdigſten über alle andere Heiligthum ſeynd/und an Gnaden und Seeligkeit/groſſen Schatz inhaben und uns darum reichlich begaben mögen/und ſo aber euer mennig groß iſt/ alſo/ daß lange Red nicht ſtatt haben will/ und ſo können auch ſolch Tugend und Lob/ Troſt und Gnad/ auch mit langer Red nicht ausgeſprochen werden. Jedoch wollen wir zu ſondern Lob/ diß Hochwürdigen Heiligthums demütiglich erkennen und verſehen/ daß unſere Sinn und Vernunfft zu dunckel ſeyn/ das gnugſam zu loben und zu preiſen/ und doch gute Hoffnung haben/ daß der Allmächtige GOtt/ unſer Gebrechlichkeit/ durch Gnad diß Hochwürdigſten Seines Heiligthums barmhertziglich werde erfüllen/und uns/ die wir hie ſolches Warzeichen und Kleinod des bittern Todes Chriſti andächtiglich ſehen/ dieſelben an den Jüngſten Gericht fröhlich anſchauen laſſen/und uns dardurch zu den ewigen himmliſchen Vatterland ſeeliglichen einleiten/ Amen.

Zu den erſten Umgang.

Der Prieſter liſt mit lauter Stimm alſo:

In der Ordnung/ als man euch das Heiligthum liſt und nent/ in derſelben Ordnung will man euch das zeigen. Alſo im Namen des Allmächtigen GOttes/ wird man anheben das euch zu weiſen: Das erſte/ die Stuck ſo die Kindheit unſers H. JEſu Chriſti/ und ſeiner angebohrner Freund etlicher/ der Menſchheit nach/ und etlicher ſeiner XII. Boten antreffen.

Zum erſten: Ein Stuck von der Krippen/ darein die Jungfräuliche Kindbetterin Maria/ den neugebohrnen Chriſtum eingelegt/ mütterlichen Troſt gethan/und mit Lob/ Ehren/ und andächtigen Anblick/ den ſie gebohren hat/ würdiglich empfangen hat. Daſelbſt ihn auch die Könige/ in Bedeutnus unſer/ und der gantzen Heidenſchafft/ mit ihren Opffern begrüſſet/ und empfangen haben.

Darnach den Arm der heiligen Frauen S. Annen/ der Mutter der vorgenannten Jungfrauen und Kindbetterin Maria/ damit ſie ſie leiblich getragen und gehandelt hat.

Darnach ein Zahn des heiligen S. Johanßen/ des Vorlauffers unſers H. JEſu Chriſti/ der Chriſtum auch in ſeinen Mutterlichen Leib bekannt/ und als einen GOtt begrüſſet und geehret/ und alſo groß geweſen iſt/ daß kein gröſſer Menſch vor ihm aufgeſtanden was.

Darnach ein Stuck von dem Kleid S. Johanßen des Evangeliſten des Jüngern/ den Chriſtus lieb hat/ den er auch ſeiner Mutter der Jungfrauen Maria zu einen Sohn/ an ſeiner ſtatt/ am Creutz beſchied.

Dar-

Darnach etliche Glieder/von dreyerley Ketten/ damit die Heiligen XII Bothen/ S. Petrus/ S. Paulus/ und der jetztgenannt S. Johannes Evangeliſt/ in ihrer Geſängnus gekettent ſeyn geweſen.

Die Stuck wollet mit ſolcher Andacht ſehen/ daß ihr Gnad und Seeligkeit darvon bekommet.

Zu den andern Umgang.

Da wird man euch zeigen/ ſolche Stuck/ ſo die Kayſerliche Tugend und Würdigkeit antreffen. Und nemlich den Heiligen Kayſer Carl/ der von groſſer Tugend und Königlicher Werck wegen/ der groſſe Carl genannt iſt/ den Chriſtlichen Glauben und die Römiſche Kirchen mächtig beſchirmet und erhalten hat/ und das Römiſche Kayſerthum/ das vor in Griechenland zu Conſtantinopel geweſt iſt/ in ſeiner Perſon an die Teutſche gebracht hat/ und das Königreich zu Lomparden/ dem Königreich der Teutſchen/ das nun das Römiſche iſt/ zu ewigen Zeiten zugeeignet hat/ darnach das Heiligthum und viel andere groſſe Dinge dem Reich zugebracht und erobert hat/ und nemlichen ſein Kayſerliche Kleydung und Kleynot/ der ein Theil geweicht iſt/ biß alſſern es einem Evangelier zugehört: ein Theil/ die ſonſt Kayſerlicher Majeſtät zugehören/ damit er beſondere Ehr/ Lob und Danck von allen den die dem Reich zugehören/ wol beſchuldt hat/ und etlich andere Stuck/ die darzu treffen.

Des erſten/ ſein Kayſerliche Kron/ die viel Heiligthums und Zierden in ihr beſchloſſen hält/ und darunter er viel Tugend gewirckt hat. Item eine braune/ eine ſchwartze/ und eine weiſſe geweyhte Kleidung/ genant Dalmatica/ Chormantel/ Stola/ Gürtel/ Zepter/ Majeſtät-Apffel/ und viel andere einem Kayſer zugehörende Dinge.

Und darnach weiſt man auch deſſelben Kayſer Caroli Schwerdt/ das ihm der Engel brachte/ damit er in göttlicher Krafft gar viel Streit zu Troſt der Chriſtenheit/ und mächtiglichen Sieg erhalten hat.

Da zeigt man euch auch des Heiligen S. Maurizen Schwerdt/ der auch ein groſſer ritterlicher Fechter und Hauptmann der groſſen Geſellſchafft Thebearum geweſt/ und ein beſonderer Freund GOttes iſt. Der mit ſeiner Chriſtlichen Ritterſchafft wol beſchuldt hat/ daß man diß ſein Schwerdt/ unter die Käyſerlichen Kleinodien nehmen und halten ſoll.

Der dritte Umgang.

Nun wird man euch zeigen die Stuck/ die das Leiden unſers HErrn antreffen.

Das erſte/ ein Stuck des Tiſchtuches/ darauf unſer HErr JEſus Chriſtus das Abendeſſen des Oſterlams/ und das Sacrament ſeines Heiligen Leichnams/ in Bedeutnus ſeiner Marter und ſeines Todes/ mit ſeinen Jüngern begangen hat.

Darnach von der dornen Cron 5. Dörner / die das würdige Haupt unſers HErrn JEſu Chriſti verwundet und blutflüſſig gemacht haben.

Darnach ein Stuck von den Schurtztuch / das unſer HErr JEſus Chriſtus / die Füſſe ſeiner Jünger zu waſchen / für ſich gehabt hat.

Darnach ein merckliches Stuck des H. Creutzes unſers H. JEſu Chriſti / daran die ein Hand genagelt geweſt iſt / alſo / daß es das Loch des Nagels das darinnen iſt / eigentlich ausweiſet.

Darnach das Heilige Eiſen des Speers / das geöffnet hat das ſüſſe Hertz unſers HErrn JEſu Chriſti / und ſo tief verwundet hat / als ihr ſehet / von dem Spitz / biß an den gulden Reif / der da nun zu einem Zeichen darum gelegt iſt; aus welcher Heiligen Wunden / das Heilige Blut und Waſſer uns mildiglich vergoſſen iſt / daraus die Tauf in Vergebung der Sünden / und alle Chriſtliche Sacramenta / ihre Tugend und Krafft empfangen haben.

Auch auf und in deſſelbigen Heiligen Speers Eiſen iſt angeheft / der Nagel einer / damit unſer HErr JEſus Chriſtus an das Creutz genagelt worden iſt.

Da gedenck ein jeglicher Menſch / mit welcher Andacht dieſe Heilige Stuck zu ſehen ſeynd / das ihm in ſolcher Heiligkeit abgewaſchen werden die Sünd / darum Chriſtus ſein Blut vergoſſen hat.

Auf das letzt zeigt man euch ein groß Heilig Creutz / darinnen ſeyn die Bäpſtlichen Briff und Bullen / die über das Hochwürdig Heiligthum gegeben ſeyn.

Darnach lieſt der Prieſter das Gebet:

ALs wir in dem Namen des Allmächtigen GOttes geſammlet ſeyn / ſo bitten wir für unſern Allerheiligſten in GOtt Vattern und Herrn / Herrn Alexandrum den Sechſten / Bapſt / und um alle ſein Krafft und lang Leben / zu Mehrung der Heiligen Chriſtlichē Kirchen; und ſonderlich auch für den Durchleuchtigſten Fürſten / unſern gnädigſten Herrn / Sigmund / etwan Römiſchen Kayſern / der mit dieſem Hochwürdigen Heiligthum / auch Käyſerlicher Mildigkeit / dieſe Stadt und alle umgelegne Länder erleucht und erfreuet hat / dem GOtt der HErr darum ewigen Lohn und Ruhe geben wolle. Darnach für den Allerdurchleuchtigſten / und Großmächtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Friedrichen / Römiſchen Kayſern ꝛc. und Herrn Maximilian / Römiſchen König ꝛc. um ihr glückſeeliges Weſen und lang Leben / zu Schutz / Schirm und Troſt allen Chriſtlichen Volck / und dem Heil. Röm. Reich. Darnach für den Ehrwürdigſten in GOtt Vattern und Herrn / Heinrichen / Biſchoffen / und ſein Fürſtenthum und Stifft zu Bamberg / uñ gemeiniglich für alle Chriſtliche Fürſten und Herren / Stätte / Herrſchafften / und alles Chriſtliches Volck / und beſonder für das Regiment und löbliches Weſen dieſer Stadt / daß unſer Himmliſcher Vatter / aus dem Thron ſeiner Göttlichen Majeſtät / mit dem Augen

ſeiner Barmhertzigkeit/ in aller Nothdurfft/ Bekümmernis und Trübſal ſeiner Heiligen Chriſtenheit/ gnädiglich herab ſehe/ alle Zweyträchtigkeit darinnen ausrotte/ Theurung und alle andere Gebrechen zu Gnaden wende / die Früchte des Erdreichs gnädiglich beſchirme / und mit der Hand ſeiner Allmächtigkeit allen Chriſtlichen Volck / wider den Feind des Chriſtlichen Glaubens/ Fried ſchaffe / und ſie in aller Heiligkeit bewahre / daß wir nach den Oeſterlichen Freuden dieſer Zeit / die wahren himmliſchen und ewigen Oeſterlichen Freuden erlangen / und darinnen mit der Hochgelobten Himmels-Königin Maria / und mit ſeinen Auſſerwählten GOttes-Heiligen/ in Beſchauung des Göttlichen Weſens immer ewiglichen frolocken mögen. Das helff uns GOtt der Vatter/ der Sohn/ und der Heilig Geiſt/ Amen.

Hernach liſt der Prieſter und rufft:

Bleibet ſtohn/ man wird euch den Segen andächtiglich mit dem Heiligen Creutz geben/ darum ſo harret/ biß ihr den auch empfahet. Darnach folget der Segen/ und ſingen: O crux &c. das iſt auf Teutſch: O du gebenedeytes Creutz/ welches du allein würdig biſt geweſen/ zu tragen den König der Himmeln und Menſchen/ wir aber ſeynd nicht zu erfreuen/ dann nur allein in dem Creutz unſers HErrn JEſu Chriſti.

Darnach hebt der Prieſter an: Chriſt iſt erſtanden &c. alsdann kommen / die vor und in der Stadt/ an der Hut/ das iſt/ an der Wacht geweſen ſeynd/ ziehen für den Heiligthum hinweg. Zu letzt wird das würdig Heiligthum an ſeinen Ort in die Kirch in den Neuen Spital gebracht/ und aufgehangen.

Enimvero, jocularium Germanicæ nationis probrum cenſeri debet, inter Juris Publici Scriptores pæne innumeros, & tot quoq; Coronationes Imperatorum magno verborum apparatu enarrantes Hiſtoricos, neminem unum adhuc repertum eſſe, qui nobis Imperii Clinodiorum veram formam & habitudinem depingeret. Quomodo cæterorum per Europam Regum, Ornamenta ſacra, & imprimis Coronæ ſeſe habeant, ſatis tenemus tum aliunde, tum ex nuperis Haraldicæ Artis Magiſtris. At, qualis, non dicam reliquus Imperatoris apud nos cultus, ſed vel ipſa Corona ſit, vulgo ignoratur, ita ut ne de hujus quidem materie indubitanter conſtet. Præter eos enim, qui auream illam eſſe perhibent, ſunt, qui ex argento, ſunt adeo qui ex ferro fabrefactam ſerio nobis confirmant: atque utrorumque catalogum inivit, Nobiliſſimus, & ob doctrinam qua pollet, honoreſque quos meruit, in publica exiſtimatione poſitus, nobis vero amiciſſimus Vir, *Henricus Gunterus Thulemarius* in libri de Octovitatu c. 25. §. 24. Adjungimus ab illo obſervatis, apud Hartmannum Maurum in Deſcriptione Coronationis Caroli V. quod legitur: *Coronam Caroli M. quam Nurembergenſis Magiſtratus ſumma cum diligentia atque veneratione publice ad aliquot ſecula aſſervat, ferream vul-*

gus falſo autumat, &, *quod magis pudendum, paſſim in Juris Profeſſorum Commentariis reperitur.* Ergo, cum in materie Coronæ Germanicæ definienda, tantopere peccatum ſit, mirum nullum, circa formam quoque aberratum eſſe enormiter, & quidem, ne ad alios in præſentia attendamus, ab ipſomet Limnæo, dum libro 7. Jur. Pub. cap. 35. verbis quæ ſequuntur, ejus repræſentationem, ex Matenelii, quantum apparet, de Coronatione Ferdinandi II. relatione, facere inſtituit. *Inſignia*, inquit ipſe, *Imperialia, maxima ex parte, ſuæ cuſtodiæ concredita tenet Noriberga, quæ ad Coronationem Regis Romanorum ſolet conferre. Habet enim primo Coronam Regalem, intra cujus ambitum, mitra Epiſcopalis bicorni cacumine exſurgit, ad partem anticam, ſeu frontem, Corona illa Crucem habet, bene magnis adamantibus diſtinctam, quam longe* (fortaſſe legendum *longa*) *ſeries unionum ſeu margaritarum, ad formam crucis perficit. In parte poſtica, ſeu occipitio, duæ appendiculæ ſunt, auro tortili phrygiatæ, ac rubra byſſo, quæ fimbriolis aureis terminantur. Tota autem aurea eſt, ac per circuitum, pretioſiſſimarum gemmarum divite copia, rubinorum, ſmaragdorum, adamantum, unionum diſpuncta, quæ gratioſiſſimam lucem ex ſe diffundunt. Habet præterea ſemicirculum aureum, medium hiatum mitræ diſpeſcentem, ſurſum inſtar anſæ repandum; & utrinque in ſe reflexum, qui auream in apice crucem geſtat.* Obfuit, ceu fieri neceſſe erat, Limnæi autoritas multis, ac in his quoq; Venerabili Viro, Philippo Jacobo Spenero Parte 1. Operis Haraldici c.6. n. 14. ut ſine dubitatione fidem ejus dictis adjungerent. At vero, Limnæi iſta deſcriptio, nullo modo ad Coronam Germanicam Norimbergenſem quadrat, ut potius magis eam effigiet, qua Imperatores Romæ inaugurantur, quæque proprie *Imperatoria* vocatur. Nam, de hac tradit Haraldicæ Artis peritiſſimus Meneſtrier in libello Le veritable art du Blaſon p. 185. *La Couronne de l' Empereur eſt unu eſpece de Bonnet, ou de Thiare, qui a ſur le milieu un demy cercle d'or, ſur lequel eſt porté la figure du monde, ceintré & ſommé d'une croix, le bonnet entre ouvert ſur les deux coſtez de ce ceintre, & en bas une couronne pour cercle, d' ou ſortent deux pendans, ſemblables à ceux des Mitres des Eveſques.* Interim, cum ob Crucem, quam *ad partem anticam, ſeu frontem*, Limnæus Coronæ ineſſe aſſerit, nec Romanam Imperatoriam Coronam ejus deſcriptio omninò referat, ſupereſt, ut dicamus, confudiſſe illum, vel Autorem, quem habuit, inter ſeſe Germanicam & Romanam Coronas, atque ex utraque concinnaſſe quandam hibridam, ceu mox dicenda in apricum proferent.

Prius enim hoc quoque, velut in tranſcurſu, monendum, haud veriſimile mihi videri, *Coronam Romanam*, ſecundum omnem ſuam ſpeciem, a quoquam adumbrari poſſe, eo quod nulla vera & antiqua, archety-

CHRISTVS VINCIT CHRISTVS REGNAT

chetypum præſtans, Romæ extat. Proinde, cum ad quemque Inaugurationis actum nova paretur, neceſſe eſt, varias, ceu in rebus ejusmodi fieri ſolet, circa acceſſoria ornamenta, prodire figuras, niſi quod illud eſſentiale proculdubio omnes ſervant, ut ex Corona & Tiara fiat apta condecentia & compoſitio. Sane, ſi Numos, quos Octavius Strada in Vitis Imperatorum nobis ſpectandos offert, reſpiciamus, magna deprehenditur Coronarum, quibus Germanici Cæſares uſi fuere, diſſimilitudo ac differentia, &, quod jure quis miretur, ne ſemel quidem ejus, quæ nunc Noribergæ cuſtoditur, genuina ſit expreſſio. Multi Coronas apertas geſtant; aliqui, ex tiara geminatam, ac ideo clauſam, minime tamen uniformem. Cæterum, non reperiri Romæ unam perpetuam inaugurandis Cæſaribus dicatam Coronam, Æneas Sylvius Cardinalis in vita Friderici III. Imperatoris docet, loco memorabili, e quo illud ſimul diſcimus, Fridericum hunc, etſi novam Coronam ſibi paraverat, tamen Noribergenſi, quam Aquisgrani jam admiſerat, etiam Romæ coronari voluiſſe. Sic vero eſt apud Æneam Sylvium: *Pontifex rem divinam inchoavit, interque celebrandum, diverſæ ſolemnitates, a priſcis inventæ patribus, ſervatæ ſunt. Sceptrum, quo Regia poteſtas indicatur; Pomum, quod mundi dominium oſtendit; Enſis, qui belli jura demonſtrat, per vices data. Poſtremo, Corona aurea Infulata, pretioſisque cooperta gemmis, Cæſareo capiti impoſita. Imperatrix quoque poſt Cæſarem, Coronam ex manibus Pontificis accepit, quam Conjugis Sigismundi fuiſſe conſtabat. Cæſar autem, quamvis Ornamenta ſibi pretio incredibili comparaſſet, in hanc tamen ſolemnitatem, Pallium, Enſem, Sceptrum, Pomum, Coronamque Caroli Magni, ut fama fuit, ex archivis Noribergenſium ad ſe deferri curaverat, hisque uſus eſt. Datur enim hoc vetuſtati, ut plus majeſtatis habere videantur* (fortaſſe inſerendum *antiqua*) *pondere nova careant.* In his vero difficultatem haud parvam habet, quomodo, ſi Corona Noribergenſis Romæ adhibita fuit, hanc *Infulatam* vocare potuerit Cardinalis, quæ Inſula prorſus deſtituitur. Quapropter dicendum, ut ex Germanica Corona, Romana Imperatoria fieret, tum quidem Inſulam aliquam, ſericeam forſitan, quales geſtare Pontifex & Cardinales ſolent, pro tempore ei fuiſſe inſertam; id quod efficere pronum erat, cum Germanica, uno tantum circulo, & eo quidem ita comparato, ut e ſuo loco moveri poſſit, ſuperne claudatur.

Jam nunc, publice gratiam initurus, *Coronam Germanicam*, qua nullum ornamentum, ullius unquam Regis faſtigio dignius eſſe poterat; nulla Corona pulchrior, magisque fœta myſteriorum, uspiam gentium reperta fuit, vivis coloribus delineatam, oculis contemplandam ſubjiciam. Eſt vero ea confecta ex puro puto auro, XIV. librarum gravi pondere; ut merito Æneas Sylvius in vita Friderici III. hoc tanquam

memoria dignum annotarit, illum Imperatorem jejunum tota die geſtaſſe Noribergenſem Coronam. Poſtquam 2. Sam. XII. narratum fuerat, expugnaſſe Davidem Rabbatam, Ammonitarum Regiam urbem, additur: ויקח את עטרת מלכם מעל ראשו ומשקלה ככר זהב ואבן יקרה ותהי על ראש דוד: Vetus Interpres Latinus expoſuit: *Et tulit Diadema Regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas, & impoſitum eſt ſuper caput David.* Lutheri Verſio habet: Und nahm die Kron ihres Königs von ſeinem Haupt / die an Gewicht ein Centner Goldes hatte / und Edelgeſteine / und ward David auf ſein Haupt geſetzt. Iſtud aſſertum ne quis cavilletur, cauſando, repugnare ſanæ rationi, ut Ammonitarum Rex, & poſt ipſum David Rex Iſraelis, tam immenſæ gravitatis Coronam, cui manibus humo tollendæ vix pares futuri erant, ſolo capite ſuſtinuerint, ideo Judæi nobis perſuadere laborant, fuiſſe apici Coronæ iſtius inſertam gemmam, quæ ea vi & facultate occulta pollebat, ut rei cui addebatur, pondus adimeret, & pluma illam redderet leviorem. Eſto, verum iſti tradant, nec enim ea de re in præſentia admodum laboramus, ſaltem ejusmodi gemma, Corona Germanica deſtituitur, & Imperatorum capita duriter premendo, ſtatim in ipſa Inauguratione illos admonet, magnæ molis opus eſſe, regere ſubjectos Imperio Romano populos, & niſi Cœleſtis Providentia opem porrigat, fieri aliter non poſſe, quam ut quis infinito ponderi ſuccumbat. Limnæus ad Caroli V. Capitulationem p. 329. ex Tilleto monet, in Regum Galliæ inauguratione, duplicem coronam Archiepiſcopo conſecratori ad manus eſſe, unam nimirum ponderoſam, qua ſacra ceremonia peragitur: levem alteram, quæ, cum prioris uſus non eſt, in locum ejus ſuccenturiata ſubſtituitur.

Ambitus Coronæ Noribergenſis, diſtinguitur in areolas, ut ita loquar, (nam & Germani Felder vocamus) octo, deſinentes ſuperne in dimidiatam rotunditatem. Harum quæque ſeparatim efficta fuit, eapropter, præter ferruminationem, etiam intus ſimplici ferreo ligamento, digitum minutum virginalem lato, quod in orbem circumductum eſt, invicem conſtringuntur, qualis ſecundum Æneam Sylvium in vita Friderici III. etiam Coronæ Mediolanenſis eſt colligatio, ut nimirum *per medium circulum Coronæ, lamina quædam parvula ex ferro ducatur.* Ex octo illis areolis Coronæ Noribergenſis, quatuor numero, gemmis & unionibus onerantur, quatuor, emblemata, ſive figuras aliquas pictas referunt, quibus explicandis, verba, vel ſententiæ quædam adjiciuntur. Prima areola, quæ frontem Cæſarum ornare debet, ac cujus rei Crux illi infixa indicium facit, cæteris, ſola quæ ei ex adverſo opponitur, ex-

cepta,

cepta, paulo major, XII. gemmas, magnitudinis inſignis habet inſertas, quaterna ſerie, ita ut in quaque gemmæ tres, & quidem diverſi generis, locatæ ſint, diſpoſitas. Nimirum, forma hujus areolæ prorſus talis eſt, qualis Pectorale Summi Hebræorum Pontificis, cui Vrim & Tummim inerant, in Scripturis, & ex illa a glyptis & pictoribus nobis figuratur: ac plus quam ſuſpicio eſt, voluiſſe Carolum M. ex religione quadam, Hebræorum Pontificis ſacerrimum monile, cujus ipſe Deus autor fuerat, æmulari, ejusq; ſpeciem quandam in diadema ſuum transferre, in fronte, ut ab omnibus conſpici queat, geſtandam. Nempe, ſic ex antiquo habetur ejus pectoralis quoq; ratio, in formula benedictionum, qua Gemmæ in Eccleſia Romana ſacrantur; ad quam attinens adſcribo Fragmentum, ex benedictiones continente, eodem MS. libro Bibliothecæ Noribergenſis, quo paulo ante ſum uſus. *Sicut dicit liber, qui continet Veterum narrationes, omnis creatura in peccato primi hominis corrupta eſt, maxime autem Lapides pretioſi, qui ad curam humani generis, ſicut herbæ, & multa alia creati ſunt. Sed etiam in ipſis virtutibus, quæ in eis poſt peccatum primi hominis remanſerunt, per attactum & uſum immundorum hominum, per peccata ſæpius Lapides corrumpuntur. Tamen ſicut homo baptiſmate & pœnitentia reparatur, ut ad ſtatum primæ creationis redire poſſit, ſic lapides pretioſi, conſecrationis ſatisfactione, ad virtutem efficacius reparantur. Eſt vero hic modus ſatisfactionis & conſecrationis, ut in eodem libro ſcriptum invenimus. Primo mittendi ſunt Lapides in panno lineo, & ponendi ſuper altare, usque poſt Miſſas ſacras, ſicque Sacerdos nondum exutus veſtibus ſacris, dicat benedictionem, præmiſſo, Dominus vobiſcum. Oremus: Deus, omnipotens pater, qui per quascunque inſenſibiles creaturas, virtutem tuam hominibus oſtendiſti: qui Moſi famulo tuo, inter cætera veſtimenta ſacerdotalia, Rationale judicii XII. lapidibus pretioſis adornare præcepiſti, necnon & Johanni Evangeliſtæ cœleſtem Civitatem, virtutibus, eosdem lapides ſignificantibus, conſtruendam æternaliter oſtendiſti. Majeſtatem tuam humiliter deprecamur, ut hos lapides conſecrare & ſanctificare digneris, per ſanctificationem & invocationem nominis tui, ut ſint ſanctificati & conſecrati, & recipiant effectum virtutum, quas te dediſſe Sapientum experientia comprobavit, ut quicunque illos ſuper ſe portaverit, virtutem ſibi per illos adeſſe ſentiat, donaque gratiæ tuæ, & tutelam accipere virtutum mereatur. Per Jeſum Chriſtum filium tuum, in quo omnis ſanctificatio conſiſtit, qui tecum vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

Cæterum, Coronæ Noribergenſis Gemmæ illæ XII. palmariæ, ſicut & reliquæ omnes, rudes ſunt, prout natura eas efformaverat, minime vero in angulos, aut acumina, antiquiſſimis, quin & nuperis ſeculis recepto more, exſculptæ. Vacua inter gemmas ſpatia, ingentes, pulcherrimique uniones adimplent. Principi areolæ, quantitate ſua, prout

jam

jam modo innuimus, reſpondet ea, quæ e regione illam reſpiciens, occipiti convenit: cæteræ vero, inter has duas interjectæ, nonnihil humiliores deprehenduntur. Porro, ea, quæ præ cunctis notabilem, frontiſpicii areolam a dextra excipit, in aurea lamina, nobis Chriſtum Servatorem ſedentem commonſtrat, ex opere colliquato & uſtili (von geſchmelßter Arbeit) coloribus variegato, ad quem modum etiam figuræ reliquæ cum ſuis inſcriptionibus, exprimuntur. Vtrique Servatoris lateri adſtat Cherubinus, quatuor alis præditus, quarum duæ in altum vergunt, e quibus caput proſpectat, duæ in ima protenduntur. Superne adſcriptum;

ꝑ ME REGES
REGNANT.

Sequitur proxime areola, gemmis ac unionibus, minoribus tamen longe, quam quibus duæ præcipuæ ſeſe efferunt, nec tanta concinnitate diſtincta, quod idem de cæteris quoque gemmatis ſic tenendum. Succedit rurſus areola picta, exhibens Ezechiam ſive Hiskiam Regem ſedentem, ægrumque caput dextra manu ſuſtentantem. Hujus dextro lateri ſe applicuit Eſaias Propheta, ſchedam oblongam manu tenens, in qua legitur;

ECCE ADICIÃ SVꝑ DIES TVOS XV. ANNOS.

Amborum capitibus imminent verba:

ISAIAS EZE
ꝓPHETA CHIAS
REX.

Huic contigua eſt areola occipitii majuſcula, XII. inſignibus gemmis, cum intermediis unionibus, quamvis fere inordinatim poſitis, decorata. Quæ illam excipit, Regis, Corona clauſa coronati, effigie notatur, cui ſcheda in manibus eſt, quæ inſcriptum habet:

HONOR REGIS IVDICIVM DILIGIT.

Super capite Regis legas;

REX DAVID.

Iſti areolæ rurſus juncta eſt gemmata, & huic emblematica, in qua conſidet Rex coronatus, in ſcheda, quam utraque manu tenet, legenda exhibens verba:

TIME DOMINVM ET REGEM AMATO.

Capiti illius ſuperne additur:

REX SALOMON.

Atque

Atque dehinc jam ſe offert rurſus areola frontiſpicii primaria, cui inſuper, ex Cruce haud modica, quæ ſuperne infigi, & demi iterum poteſt, dignitas & decus accedunt. Crucis pars anterior, & ipſa XVII. gemmis lucentibus radiat; poſtica, lævis eſt, Servatoris, quaſi in cruce patientis, figuram inciſam habens, citra colorum incruſtationem, manus ſanguinem exſtillant. Crux nulla ſculpta adjicitur, cum ipſa illa, quæ, imaginem Chriſti ſuſtinet, ſufficiat tanquam baſis. In apice eſt epigraphe:

I H̄ C
NAZAR
ENVS R
EX IVDE
ORVM

Præter Crucem, infigitur amplius huic areolæ *Arcus*, ſive ſemicirculus ſinuoſus, mobilis is, cujus altera extremitas, oppoſitæ areolæ occipitii inſerenda. Hic margaritis ornatus eſt, quibus phrygiano opere expreſſa cernuntur verba:

CH VON RAD VS DEI GR AT IA
RO MA NOR V̄ IMPE RA TOR AVG

Talis forma & ſpecies eſt Coronæ, quæ Noribergæ cuſtoditur, eadem inſuper intus mitram ex hololerico rubro inditam habet, ut commode, & citra offenſionem ſuſtineri queat.

Nunc porro reliqua quoque Imperii Clinodia ſermone perſequamur. In POMO IMPERIALI, nihil præcipue mihi notavi. Modicum eſt, & quod virilis manus facile complectatur. Intus illud terra repletum eſſe Gothofredus Viterbienſis ſcripſit in Chronico. Hanc autem, ſive materiem aliam, bractea aurea circumveſtit. Ambit illud medium, circulus gemmis refertus, & talis quoque eſt Crux, deſuper inſita immobilis. Quia ſingulare & memorabile id mihi videtur, eapropter non poſſum quin indicium faciam, in pridem laudato nobis Aureæ Bullæ MS. Codice Imperatorio, quem Wenceslaus Cæſar picturis adornari juſſit, Imperatoris Regisque Bohemiæ imagines ita exprimi, ut globum aureum, cruce penitus deſtitutum, ſiniſtra illi teneant: tum vero Bohemiæ Regis pes dexter, viridi, lævis, rubro tibiali induitur.

SCEPTRVM IMPERIALE, ingens quidem eſt, ſed argenteum tantum, & leviter inauratum. More vulgatorum ſceptrorum, ornatu cætera deſtituitur, niſi quod in ſummitate folia querna ſex habet, quorum tria, per alternationem ſurſum, totidem deorſum vergunt, deſinitque in querneam glandem.

In GLADIO, qui CAROLI MAGNI eſſe dicitur, Pomum manubrii rotundum, ex uno latere Aquilam ſimplicem, ex altero Leonem oſtentat, cum cauda bifurcata, in altum protenſa. Laminæ, ubi latiſſima eſt, ſecundum longitudinem, hinc inciſum:

CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT.
CHRISTVS IMPERAT.

Inde:

CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT.

In altero GLADIO, quo MAVRITIVM, non quidem Imperatorem, ut aliqui ineptiſſime ſcripſerunt, ſed Martyrem, & Thebææ Legionis Ducem, uſum fuiſſe fama fert, Pomum in capulo, cordis alicujus figuram imitatur: ſuperne enim latum, fit deinde anguſtius. Hujus Pomi unum latus nota caret, in altero Aquila dimidia additos habet Leones ambulantes, ſive, ut Haraldicæ Artis ſcitis convenientius loquamur, Leopardos tres, ſibi invicem impoſitos. In laminæ una parte ſeſe offerunt verba:

BENEDICTVS DŌS DĒS.

In altera, iſta:

DEVS QVI DOCET MANVS.

Quod ad VESTIMENTA IMPERATORIA attinet, equidem fateor, non fuiſſe me in iis contemplandis admodum curioſum, quando nec, ob cauſam, quam prædiximus, illorum tractandorum, & plene planeque explicandorum poteſtas facile conceditur. Quantum tamen ex perfunctoria inſpectione in memoriam redeunt, exiſtimaverim, recte ſe habere, quæ de iis Hartmannus Maurus in Deſcriptione Coronationis Caroli V. Cæſaris annotavit, teſtatus, ſe vidiſſe, *Dalmaticam albam boloſericam, pretioſis margaritis gemmisq; diſtinctam. Auream Stolam, margaritis quoque adornatam. Vnam Cappam boloſericam violacei coloris, cui aurum in modum Aquilæ intextum: alterum Amiculum rubei coloris, contextum pari modo magna aurea Aquila. Præter hæc, duas Dalmaticas, unam violacei, aliam vero nigri coloris: duas Chirothecas, unionibus, pretioſiſſimisq; lapidibus ornatas. Socculos duos aureos, Stolam, Zonam coriaceam, retinaculumque ejus aureum: quæ omnia pretioſis lapidibus affabre picturata & redimita ſunt.* At, mirificiſſimæ iſtarum Veſtium, quæ apud Limnæum legitur, deſcriptioni, nemo, qui ſcit nervos & artus ſapientiæ eſſe, non temere credere, fidem adjungat, imprimis quando aſſeritur, in Paludamento, faciei Caroli M. incumbere cœleſtis Patris imaginem. Cerni deinde, a latere utriusque imaginis, geminas Columnas Herculis, in mon-

montibus Calpe & Abyla conſtitutas, intra quas ſe Oceanus Atlanticus in Mare Mediterraneum, anguſto freto, ac faucibus contractis infunda t: ubi balænæ affabre expreſſæ, inter undoſas tumultuoſi maris procellas, uniones eructent. Sed, operæ pretium eſt, ipſammet integram ejus narrationem recitare. Poſtquam nimirum de Corona Cæſarea ea ſcripſiſſet, quæ pridem allegavimus, addit: *Tenet Noriberga deinde Dalmaticam veſtem S. Caroli Magni, pretioſis margaritis diſtinctam. Sunt autem ex auro tortili, cum ſubtemine flavo ſerico phrygiatæ ejus fimbriæ, & manicarum limbi unionibus auroque bracteati, intus byſſo carmeſina ſuffulta. Tertio Cappam choralem, Mantum, ſeu Mantellum, ſive Paludamentum Cæſareum, cui phrygio opere intextæ ſunt Aquilæ aureæ; habet præterea duas grandes Aquilas intertextas, ex nigro ſerico. Oras illius ambit, bene lata fimbria, gemmario opere texta ſuperbiſſimo, rutilante, ubi ſmaragdi, adamantes, ſapphiri, chryſoliti &c. grandiores videntur. In Pluvialis illius, ſeu Paludamenti, poſteriore parte, inter ſcapulas a cervice, adusque baltheum, capucium, ſeu ricinum eſt dependulum, in quo rutilantiſſimi lapides ſeriatim poſiti, & cumprimis Caroli M. facies, cui cœleſtis Patris imago incumbit. A latere utriusque imaginis geminæ Columnæ Herculis, in montibus Calpe & Abyla conſiſtunt, intra quas ſe Oceanus Atlanticus in Mare Mediterraneum, anguſto freto, ac faucibus contractis infundit; ubi balenæ affabre expreſſæ, ſmaragdos & uniones eructant, inter undoſas tumultuoſi maris procellas. Pendet ex illo capitio nodus aureus, filamentis aureis ſparſus, usquequaq; fluidus, ac ingenti ſapphiro coruſcus. Quarto, Stolam auream, ex auro tortili, ac flavo filo ſerico phrygiatam, in cujus extremitatibus, Cruces ex meris margaritis formatæ ſpectantur. Quinto Amiculum rubri coloris. Sexto Chirothecas unionibus ornatas, & puro bracteato auro textas. Septimo Sandalia, Calceos, ſeu Socculos duos aureos, villoſo cocco quoq; rubricatos. Octavo, Tibialia, ſeu Ocreas, ejusdem vere magni Cæſaris & ſancti, quas* bruſſechinas *vocant, paulùlum ſupra genua aſcendentes. Reliqua, paſſim nota ſunt, ut longiore deſcriptione non ſit opus. Nono Zonam coriaceam, cum retinaculo ejusdem aureo.*

Enim vero, ſicut ante profeſſus ſum, non pollere me, quales veſtes Imperatoriæ ſint, exactiſſima notitia: ita amplius hoc quoque confiteor, pariter neſcire me, ad quod genus ſacri habitus illæ pertineant. Clericales eſſe, omnes conſentiunt, atque ſi Thuanum lib. 32. Hiſtor. Cochlæum l. 2. Hiſtor. Huſſit. Goldaſtum in den Reichs-Handlungen/ p. 267. Schardium t. 3. Script. Germ. p. 2075. Fuggerum in Speculo Honoris Auſtriaco p. 751. ſequimur, ſunt in eo gradu conſtituti Imperatores noſtri, quem *Diaconi* obtinent, atque horum munus obeunt, illorumque more veſtiuntur. Sufficit Thuani, Imperatoris Maximiliani II, inaugurationem deſcribentis, verba adduxiſſe: *Unctum Regem Tre-*

vir, & Colonienſis, & Palatinus, qui ad hoc officium e conclavi prodit, una in ſacrarium, ad detergendum oleum abducunt, inibique aureo amiculo exuto, Imperialibus D. Caroli Ornamentis, a Norimbergico Senatu, cui ea de veteri more aſſervare jus eſt, transmiſſis, Diaconi *inſtar induunt, & indutum ad altare ſiſtunt.* Atenim, pro Diacono, *Sacerdotem*, Pontificalibus tamen veſtibus indutum, nobis ſiſtit Autor, qui Ferdinandi III. Coronationem deſcripſit, cujus relationem integram, Benedictus Carpzovius JC. celebris, Commentario de Lege Regia Romanorum cap. II. ſect. 10. inſeruit. Ejus verba ſunt: Und ſeynd Ihr. Königl. Majeſt. nachdeme zuvor die absterſio olei per lanam mundam vorm Altar beſchehen/ durch Chur Cöln/ und die Herren aſſiſtirende Biſchoffen/ und andere Geiſtliche/ wie nicht weniger auch Churf. Durchl. in Bayern/ und der Abweſenden Geſandten in die Chor-Capell geführt/ und daſelbſt Ihr Majeſt. aus den von Nürnberg zugebrachten/ alten Kayſ. und Königl. Pontificalien, mit Sandalien oder Knieſtieffeln/ item einer langen Alben/ und darüber einer langen Stola, vorn über die Bruſt hinab Creutzweis/ in Geſtalt eines Prieſters angezogen werden. Non deſunt, qui plane ex Imperatore *Pontificem* faciant, quippe Nicolaus Mameranus, apud Goldaſtum in Polit. Imp. Mauritii Saxonis inveſtituram enarrans, ait: *Habitus Cæſaris is erat, quo Pontifices, Miſſæ ſacrificium facturi, indui ſolent, ſignificans Rom. Imp. Religionis Chriſtianæ aſſertorem, promotorem & defenſorem ſemper & ubiq; eſſe debere.* At Thuani Continuator lib. 5. Matthiæ Cæſaris Coronationem exponendo, ſumma imis miſcet, & Pontificem cum Diacono confundit. *His ita peractis,* inquit, *Suffraganei Regem per Chorum in conclave duxerunt, abſterſoq; oleo,* vetuſtum illum Imperialem & Pontificalem habitum Norimberga allatum, *ocreas nimirum, & albam longam, ſtola divaricatim a collo per pectus traducta, eiq; ſuper injecta induerunt: atq; ita* Diaconi more veſtitum *ex Choro ad ſellam precatoriam reduxerunt.*

Poſtquam animum in contemplatione Clinodiorum hactenus defixum tenuimus, ſuadet ratio illos comiter refellere, qui opinjone ſua decepti, haud convenienter de iis tulere judicium. Atque de *Corona* quidem, Vir magnorum in Rempub. Literariam meritorum, & clariſſimi inter omnes nominis, *Hermannus Conringius*, cenſuit, eam haudquaquam Carolo M. verum unice Conrado I. acceptam nos ferre debere: ſed, tenuibus uſus argumentis, *dum in Caſtigatione libelli, cui titulus Anticonringiana defenſio Juris Colonienſis*, hunc in modum cauſam perorat; *Si Corona Germanica eſt ipſiusmet Caroli M. qui fit, quod habeat nomen Conradi inſcriptum? Habere autem, probabo nunc tantum teſtimonio unius Johannis Gryphiandri J. C. ex libro de Weichbildis Saxonicis c. 70. n. 9. qui poſt coronationem Matthiæ Cæſaris, Coronam illam, priusquam in ſcrinium reponeretur,*

tur, teſtatur ſibi inſpectam, (viderunt & alii nuper) Conradi nomen præferentem. Ille ſane ſuſpicatur, hanc eſſe Conradi IV. Coronam, quam Fridericus II. Imperator, in obſidione Parmenſi amiſerat : cum tamen ſit veriſimilius, eſſe illam Conradi I. quam ille morti vicinus, Henrico Aucupi, per fratrem Fridericum fecit offerri. Diſerte ſane teſtatur Luitprandus Ticinenſis l. 2. c. 7. coronam illam fuiſſe Conradi propriam ; *ita etiam illam deſcribit, ut plane eam, quæ hodie ſupereſt, depinxiſſe videatur. Adhoc Witikindus Corbejenſis Gladium, qui ſimul cum Corona fuit Henrico traditus, appellat quidem* Gladium veterum Regum. *Diademati autem titulum illum non addit ; ut appareat, fuiſſe illud recentius. Quicquid ſit, Coronam illam eſſe ipſiusmet Caroli Magni, nullo veriſimili argumento poteſt oſtendi.* Vt ea, quæ Vir Doctiſſimus diſſeruit, eo melius intelligamus, totum Luitprandi, ad quem provocat, locum cognitum habere flagitat neceſſitas, talibus conceptum verbis : *His itaq; prolatis,* propriam Coronam, *non auro, quo cujuscunq; ordinis pene Principes pollent, verum gemmis pretioſiſſimis non ſolum ornatam, ſed gravatam, Sceptrum, & cuncta quæ regalia ſunt indumenta , in medium venire præcepit, & prout valuit, hujusmodi verba effudit : heredem, regiæque dignitatis Vicarium,* regalibus meis ornamentis *Henricum conſtituo, cui ut obediatis, non ſolum conſulo, ſed etiam oro. Quam juſſionem mox ſequitur interitus, & interitum eſt obedientia proſequuta. Ipſo namque mortem obeunte, memorat ; Principes Coronam, cunctaque regalia indumenta Henrico Duci contulerunt, atque ut Rex Conradus dixerat, cuncta per ordinem narraverunt.*

Enim vero, genuina quidem appellatione , ſecundum Horatium,

-- *proprium eſt, quod quis libra mercatur & ære.*

Sed, in Conradi dicto, verba *propriam Coronam,* haud alio ſenſu accipere convenit, quam cum poſtea *omnia Regalia Ornamenta ſua vocat* : quo ipſo id neutiquam ſignificat, ſe illas res mancipi tenuiſſe, verum pro tempore ſibi conceſſum fuiſſe earum uſum. Nempe, quod Juris Interpretes ex Accurſio monent, *meorum, tuorum, ſuorum* appellatione, non ſolum illa intelliguntur, quæ in pleno dominio habemus, ſed & ea, in quæ jus aliquod exercemus, quomodo ruſtici, agrum, quem colendum acceperunt, ſuum vocant , ac allegari ſolet in eam rem *l. cum aliquis C. de jure deliber.* Et vero, erat utique in his , de quibus Conradus loquitur, Ornamentis, Gladius. Hunc tamen minime recentem, & Conradi poſſeſſionem fuiſſe, ipſe Conringius, Witikindi Corbejenſis, quod in iis quæ præcedunt , recitavimus , teſtimonio probat evincitque. Quod ſi ergo Conradi oratio nihil impedit, quo minus Gladius, alienæ & priſcæ originis eſſe poterat, non prohibemur paria de Corona autumare, imo, niſi omnia me fallunt, cum Witikindus verbis ſupra allegatis dixit, *& veterum Gladio Regum ac Diademate,* non minus

nus Diadema quam Gladium, priſcos Reges tenuiſſe, ſatis perſpicuis verbis fit indicium.

Sed hæc leviora videri queunt; illud *Conradi*, quod in Arcu legitur, nomen, præcipue Conringio fraudi fuit, eumque permovit, ut a Carolo M. Coronam abjudicaret, eandemque aſſignaret Conrado I. Cæſari, fruſtranea, & veritati vim faciente molitione. Scilicet, cum nomini Conradi ſimul adjiciatur: DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVG. per hæc Conradum I. excludi, tantopere perducitur ad liquidum, ut nihil poſſit eſſe manifeſtius.

Nimirum, ut ab ovo rem repetamus, cum Ludovicus II. Imperator non relicta maſcula prole vita exceſſiſſet, hæc occaſio fuit, de Imperatoris nomine, & Italiæ regno concertandi. Antea enim Carolus M. Ludovicum; Ludovicus, Lotharium; Lotharius, Ludovicum II. quisq; puta parens filium, ea dignitate impertiverat. Quippe de Carolo M ſcribit Eginhartus in vita: *Extremo vitæ tempore, cum jam & morbo, & ſenectute premeretur, evocatum ad ſe Ludovicum Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat, congregatis ſolenniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio, conſortem totius Regni, & Imperialis nominis heredem conſtituit, impoſitoque capiti ejus Diademate, Imperatorem Auguſtum juſſit appellari.* Porro, de Ludovico hoc, legitur apud Anonymum de reb. geſt. Pipini, Caroli, & Ludovici ad A. 817. *Ludovicus Imperator Lotharium filium primogenitum, conſortem Imperii conſtituere volens, Aquisgrani, in conventu more ſolito inſtituto, eum coronavit, & nominis atque Imperii ſui ſocium conſtituit.* Lotharium, pravorum conſiliorum, & quæ hæc comitari ſolent, infortuniorum tandem pertæſum, Ludovico filiorum natu majori, qui pridem Rex Italiæ conſtitutus & conſecratus erat, Imperatorium nomen, Lothario cognomini, Regnum hoc ipſo vocabulo dictum; Carolo Provinciam attribuiſſe, ſeque ſex circiter ante obitum diebus, in Prumienſe Monaſterium abdidiſſe, ex Annalibus Metenſibus ad A. 855. conſtat. Cæterum, cum Ludovicus II. rebus humanis exemtus, filium nullum poſt ſe reliquiſſet, mox Ludovicus Germanicus, & Carolus Calvus fratres, Ludovici Pii filii, Imperatorium decus affectare cœperunt, minor autem Carolus, cum Romani Pontificis maxime auctoritate, ſe voto potiri poſſe, haud vane judicaret, fratrem majorem Ludovicum antevertens, citato itinere Romam pervectus, honorem hunc, prece & pretio a Johanne VIII. (alii IX. vocant) Pontifice ſibi paravit. Hinc de illo Autor Annalium Fuldenſium: *Omnem Senatum Populi Romani, more Jugurthino, corrupit, ſibique ſociavit: ita ut etiam Johannes Papa, votis ejus annuens. Corona capiti ejus impoſita, eum Imperatorem & Auguſtum appellare præcepiſſet.* Idem Anna-

Annales Metenſes bis teſtantur. Semel: *Carolus Calvus, datis Apoſtolico Johanni & Romanis magnis muneribus Imperator creatur.* Et iterum; *Carolus Imperatoris nomen, a Præſule Sedis Apoſtolicæ Johanne, ingenti pretio emerat.* Non addimus aliud, præter Martini Poloni in Chronologia Imperatorum teſtimonium: *Carolus Calvus Romam properat, & Johannem Papam, & Romanos per munera ſibi attrahens, Imperator efficitur, ſed ſtatim, a Ludovico fratre ſuo, bellum contra ipſum paratur, eo quod ſe inconſulto Imperium uſurpavit.* Temperaverat ſic ſibi Carolus, ceu fieri æquum quodammodo erat, ſolo Regis Francorum titulo contentus, ab Imperatoris & Auguſti nominibus, quoad a Pontifice eſſet coronatus, atque deinde demum, Imperatorem & Auguſtum ſeſe vocans, inſuper annos Regni, ab annis adepti Imperii, in Reſcriptis nove diſtinguebat. Iſta Caroli cœpta, ſolicite ſibi imitanda ſumſerunt, qui eum excipiebant, ſequentium Seculorum Imperatores, ita, ut qui Romæ non fuerant inaugurati, haud unquam Imperatores & Auguſtos in publicis monumentis ſeſe appellarent, qui vero Coronam ibi ſuſceperant, ab ea ceremonia, Imperatoriæ poteſtatis exercitæ, repeterent initiúm. Nimium dixiſſe aliquibus videtur Sigonius lib. 5. de Regno Ital. cum poſt narratam de Caroli Calvi inauguratione hiſtoriam, ſubjicit: *Hinc titulus Imperatoris Auguſti, poſthac ſincerum Pontificis beneficium eſſe, annique Imperii a conſecratione Pontificia repeti cœpti.* Nihilo ſecius negari nequit, occupaſſe tum alte hominum animos perſuaſionem, Auguſti & Imperatoris titulos, cum Coronatione Pontificis arctiſſimo nexu conjungi, & hac deficiente, nec illos ullatenus locum invenire. Hinc Rhoswita Monialis, Hiſtoriam de geſtis Othonis Magni (quem illa Oddonem vocat) Imperatoris, Heroico Carmine conſcriptam, filio ejus Othoni II. dicans, ipſum compellando, modeſta excuſatione utitur, quod eum, utpote Romæ nondum coronatum, Regem tantum nominet:

> *Et licet Imperii teneas decus Octaviani,*
> *Non dedigneris vocitari nomine Regis,*
> *Donec præſcripto vitæ regalis honore,*
> *Ordine digeſto, nec non ſermone decoro,*
> *Dicatur ſceptri decus Imperiale ſecundi.*

Bodinus verò lib. 1. de Repub. vehementer nobis teſtatur, *in omnibus antiquis fœderibus, quæ cum Regibus Francorum, cæteriſque Principibus icta ſunt, atque etiam in antiquis hiſtoriarum Scriptoribus, nusquam* Imperatores, *ſed* Reges Germanorum *appellari, præterquam eos, qui a Pontificibus Romanis Coronam accepiſſent.*

Quæ, cum ita ſint, nulla ratio patitur credere, Conradum I. qui minime Corona a Pontifice fuerat inſignitus, audendo eo usque progreſſum

greſſum eſſe, ut IMPERATOREM AVGVSTVM unquam ſe appellare ſuſtinuerit, fidemque rei nobis amplius facit Numus ejus apud Stradam, in quo ſimpliciter legas: CONRAD REX. Proinde recte, & ad illud ævum accomodate, de eo ſcripſit Martinus Polonus in Romanorum Imperatorum Chronologia: *Conradus Alemannus imperavit annis ſeptem. Tamen inter Imperatores non numeratur, quia non imperavit in Italia, & ideo caruit benedictione Imperiali.* Et Jacobus Philippus Bergomenſis in Chronico: *Conradus Alemannus, mortuo Ludovico, imperavit in Gallia annos ſeptem. Sed nec ipſe inter Imperatores connumeratur, cum non ad Imperii Coronam pervenerit, nec in Italia imperaverit.* Conradus Halberſtadienſis quoque, in Chronographia Summorum Pontificum & Imperatorum MS. quam præclarum Noribergæ decus *Joh. Wilhelmus im Hoſius*, nactus eſt: *Hic* (Conradus I.) *inter Imperatores non nominatur, quia non imperavit in Italia, & ideo caruit benedictione Imperiali.* Confirmat, quod de Conrado aſſeruimus, *Henrici* ejus Succeſſoris exemplum, qui ne quidem in Numo, quem Strada exhibet, Regem ſe vocavit, fortaſſe, quia non ſolum minime Romana Corona, ſed ne Germanica quidem illa, quam una cum cæteris Imperialibus Ornamentis ad eum Conradus miſit, fuit redimitus. Witikindus enim, cum enarraſſet, Eberhardum, Conradi fratrem, tradidiſſe, prout juſſus erat, Henrico Imperialia Inſignia in manus, & pacem cum ipſo feciſſe, amplius memorat: *Deinde congregatis Principibus, & natu majoribus exercitus Francorum, in loco qui dicitur Fridisleri, deſignavit* (Eberhardus) *eum Regem coram omni populo Francorum atque Saxonum. Cumque ei offerretur Unctio cum Diademate a Summo Pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non ſprevit, nec tamen ſuſcepit; ſatis, inquiens, mihi eſt, ut præ Majoribus meis Rex dicar, & deſigner, divina annuente gratia, ac veſtra pietate. Penes meliores vero nobis, Unctio & Diadema ſit: tanto honore nos indignos arbitramur.* In his, per *Summum Pontificem*, haud alium quam Moguntinum Archiepiſcopum intelligendum eſſe, monuit Vir Inſignis, & ingenio ac eruditione florentiſſimus, *Henricus Meibomius*, in Annotamentis; ac Herigeri nomen palam ſuffragatur. Qui Henricum excepit, *Otho M.* non tantum Aquisgrani a Moguntino Archipræſule Hildeberto, ſed & poſtea Romæ a Johanne XII. Pontifice fuit inauguratus, ac ideo jam celebratur in Numis: OTHO MAGNVS IMP. SEM. AVG. ob illam Romanam Coronationem. Servata hæc conſuetudo perpetuo, ut nullus, niſi Romæ inauguratus, Imperatoris elogium ſibi arrogaret, ad *Rudolphum* usque *Habsburgicum*. De hoc autem noſcitur, ipſum Romam evocatum ad Coronam Imperialem accipiendam, comparere noluiſſe, publice novas ſemper occupa-

ſudas. Hinc & in Numis ab Imperatorio nomine abſtinuit, conten-

tiones

tiones cauſando, privatim vero, inter eos quibus cum familiariter agebat, non diſſimulando, ideo ab hoc itinere ſe deterreri, quod Cæſarum in Italiam tendentium, veſtigia læta, & bonæ ſpei plena, inde redeuntium contra, triſtia, miſera, & luctuoſa deprehenderentur. Idem ergo ſibi animi eſſe, quod vulpeculæ apud Æſopum fuerat circa antrum Leonis, cum omnia veſtigia animantium ingredientium vidiſſet, nulla exeuntium. Nihilominus extant Numi, qui, nova & inſolita formula, præ ſe ferunt inſcriptionem: IMP. CÆS. RVDOLPHVS REX GERM. COM. HAB. LAN. ALS. Sepulchro tamen Spiræ inſcriptum tantum fuit:

ANNO DOMINI MCC LXXXXI PRIDIE
CALENDAS OCTOBRIS OBIIT
RVDOLPHVS ROMANORVM REX.

Exiſtimet quis, Clerum Spirenſem, ut Romano Pontifici ſuum jus ſartum ac tectum conſervaretur, Rudolpho, Imperatoris titulum concedere noluiſſe.

Quamobrem, quia de Conrado I. transactum eſt, magna veri ſpecie venire alicui in mentem queat, CONRADVM III. cui vulgo SVEVI cognomen imponitur, in Corona, quæ Noribergæ cuſtoditur, ſignificari. Nam, apud Ottonem Friſingenſem proditum eſt: *Principes Imperii* (Lothario Saxone Cæſare mortuo) *conveniunt Confluentiæ, de electione Imperatoris novi acturi. Ibi, annitente Alberto, Trevirenſi Archiepiſcopo, Conradus Dux Sueviæ evehitur ad Imperium, relicto Henrico Superbo Duce Bavariæ & Saxoniæ, qui tamen erat gener Lotharii, & habebat Regalia. Hinc magni motus in Imperio exorti.* Ergo, quod Conradus Regalibus Inſignibus deſtituebatur, credat quis, eum neceſſitate coactum fuiſſe, ad nova ſibi paranda. Juvat nonnihil hanc ſententiam, ille *Gladius*, ceu vulgo vocatur, *Mauritianus*, Inſignibus Sueviæ Ducum notatus. Horum enim Scutum, prout Cl. Spenerus in lib. 2. Specialis partis Operis Haraldici cap. 107. id extulit, *erat aureum, tribus inſigne nigris leonibus, leopardorum more gradientibus, auribus, linguis, & falculis rubeis.* In veteri Germanico libro legitur: Schwaben: Drey ſchwartze Löwen/ im gelben Feld/ die Ohrlöcher/ Zungen/ und Griff roth. Icon eſt inter Sibmacheri Inſignia parte 2, pag. 2. Sed vero, nec Conradus III. huc quadrat, quoniam nec ipſe ſibi hoc ſumſit, aut ſumere potuit, ut ſeſe *Romanorum Imperatorem Auguſtum* vocaret, utpote Coronationis Pontificiæ expers, atque, ut rurſus Martini Poloni verba mea faciam, *licet annis quindecim regnaverit, benedictionem Imperialem non habuit.* Quæ ipſa etiam in Chronographia MS. Conradi Halberſtadienſis offendas. Hinc & in Numis ab Imperatorio nomine abſtinuit, conten-

tus, ceu apud Sradam videre licet, exprimere: CONRADVS III. REX ROMANOR. Nec debet quem valde movere illud, quod ex Ottonis Friſingenſis verbis exſculpſimus, argumentum. Nam præbuit quidem Conrado huic initio ſe difficilem Henricus Superbus in exhibendis Imperii Regalibus, ſed tamen, quod ex eodem Friſingenſi diſcimus, paulo poſt Henricus *citabatur primum Bambergam, inde XXIX. Junii Ratiſbonam, ubi comparuit, & Regalia reddidit.* De Gladio, cujus tres Leopardi ἀποσφράγισμα ſunt, ad Coronam, imbellis, aut potius nulla eſt collectio, nec ille nos ſolicitat in præſentia, quia abunde ſufficit, probaſſe nos, inſcriptionem, quam Coronæ Arcus habet, ad Conradum III. nihil quicquam attinere.

Omnium minime probabilis eſt, Conringio, in verbis ſupra adductis, laudati, Gryphiandri ſententia, qua CONRADVM IV, Friderici II. Imperatoris filium, eum eſſe conjectavit, cujus nomen Corona præfert. Hunc enim cuncti prope ex catalogo verorum Imperatorum expungunt, & iis accenſent, qui in diuturno, quod Seculo XIII. Germaniam afflixit, Interregno, nomine magis quam re, pro Imperatoribus aliquantisper ſe geſſerunt. Tum vero, tantum abeſt benedictionem conſecrationemque Pontificiam ille Conradus impetrarit, ut potius ab Innocentio IX. Papa diris fuerit devotus, & e fidelium numero excluſus.

Hæc, cum ita ſe habeant, jam non probabile, ſed utique neceſſe evadit, haud alium, quam CONRADVM II. SALICVM in Corona nominari, quippe qui inter Conrados ſolus & unus DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS dici poterat, ex formula. Ei enim contigit, Romæ A. C. MXXVII. ante diem VII. Cal. April. a Johanne XX. Pontifice, ſolemni ceremonia coronari, & ideo Numi illius, diverſa a cæteris, quos, qui Conradi apud nos nomine cenſebantur, Supremi Principes alii procuderunt, habitudine, referunt: CONRADVS ROM. IMP. Adde, quod Spiræ, in templo ab ipſo conſtructo, Sepulchrum ejus habuit inciſum:

CONRADVS IMPERATOR ROMANORVM
OBIIT ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MXXXIX, PRIDIE NONAS IVNII.

Neque tamen, dum Arcum Coronæ mobilem Conrado II. vindicamus, eo ipſo Coronam ſimul illi ferimus acceptam. Hanc enim a Carolo M. inde, ad nos profectam eſſe, ut firmiter credamus, tot Romanorum Pontificum Bullæ, tot Imperatorum Reſcripta, tot graviſſimorum Scriptorum teſtimonia, fama denique late per orbem ſparſa, dicunt, edicuntque. Addendum his univerſis in cumulum, ſupremum fidei

ſidei argumentum, Numus aureus apud Stradam, in quo Carolum M. ipſiſſima, quæ nunc adhuc ſuperat, Corona, redimitum eſſe, nemo, niſi qui oculorum ſenſum ejuravit, inficiabitur. Nempe illud, quod Carolina apud Stradam Corona, deſuper ejus generis Circulos habet, quales, prout nunc eſt, Corona Germanica non agnoſcit, ne hilum nos movere debet. Nam graciles illi antiqui Circuli, quacunque ex cauſa perierunt, ſive ævi diuturnitate, ſive, quod Imperatores in caſtris & expeditionibus Coronam ſemper circumvectabant, vitium paſſi. Subſtituit igitur unum robuſtiorem, magisque compactum Circulum Conradus Salicus in locum, idque non ſuſpicione quadam inducti, ſic hariolamur, ſed ad ipſa rerum provocantes teſtimonia. Sunt enim Coronæ areolis intrinſecus etiamnum agglutinati tubuli vacui, qui eos plures quondam Circulos infixos habuiſſe, reddunt manifeſtiſſimum.

Sic de Corona Caroli M. ſalva res eſt. Ea vero, quam circa *Gladium* ipſius, & tantum non Ornamenta omnia, Æneas Sylvius Cardinalis, in vita Friderici III. facit, hæſitatio, molli brachio, cum rigorem non admittat, a nobis tractabitur. Ait ille: *Mihi ſingula* (Regalia Imperii Inſignia & Ornamenta) *contemplanti, cum Enſem inſpexi, non Magni illius, Primiq; Caroli, ſed Quarti viſus eſt, qui Sigismundi genitor fuit. Nam, Leo Bohemicus ſculptus in eo viſebatur, quo ille tanquam Rex Bohemiæ utebatur; in plebe tamen manſit, Magni Caroli Ornamenta fuiſſe. Ingens enim tanti Viri fortuna, etiam ſua vult eſſe, quæ ſunt aliorum Carolorum. Quemadmodum Thebanus Hercules aliorum ſui nominis virorum, illuſtria facta ad ſe trahit, & Julii Cæſaris multa dicuntur, quæ, poſt eum, alii Cæſares patravere. Adeo multum eſt, locum occupaſſe priorem! Quod ſi Caroli IV. ut mihi perſuadeo, illa fuere; eſt quod amplius admiremur, tam brevi tempore creviſſe luxuriam, ut veſtimenta Caroli ruſticana putes, ſi ad Friderici noſtri ditiſſima & ornatiſſima comparaveris.* Non de nihilo eſt, quod Cardinalem ſolicitavit, ac exhibent Gladii Aquila ſimplex, & Leo cum cauda bifurcata, ſimilitudinem Inſignium Caroli IV. quæ, tum alibi, tum in Sigillo Aureæ Bullæ appenſo, ſeſe conſpicienda offerunt: atque Aquila, Imperii, Leo, Bohemiæ Regni, quibus Carolus præerat, habent ſignificationem. Damus Sigilli ectypum, prout ab Ampliſſimo Thulemario fideliter fuit delineatus, additusque Aureæ Bullæ editioni, quam ſecundum MS. Codicem Francofurtenſem, cum cura & induſtria adornavit. Cæterum, verſa vice, difficultate non levi premitur Cardinalis, quomodo nempe fieri potuerit, ut, cum proprio, quod continuo producemus, Caroli IV. teſtimonio, evidens ſit, ipſum Caroli M. Gladium inter cætera Imperii Lipſana & Clinodia accepiſſe, ejus Filius Sigismundus Cæſar tanta imperi-

 peri-

peritia rerum, tamque ſupina negligentia ac prope væcordia laborarit, ut inter Parentis Gladium, inſignibus ejus notatum, & inter Caroli M. Enſem, diſcrimen facere nequiverit, ac illos confundendo, priorem, pro poſteriori, & Romano Pontifici, & Senatui Noribergenſi venditarit. Potius credendum, Carolum IV. aliquam ob rationem, Caroli M. Gladium ſuis Inſignibus decoraſſe, etſi qualis ea fuerit, non tam perſpicaces ſumus, ut hariolando aſſequamur.

Quanquam, ut nihil diſſimulemus, ſi dicendum quod res eſt, haud ſane diligenter, nec ea qua par erat fide, Imperii Lipſana & Clinodia cuſtodiverunt, quibus ſub Carolo IV. Wenceslao, & fortaſſe Sigismundo quoque, antequam illorum Noribergam translatio facta eſſet, fuere in manu. Habetur enim apud Goldaſtum in Politicis Imperialibus part 6. tit. 1. Caroli IV. ſyngrapha, qua diſerte ac nominatim profitetur, quæ Lipſana ac Clinodia, & quomodo exornata, a Ludovico Brandenburgico Marchione & Palatino Comite, Imperii nomine acceperit, ut poſt obitum illius, a ſuis heredibus fieri eorundem poſſet vindicatio. Hanc ſi examinamus, patebit, aliqua periiſſe ex illo theſauro; atque ut, num vera dixerimus, an non, ſciri queat, ecce repræſentatur Inſtrumentum integrum:

WJr Carl von GOttes Gnaden/ Römiſcher König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ und König zu Böheim/ verjehen öffentlichen allen den/ die dieſen Brief ſehen/ oder hörend leſen/ daß der Hochgeborne Ludwig Marggraf zu Brandenburg und zu Luſitz/ des Heil. Römiſchen Reichs Oberſter Cammerer/ Pfaltzgraf zu Rone/ und Hertzog zu Bayern/ und in Kerndten/ Graf zu Tyrol/ und zu Görtz/ und Vogt der Gottshäuſer Agley/ Trient/ und Breuſſen/ vor ſich und alle ſeine Brüder/ auf den Freytag vor Judica, Uns als einem Römiſchen König/ und ſeinem rechten Herrn/ des Heiligthumb/ und die Kleinod des Heil. Reichs; das iſt bey Namen/ ein gulden Creutz/ geziert mit edlen Geſteine/ und feine Perlin/ gantz und unverruckt/ und in demſelben Creutz iſt das Speer/ und ein Nagel unſers HErrn; auch iſt darinnen ein Stuck des Heil. Creutzes/ ein Zahn S. Johannes des Teuffers in einem Criſtall/ und S. Annen Arm; auch ſind da beſonder Zwey Schwert/ das eine S. Mauricien/ und das ander S. Carls/ mit verguldten Scheiden. Auch iſt da unverruckt des ehegenannten Heiligen Kayſer Carls gülden Crone/ mit dem Bogen und Creutz/ die darauf gehören/ gewürckt von mancherley Edelgeſteine/ darinne iſt beſonder geworcht ein Edelſtein den man nennet den Weiſen. Auch iſt da ein weiſſer Rock S. Carls/ an den Armen geworcht mit Edelgeſteine und mit Perlin/ und ein roter Mantel S. Carls/ mit Zweyen Läuwen/ geworcht von gutem Geſteine/ Perlin und Golde; Auch iſt da ein Gülden Apffel/ mit einem

RVDOLPHVS II. divina favente clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. Notum facimus, tenore præſentium univerſis: Poſtquam Dei Optimi Maximi nutu & voluntate, ad hoc ſacri Romani Imperii ſummum faſtigium evecti, ac velut in ſpecula conſtituti ſumus ut circumquaque oculos mentis circumferentes, quæ ad Rempublicam recte riteque componendam, & laudabiliter adminiſtrandam, pertinere cognoſcimus, ſolicite procuremus, in hanc potiſſimum curam cogitationemque omni ſtudio nobis incumbendum ſemper judicavimus, non tam ut pacem & tranquillitatem publicam populis fidei noſtræ commiſſis conſervemus, quam ut honeſtarum artium & literarum ſtudia ſummis viribus foveamus & propagemus, quod iis florentibus, ſalvas & incolumes Respublicas eſſe & permanere, at viciſſim, illis neglectis, neque Eccleſias recte conſtitui, nec Respublicas laudabiliter adminiſtrari, nec belli conſilia vigere aut explicari, atque adeo nec domi nec foris, rite & præclare geri quicquam poſſe, experientia magiſtra didicimus. Cumque Majores noſtros, Divos Romanorum Imperatores & Reges, auguſtæ memoriæ, ut ſubditos ſuos ad Rempublicam probe adminiſtrandam, atque alia, tam civilia, quam bellica officia obeunda, aptiores efficerent, Gymnaſia & Academias undique in ſacro Romano Imperio inſtituiſſe & evexiſſe, & liberalium artium, aliarumque honeſtarum ſcientiarum & diſciplinarum Profeſſores, eximios quosq; & inſignes viros, literis & doctrinis egregie inſtructos delegiſſe, eosque dignis præmiis, honoribus & privilegiis ornaſſe conſtet: Nobis vero honorabiles, noſtri & ſacri Romani Imperii fideles, dilecti, Magiſtri Civium, & Senatores Civitatis noſtræ Imperialis Noribergenſis, per Syndicum ſuum, noſtrum & Imperii ſacri fidelem dilectum, Joachimum König, humiliter expoſuerint, ſe, pro bono, atque commodo ſuorum Civium, ac in eum præcipue finem, quo juventus commodius aliquanto, quam in ipſa Civitate Norimbergenſi eo usque factum eſſet, in linguis & artibus, ſcientiisque liberalibus, inſtrui, ſimulque bonis honeſtisque moribus imbui poſſet, paucos ante annos, Ludum literarium, ſive Scholam particularem, in oppido ſuo Altorf, non ſine gravi ſumptu inſtituiſſe, eamque tam ædificiis neceſſariis, quam multis inſignibus artium liberalium, & Philoſophiæ Profeſſo-

ſeſſo-

feſſoribus, aliunde accerſitis, inſtruxiſſe atque ornaſſe: Hincque factum eſſe, ut Schola iſta, cujus leve primum fuerit initium, ita florere cœperit, ut a plurimis locis & regionibus, non vicinis ſolum, verum etiam longiſſime diſſitis, multorum, ac tam Comitum & Baronum, quam Nobilium ac aliorum clarorum virorum liberi, ad eam ſtudiorum cauſa confluant, & cum ibidem, in omnibus partibus Philoſophiæ fundamenta fideliter jaciant, honeſtis inſuper exercitationibus, diſputationibus & declamationibus, ita ſeſe exerceant, ut brevi tempore, uberes fructus ſuorum ſtudiorum conſequantur, Scholarium numerus indies auctior fiat, ita quidem, ut eidem a ſe inſtituto Gymnaſio, id ſolum deſit, quod eos, qui operæ ſuæ, in linguis, artibusque liberalibus addiſcendis, bene collocatæ, præmium expectent, & ad inſignia titulorum & graduum, Baccalaureatus vel Magiſterii, in artibus & Philoſophia, adſpirent, hujusmodi titulis ornandi privilegio careat: Hacque de cauſa, iidem, Scholam iſtam Altorfinam, intempeſtive relinquere, & ad alias Academias, non ſine gravi incommodo ac detrimento, tum etiam ſtudiorum ſuorum jactura, ſe conferre, ac relicta priore methodo, novam quaſi ſtudendi rationem inire cogantur. Quamobrem, ut adoleſcentium ſtudiis & felicibus congreſſibus conſulant, demiſſe a nobis petierunt, ut beneficio atq; privilegio noſtro, Scholam ipſorum ornare, & Rectori, Viſitatoribus, & Profeſſoribus ejusdem, facultatem promovendi in Baccalaureos & Magiſtros artium & Philoſophiæ, concedere clementer dignaremur. Nos igitur laudatis Majorum veſtigiis inſiſtere cupientes, prædicti Senatus æquiſſimis precibus annuendum, & honeſtos ejus conatus omni ſtudio juvandos, & promovendos duximus. Ac proinde, adhibito maturo conſilio, animoque deliberato, ex certa ſcientia, & de Cæſareæ poteſtatis noſtræ plenitudine, memoratæ Scholæ Altorfianæ, ſpeciale hoc Privilegium, autoritatem & gratiam conceſſimus & indulſimus, ac tenore præſentium concedimus & indulgemus: Quod ſcil. deinceps ejusdem Rector, Viſitatores aut Profeſſores, & perſonæ idoneæ, ad id perſæpe nominatum Senatum & ejus ſucceſſores, vel quibus id ipſi demandarint, deputandæ, poſſint & valeant in prædicta Schola ſeu Gymnaſio, in Philoſophia, & artibus, ſive ſcientiis liberalibus, publice legere, & lectiones, diſputationes & repetitiones publicas facere, concluſiones palam ſuſtinere, & prædictas ſcientias docere, interpretari, gloſſare & dilucidare, omnesque actus ſcholaſticos exercere, modo, ritu & ordine, qui in ipſorum Schola hactenus in uſu fuit, aut in ejusmodi Gymnaſiis obſervari ſolitus eſt. Et cum ipſa ſtudia eo feliciore gradu procedant, & majus ſumant incrementum, ſi ingeniis & diſciplinis ipſis, ſui honoris ſeu dignitatis gradus ſtatuantur, ut emeriti aliquando digna laborum ſuorum præmia conſequantur: Statuimus & ordinamus, ut per Collegia Profeſſorum electis ad id idoneis & præ cæteris excellentioribus, ſi qui, ad ſumendam palmam certaminis ſui, idonei judicati fuerint, adhibito prius per ipſos Profeſſores pro more, conſuetudine, atque ſolemnitatibus & ritu in ſtudiis publicis

& pri-

& privilegiatis, obſervari ſolitis, rigoroſo & diligenti examine (in quo conſcientias ipſorum Profeſſorum onerari volumus, quos etiam ſub juramenti vinculo, ad hoc adſtringimus) in Philoſophia & liberalibus artibus, ii, qui ſe examini ſubmiſerint, & pro more ac juxta ſtatuta, Scholarchis, per aliquos dignos & honeſtos viros, de gremio ipſius collegii, ſe præſentari fecerint, poſſint ad ipſum examen admitti, & invocati Spiritus ſancti gratia, & ſi hoc modo habiles, idonei, & ſufficientes reperti & judicati fuerint, Baccalaurei & Magiſtri artium & Philoſophiæ, pro uniuscujusque ſcientia & doctrina creari, & hujusmodi dignitatibus inſigniri, nec non biretti impoſitione, & annuli aurei ac oſculi traditione, cæterisque conſuetis ſolemnitatibus inveſtiri, & conſueta ornamenta, atque inſignia dignitatum præfatarum, eis tradi & conferri. Quodque Baccalaurei aut Magiſtri, in eadem Schola promoti & promovendi, debeant & poſſint, in omnibus locis & terris ſacri Romani Imperii, & ubique terrarum & locorum, libere omnes actus Profeſſorum, aut Magiſtrorum, legendi, docendi, interpretandi, & gloſſandi, facere & exercere, quos cæteri Profeſſores, Baccalaurei & Magiſtri, in aliis Studiis privilegiatis promoti & inſigniti, exercent, & exercere poſſunt & debent, conſuetudine, vel de jure. Quodque iidem Magiſtri & Baccalaurei, gaudeant, fruantur & potiantur, ac gaudere, frui & potiri poſſint & debeant, omnibus & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, prærogativis, privilegiis, conceſſionibus, favoribus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus in ſtudiis privilegiatis promoti, ob hujusmodi dignitatem, utuntur, fruuntur & potiuntur, quomodolibet, conſuetudine vel de jure: non obſtantibus, in aliquibus Privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinantionibus, legibus, conſtitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunq; in contrarium facientibus: Quibus omnibus & ſingulis, ex certa noſtra ſcientia, animo deliberato, & motu proprio, derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes, ita tamen, quod memorati, Rector, Viſitatores & Profeſſores, vel etiam ipſi Magiſtri Civium, & Senatores Civitatis Norimbergenſis, intra hujus noſtræ conceſſionis terminos conſiſtant, nec ad uſurpationem privilegiorum & jurium univerſalis Academiæ progrediantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtri indulti, conceſſionis & privilegii gratiam vel facultatem infringere, aut ei, quovis auſu temerario, contraire, ſeu illam, quovis modo, violare. Si quis autem id attentare præſumpſerit, noſtram, & Imperii ſacri indignationem graviſſimam, & pœnam centum marcarum auri puri, toties, quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum: quarum dimidiam Imperiali fiſco ſeu ærario noſtro, reliquam vero partem ſæpe nominato Senatui Noribergenſi, & ejus ſucceſſoribus, decernimus applicandam, harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Arce noſtra Regia Pragæ, die vigeſima ſexta menſis Novembris anno Domini MDLXXVIII. Regnorum noſtrorum, Romani quarto, Hungarici ſeptimo, & Boëmici itidem quarto.

FER-

FERDINANDVS II. divina favente clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus: Ad perpetuam rei memoriam, agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis. Ex quo tempore divini Numinis benignitate atque conceſſu, ad ſupremum majeſtatis Imperialis faſtigium evecti ſumus, officii noſtri Cæſarei munus cumprimis requirere exiſtimamus, Majorum noſtrorum, Romanorum Imperatorum ac Regum, qui inter alias ſupremæ poteſtatis curas, hanc præcipue dignitate ſua dignam exiſtimarunt, ut varia in ſacro Romano Imperio Gymnaſia, Academias, & univerſalia Studia, velut publicas ſtudiorum palæſtras, inſtituerent, fundarent, & confirmarent, exemplo ſolicite curarent, ut liberalium artium ac ſcientiarum diſciplinæ, quæ ad Reipublicæ gubernationem & conſervationem neceſſariæ & opportunæ ſint, excolantur, & convenientibus auſpicio & protectione felicia incrementa conſequantur. Quamobrem ab honorabilibus noſtris & ſacri Romani Imperii fidelibus dilectis, Magiſtris Civium & Senatoribus Civitatis noſtræ Imperialis Noribergenſis, humillime rogati, ut Scholam ſive ludum literarum in oppido ſuo, Altorfii, ante annos pene quinquaginta inſtitutam, quam, auguſtæ memoriæ Imperator, Rudolphus Secundus, Dominus patruelis & anteceſſor noſter colendiſſimus, peculiari gratia proſecutus, facultate promovendi Baccalaureos & Magiſtros artium atque Philoſophiæ, die vigeſima ſexta menſis Novembris, anno Domini milleſimo quinquageſimo ſeptuageſimo octavo, benigne condecoravit, ſubſequenter Imperator Matthias, ſub auſpicium regiminis ſui Imperialis, confirmarit, nos quoque ſuprema autoritate noſtra Cæſarea illuſtrare, & clementer corroborare dignemur, prout ſupra dicti diplomatis Rudolphini tenor ſubſequitur, in hæc verba: Rudolphus &c. (Hic de verbo ad verbum repetitur Rudolphi proxime poſitum privilegium.)

Nos itaque, maturo deſuper adhibito conſilio & deliberatione, precibus ejuſmodi per ſe honeſtis & æquis, non modo benigne deferendum, verum inſuper, conſiderata loci opportunitate, ubi & juventutis & Profeſſorum, in unaquaque facultate celebrium frequentia concurrat, ſimul etiam, attenta ſingulari ejuſdem Civitatis Noribergicæ devotione, atque obſervantia, quam erga nos, ſacrumque Romanum Imperium profitetur, ulterius quoque ad plenioris Academiæ ſive Univerſitatis conceſſionem, liberalitatem noſtram Imperialem extendendam duximus, præſertim cum certo nobis polliceremur, præterquam quod ea gratia Cæſarea, in adoleſcentiæ, & conſequenter Reipubl. tum literariæ, tum civilis commoda, ampliſſime redundabit, Senatum etiam, Civesque Noribergenſes, tam præclaro beneficio, auguſto nomini noſtro devinctos, tanto conſtantius, præſertim tempore hoc ſtatu Reipubl. turbulento, in fide atque obſequiis noſtris, ſacroque Rom. Imper. debitis, perſeveraturos. Ac proinde ex certa ſcientia ac de Cæſareæ poteſtatis noſtræ plenitudine, ante dictum, ſtudium iſthic Altorfi inſtitutum, & Divi olim Imperatoris Rudolphi Secundi autoritate approbatum,

& facultate promovendi Baccalaureos & Magiſtros, in Artibus, ac Philoſophia vigore ſupra inſerti Privilegii, inſignitum, quoad ſolemnem, & publicam Profeſſionem Artium liberalium & Philoſophiæ, omni meliori modo, via & forma de novo approbamus, ratificamus & confirmamus, ac præterea in vim motus proprii, ad Medicinæ & Jurisprudentiæ facultates, nec non poteſtatem & licentiam creandi Poëtas Laureatos, extendimus, & in Gymnaſium Academicum, ſive Univerſitatem, erigimus, illudque, una cum perſonis, ibidem, & nunc & olim profitentibus, & ſtudentibus, univerſis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, honoribus, franchiſiis, exemptionibus & gratiis, quibus aliæ Univerſitates earumque membra utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, donamus, inſignimus & exornamus. Volentes, & eadem autoritate noſtra Cæſarea decernentes, quod Profeſſores & perſonæ idoneæ, per memoratos Civium Magiſtros, & Senatores Civitatis Noribergenſis, vel quibus illi negotium dederint, deputandæ, poſſint & valeant, in prædicto Univerſali ſtudio, ſeu Academia Altorfina, ſupradictas Facultates profiteri, & lectiones, diſputationes, atque repetitiones publicas facere, theſes ſive concluſiones palam diſcutiendas proponere, ac prædictas ſcientias docere, interpretari, gloſſare, dilucidare, omneſque actus Scholaſticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui in cæteris Gymnaſiis & Univerſitatibus publicis obſervari conſuevit. Porro, cum ipſa ſtudia, eo feliciore gradu procedant, & majus incrementum ſortiantur, ſi ingeniis & diſciplinis ſuis honos, ſeu dignitatis brabium ſtatuatur, ut emeriti aliquando digna laborum ſuorum præmia conſequantur: Statuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum, ſeu Profeſſorum, electis ad id idoneis, & præ cæteris excellentioribus, ſi qui ad ſumendam palmam certaminis ſui habiles judicati fuerint, inſtituto prius, per ipſos Doctores & Profeſſores, in ſupradictis facultatibus, & ritu, in cæteris Univerſitatibus obſervari ſolitis, rigoroſo & diligenti Examine (in quo conſcientias ipſorum Profeſſorum onerari volumus) in liberalibus Artibus & Philoſophia, necnon Medicina & utroque Jure, eos, qui examini ſe ſubmittere voluerint, atque pro more juxta ſtatuta, Scholarchis, per aliquos graves & honeſtos viros præſentari ſe fecerint, poſſint ad ipſum examen admitti, & invocata Spiritus ſancti gratia examinari, & ſi hoc modo habiles, idonei & ſufficientes reperti atque judicati fuerint, in ſupra nominatis facultatibus, Baccalaurei aut Magiſtri, vel Licentiati, vel Doctores, quin etiam Poëtæ Laureati, pro uniuscujusque ſcientia & doctrina creari & hujusmodi dignitatibus inſigniri, nec non bireti, vel corollæ laureæ impoſitione, & annuli ac oſculi traditione, cæterisque conſuetis ſolemnitatibus inveſtiri, & ſolita ornamenta, atque inſignia dignitatum prædictarum, eis tradi & conferri. Quodque Poëtæ Laureati, aut Magiſtri vel Licentiati, ſive Doctores in eadem Academia promoti & promovendi, debeant & poſſint in omnibus locis & terris, quin & Tribunalibus, Judiciis & Conſiſtoriis ſacri Romani Imperii, libere, omnes actus, tam ad Judicum & Aſſeſſorum,

ſorum, quam Profeſſorum officia, pertinentes, judicandi, de jure reſpondendi, legendi, docendi, interpretandi, & gloſſandi, facere & exercere, quos cæteri Judices & Aſſeſſores, Profeſſores, Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati & Doctores, nec non Poëtæ Laureati, in aliis Studiis privilegiatis promoti & inſigniti, exercent & exercere poſſunt & debent, de jure, vel conſuetudine. Præterea, recipimus eandem Academiam in noſtram & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum & Regum ſingularem protectionem, ſalvam guardiam atque patrocinium, volumusq; & decernimus per præſentes, quod Scholaſtici, ac ibidem dignitatem, titulum ſeu gradum aliquem aſſumentes, gaudeant & potiantur, utique, frui, gaudere & potiri poſſint ac debeant omnibus & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus, privilegiis, franchiſiis, conceſſionibus, favoribus & indultis, ac aliis quibuslibet quibus Univerſitas Colonienſis, Viennenſis, Tubingenſis, Friburgenſis, Ingolſtadienſis, Argentinenſis, ac alia Studia privilegiata, nec non Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei & Scholaſtici, in ſupra dictarum facultatū una vel altera iſthic promoti, aut aliqua dignitate, ſeu gradu inſigniti, gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur, quomodolibet, conſuetudine vel de jure; non obſtantibus aliquibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinationib⁹, legibus, conſtitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut aliis quibuscunq; in contrarium facientibus. Quibus omnibus & ſingulis, ex certa noſtra ſcientia, animo bene deliberato, & motu proprio, per hoc Diploma noſtrum derogamus & derogatum eſſe volumus, benigne confidentes, ſupra dictum Senatum Noribergenſem, pro ſolita prudentia & integritate ſua, ſerio proviſurū, quin etiam, tum in publicatione hujus noſtri Diplomatis Imperialis, tum alias apud Profeſſores, Scholaſticos, & ubicunq; neceſſum fuerit, diſtincte inhibiturum, ne quid ſcandaloſum, vel bonis moribus contrarium, aut ſacri Romani Imperii conſtitutionibus adverſum, ſive per Profeſſores, ſive Studioſos, ibidem doceatur vel ſcribatur, aut docere, ſcribi, in lectionibus vel diſputationibus publicis proponi, aut ſcripto, vel libris, ſive clam ſive palam, vulgari permittatur.

Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerit, liceat, hanc noſtræ Confirmationis, Erectionis, Indulti, Conceſſionis, ſalvæ Guardiæ, & Privilegii gratiam, vel facultatem, infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, ſeu illam quovis modo violare. Si quis autem id attentare præſumpſerit, Noſtram & Imperii ſacri indignationem graviſſimam, & pœnam centum Marcarum auri puri toties, quoties factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum ſemiſſem fiſco, ſeu ærario noſtro Imperiali, reliquum vero ſupra nominatis Magiſtris civium & Senatoribus Civitatis Norimbergenſis decernimus applicandum. Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Viennæ, die tertia menſis

Octobris anno Domini MDCXXII, Regnorum noſtrorum, Romani quarto, Hungarici quinto, Boëmici vero ſexto.

FERDINANDVS.

Joh. Suicardus Archiepiſc. Mog.
S. R. Imperii per Germaniam
Archicancellarius.
Vt. H. L. von Vlm.
Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ
Majeſtatis proprium.
Hermannus a Queſtenberg.

Tam vetus Noribergenſium eſt privilegium, ut de ejus origine non conſtet, quo Teſtamenta Vrbica valent, ſi duo ex ordine Senatus, aut honoratiorum etiam Civium, qui vulgo *Numeroſior Senatus*, Germanice die Genannten vocantur, interdum & alii bini quicunque, teſtes ei & ſignatores adhibeantur. Exponimus id uberius ipſis verbis Reformationis Noricæ tit. 29. legis 1. Nachdem die Gemeine geſchriebne Recht/ mancherley Ordnungen geben / in was Geſtalt und mit was Zierlichkeiten/ die Teſtament und letzte Willen / aufgericht und erzeugt werden ſollen/ und aber dieſelben weitleufftige Zierlichkeiten/ den Teſtierenden und ihren Erben / vielmaln mehr Nachtheils und beſchwerliche Disputation, dann Nutzen bringen / ſo ſind derhalben in Krafft ſonderbarer Käyſerlicher und Königlicher Freyheiten/ durch offentliche Statuta/ von längſter Zeit her / bey dieſer Stadt / allerley Fürſehungen hierinn geſchehen / und den Teſtierenden unbeſchwerliche und ſichere Weg und Form/ ihre Teſtament und letzte Willen aufzurichten/ geſtattet und zugelaſſen worden/ die auch / laut etlicher nachfolgender Ordnungen / hiermit wiederum bekräfftiget ſeyn ſollen. Derhalben / und wann ein Burger/ Burgerin/ oder Inwohner dieſer Stadt/ ſein Teſtament oder letzten Willen/ nit nach Zierlichkeit gemeiner geſchriebner Recht/ ordnen und aufrichten wil / ſo mag er/ nach alten Herkommen / und vermög Käyſerlicher und Königlicher Freyheiten / ſeinen letzen Willen in Schrifften / durch ſich ſelbſt/ oder einen andern verfaſſen / und vor zweyen oder mehr / des kleinern oder gröſſern Raths Perſonen / erzeugen / welche alſo denſelben in Schrifften verfaßten Begriff / in Gegenwart des Teſtierers / verleſen / verſchlieſſen und ſigeln/ und einer aus ihnen / zu ſeinen Handen / in Verwahrung nehmen ſol. Und nach des Teſtierers abſterben / alsbald ſie deſſen in Erfahrung kommen/ unverzogenlich der Obrigkeit/ oder in die Cantzley überantworten/ und ſich hierinn der Ordnung / und dem Genannten-Aid / ſo jährlich in verſamleten Rath verleſen wird / gemäß halten / und ſol alſo daſſelbig Geſchäfft/ der Erzeugung halb/ für kräfftig gehalten werden. Aber in der Zeit

der

der beſorglichen Sterbsläufften / da die des kleinern oder gröſſern Raths / füglich nicht zu bekommen / ſol den Teſtierenden zugelaſſen ſeyn / vor andern zweyen glaubwürdigen Zeugen / Mannsperſonen / ihre Teſtament und letzte Willen aufzurichten. Vbi notandum, authenticas formulas Teſtamentorum omnium, ſibi in archivo ſervare Magiſtratum, iis autem quorum intereſt, concedi apographum in membrana, munitum Sigillo Civitatis. Nec ad ſola Teſtamenta ſe porrigit privilegium de binis tantum teſtibus aſſumendis, ſed etiam ad bona fide initos honeſtos contractus, & negotia alia, quæ ex lege, vel conſuetudine, plures quam duos teſtes exigunt.

Ex antiquo Imperatorum privilegio, *Senatores Noribergenſes abolla*, pellibus e marte Scythica ſuffulta, & aureo torque e collo dependente, quod Summorum Principum quondam proprium indumenti genus erat, veſtiuntur: *Patriciorum* vero *Filiæ, in nuptiali ſolemnitate*, corona margaritata, catenis armillisque aureis, & violacea, cui hermelinæ pelles ſubſunt, talari tunica, prorſus habitum & cultum referunt priſcarum Germaniæ Auguſtarum, atque illarum ſe conſpiciendas præbent vera imagine. Neque unus tantum habetur Ornatus ejusmodi, ſed proprius eſt variis Familiis. Qui nunc ſubjectos populos imperio regit, COSMUS III. Magnus Hetruriæ Dux, cum in itinere, quo, Patre adhuc imperante, præcipuas Europæ regiones ille luſtrabat, Noribergam quoque deferretur, poſt viſa cætera, non contentus aſpexiſſe Ornatum hunc Nobilium Sponſarum, requirebat vehementer, ut Virgo aliqua, eas veſtes, Sponſæque perſonam indueret. Hac in re cum illi mos geſtus eſſet, magnam exinde cepit voluptatem, xenio ampliſſimo, Virginem primariam & eximiæ venuſtatis, quæ tantisper pro Sponſa ſe geſſerat, proſequens.

Jure meritoque Illuſtris Joh. Jacobus Fuggerus in Speculo Honoris Auſtriaco obſervatione dignum cenſuit humillime ſuſpiciendũ honorem, quo Cæſares, Noriberg. Vrbis Senatores, dum Civitatem peLituris obviã vehuntur, & ex equis deſcendentes demiſſisſime ac ſubjectiſſime adventum grãtulantur, afficiunt, quando nimirum, porro pedibus eos incedere non patiuntur, ſed in equeſtrem ſuum comitatum aſſumunt. Annotat ergo lib. 4. c. 31. Käyſer Fridrich kam 1485. nach Nürnberg. Er ward zwiſchen den Dörffern Buch und Dohn / von dreyen Rathsherzen gewillkommet; die muſten / wiewol ſie mit Ihm zu Fuß / nach der Stadt gehen wolten / auf ſeinen Befehl / wieder zu Pferd ſitzen / und mitreiten. Et iterum lib. 5. c. 38. Dem Käyſer Maximilianus / ritten 1489. beyde Loſunger / Ruprecht Haller / und Niclaus Groß / neben Ulrich Grundherrn / mit 150. Pferden gegen Fürt entgegen / und empfiengen ihn / unterhalb der ſteinern

Brucken beym Doß: welchen er nit verſtattete/ Jhn zu Fuß nach der Stadt zu begleiten/ ſondern ſie muſten wieder aufſitzen und mitreiten.

Olim, ad *Deputationem Imperii Ordinariam*, inter Civitates, tantum Coloniam ex Rhenano, & Noribergam ex Suevico Scamno deſtinavit Receſſus Imperii Auguſtanus Anni 1555. §. 65.

Eſt quoque Noriberga, una cum Argentorato, Francofurto & Vlma, *Civitas Convocatoria*, ein Ausſchreibende Stadt/ quarum officium in eo potiſſimum conſiſtit, ut graviori aliquo Imperii Civitatum negotio oborto, vel proprio motu, vel una aut altera Civitate poſcente, cauſa probe prius diſcuſſa, Civitates reliquas ad certum locum convocent, querelas damnum paſſarum audiant, deliberanda proponant, ſuffragia colligant, & ex iis conſultum faciant, communi omnium ſubſcriptione roborandum. In rebus autem ſubitaneis, quæ moram non patiuntur, ſolæ Convocatoriæ conveniunt, & curant, ne quid gravius, ac Civitatum Collegio detrimentoſum accidat.

Publicis Imperii *Comitialibus Civitatum Conſultationibus* intereſt Secretarius Reipublicæ Noribergenſis, & vota ac concluſa annotat, quæ prærogativa, nulli alii Civitati, Protocollum efformantibus exceptis, conceditur.

Eſt quoque memorabilis, immunitas, aut moderatio Vectigalium, qua Noribergenſis Civitatis merces in aliis Vrbibus fruuntur. Atque de Bruxellis, & Argentoratenſi Vrbe, jam ſupra id aſſeruimus. Similiter in oppido *S. Galli*, per pactum reciprocum, A. 1387. initum, Noribergenſes nihil pendere, eſt apud Stumpfium in l. 5. c. 8. Chronici Helvetiæ. Sic & in *Francofurtenſibus Nundinis*, a vectigalibus liberatio eſt, ita tamen, ut ad eas, quæ Autumnali tempore celebrantur, hoc nomine Noriberga tibicinũ, quos habet præſtantiſſimos, die Stadt Pfeiffer/ Francofurtum ableget, qui in muneribus, quæ ab aliis Civitatibus, Sculteto ex priſco more offeruntur, palam cum Symphonia muſica proſequendis, officium faciunt. Id vocant *Judicium Tibicinum*, das Pfeiffer-Gericht/ cujus conditionem Ludovicus ab Hörnig, JC. & Conſiliarius Moguntinus, in de Poſtis libro hac ratione ſic deſcripſit plenius: Das Pfeiffer-Gericht iſt ein ſehr altes Herkommen/ und hat den Namen dahero/ weil die drey Städt/ Nürnberg/ Wormbs und Bamberg (doch allein die alte Stadt) jährlichen in der Herbſt-Meß den nächſten Gerichts-Tag vor Mariæ Geburt/ vor ſitzenden Gericht/ von des H. Röm. Reichs und Stadtgerichts Schultheiſſen/ als in deſſen Ambt ſolches von Alters hero gehörig/ ihre Zollfreyheiten/ ſo ſie allhier haben/ mit Pfeiffern abholen müſſen; gegen ſolcher Zollfreyung geben obgemelte drey Städt/ und jede beſonder / dem Herrn Schultheiſſen einen weiſſen höltzern Becher/ ein Pfund Pfeffer/ einen

alten

alten weiſſen Biberhut / zween weiſſe Handſchuh / und ein weiß Stäblein. Den Hut oder Filtz / welchen Wormbs allein gibt / löſen ſie jedesmals / mit einem Goldgülden wiederum aus / und verbleiben ſolche Stück des Herrn Schultheiſſen. Die Pfeiffer unterhält allein die Stadt Nürnberg / hergegen geben die andere Städt derſelben jährlich ein gewiſſes / und hat vorzeiten jede Stadt ihre eigene Pfeiffer gehabt. Die von Honigen / oder Hungen / haben vorzeiten auch ſolche Zollfreyung gehabt / und mit ebenmäſſigen Ceremonien und Solennitäten abholen müſſen / habens aber (wie auch die von Cöln) verſaumbt / und dieſelbe damit verlohren.

Singulare, & potiſſimis accenſendum, etſi poſtremo loco affertur, Vrbis Noribergenſis privilegium eſt, quod ejus Cives, *Indigenatus Jure*, ſeu *Naturalitate*, ut vulgo appellant, per univerſam Galliam gaudent, nec pro *Albinis* reputantur, ac proinde tum alibi, tum in ipſa Lutetia Vrbe, nihil Civibus originariis deteriores, domos emendi, & teſtamenta condendi facultatem habent; ab inteſtato vero mortui, facultates ſuas, ad proximos in Germania conſtitutos heredes transmittunt. Atq; hæc quidem felicitas jure Civitati Noribergenſi obtigit, quippe, quæ Lutetiæ effigiem ac figuram quodam̃odo nobis oſtendit, vel ipſis Gallis teſtibus. Miſerat A. 1664. LEOPOLDO Galliæ Imperatori cum Turcis bellum gerenti tum æquior, LVDOVICVS Rex, legiones aliquot ſuppetias. Eæ, cum poſt res ſtrenue in Hungaria, & ad perpetuam gloriam geſtas, ceſſante mox per vicennales inducias hoſtilitate, Lutetiam reverſæ eſſent, quæſivit tum, ceu ex Viris ibi ſummis accepimus, Rex, e Ducibus militaribus inter alia, quid illis de Germaniæ Vrbibus videretur? Reſponſum, præcipue Noribergam placuiſſe, Lutetiæ, mediocria prægrandibus componendo, exemplar. Vtramque Vrbem flumen dividere, in quo Inſula habitatur. Pontium, Platearum, Ædificiorum habitudinem utrobique congruere. Eorum, quæ ad vitæ neceſſitatem, aut delicias ac voluptatem pertinent, neutrubi quicquam deſieri. Curiæ cum Lupara, Teutonicæ Domui cum Luxenburgo intercedere aliquam ſimilitudinem. Deniq; neminem paulo honeſtiorem ſe Noribergæ forte occurrentem, Gallico idiomate compellaſſe, qui eodem non reſponderit, prorſus quaſi Gallica lingua ibi ſit vernacula.

CAPVT XXVIII.

De Territorio Noribergenſi, ejusque in Matricula penſitatione. De Bellis Noribergenſium. Concluſio libri.

TErritorium Noribergenſe, Janſonius & Blavius Geographi in ſuis Atlantibus exhibent contemplandum in tabula. Hoc nomine autem

tem proprie venit ille regionis tractus, quem Niger, Schwabacus & Regneſus amnes includunt, cui Vici, Pagi, Villæque inſunt magno numero. Acceſſere variis temporibus, per diverſa acquiſitionum genera, Oppida ſive minores Vrbes, Arces, Vicique, *extra aquas*, uti loquuntur, ſive ultra hunc ambitum complures, ſic ut Oldenburgerus, parte IV. Theſauri Rerump. p. 1336. dominium Noribergenſe XXIV. milliaria Gallica gyro ſuo implere nobis confirmet. Oppida, Arcesque, cum pagis annexis, Præfecturas XI. conſtituunt, & appellationes habent, *Altdorf, Engelthal, Gräfenberg, Herſcbbruk, Hilpoltſtein, Hohenſtein, Lauf, Liechtenau, Pezenſtein, Reicheneck, Velden*.

Amplitudo poſſeſſionum effecit, ut Reſpublica Noribergenſis, prope tantundem in comunibus Imperii Collectis, ſecundum Matriculæ penſitationem perſolvere cogeretur, ac aliquis Electorum. Horum enim ordinaria ſymbola, ſunt Equites 60. Pedites 277. ſive 1878. floreni menſtrui: Noribergenſibus, Equites 40. Pedites 250. ſive in menſes ſingulos 1480. floreni irrogati fuere. Ad Cameræ vero Imperialis ſuſtentationem, omnino æqua Civitatis cum Electoribus ſors eſt, floreni puta 300. numerandi quoquo anno. Sed temporum calamitates, bellorum diuturnitas, mercatura prolapſa, im̃ania damna a militibus in tranſitu & hibernis perpeſſa, auxiliarium copiarum aſſiduæ ſuppeditationes, huc adegere Remp., ut ſummæ tributorum, in Matricula definitæ, moderationem petere neceſſe eſſet, quam & ad unam tertiam ab Imperatore & Ordinibus, ante annos aliquot, impetravit.

Cum igitur Reipublicæ Noribergenſi nulla ex bello ſalus ſit, non tantum, quibus altior malorum ſenſus eſt, Cives ejus & incolæ univerſi, ſed & tauri omnes vitulique, perpetua pace frui unice ſemper exoptarunt, atque manibus pedibusque id ſumma contentione egere, ut voti compotes redderentur. Non licuit autem iis aſſidue tam beatis eſſe, ut tranquillitate gauderent, ſed uti aliorum Imperii Ordinum, ita res Noribergæ quoque, bellum, inimicitiæ, induciæ, pax rurſum diſtinxerunt. Exigebat inſtitutum, ut quarumcunque expeditionum militarium, quæ multæ ſunt, & occaſionum, ex quibus ortæ, quod poteram, recenſionem facerem: ſed ob veras cauſas, velim trium tantum inſigniorum meminiſſe, neque id meis verbis, verum penitus alienis, ut nihil quicquam, niſi quod pridem apud alios lectum eſt, & ne hæc quidem omnia, ſim allaturus, alitque firma ſpes animum, fore, ut cordati Lectores hoc Catone contenti vivant.

ALBERTVS BRANDENBVRGICVS, *Achillis Germanici* cognomine inter omnes notus, Friderici, ex Burggrafiis Noribergenſibus primi Electoris, filius, & ipſe dein Elector, A. 1449. Julio menſe, miſſo feciale,

ciale, Noribergenſibus bellum, more veteri, denunciavit, quam conditionem hi acceptarunt. Cætera Illuſtris Joh. Jacobus Fuggerus ex Spec. Hon. Auſtr. pag. 568. b. nobis ediſſerat: In dieſem Jahr (1449.) entſtunde ein verderblicher Krieg im Reich/ zwiſchen Mgr. Albrechten zu Brandenburg/der Teutſche Achilles genannt/ und der Stadt Nürnberg: in welchen beyderſeits viel Fürſten/auch Reichs-Städte in Schwaben und Francken/mit eingeflochten worden. Es ward eine Verſamlung nach Bamberg verlegt/dahin viel Fürſten und Stände kamen/dieſen Handel zu vertragen. Der Marggrav begehrte an die von Nürnberg/ 120000. Gulden Abtrag ſeiner Schäden/und klagte/ daß er von ihnen vielfältig ſeines Rechtens verkürtzt worden. Weil man ihm aber weder eines noch das ander geſtehen wolte/als ſagte er der Stadt ab/ den 2. Julii/ am Tag/ da die Mutter Gottes über das Gebürge gegangen. Auf ſeine Seite traten der Ertzbiſchof zu Maintz/der Churfürſt zu Brandenburg ſein Bruder/ der Biſchof zu Aichſtett/Herz. Albrecht in Oeſterreich/ Herz. Otto in Bayrn/ Herz. Wilhelm zu Sachſen/Herz. Heinrich zu Braunſchweig und Lüneburg/ Landgr. Ludwig in Heſſen/Herz. Erich zu Stettin-Pommern/ Marggr. Jacob zu Baden/ Landgr. Ludwig zu Leuchtenberg/Gr. Friderich zu Henneberg/Gr. Leonhard zu Caſtell/Gr. Johann zu Zigenhain/ Otto und Walraff Grafen zu Waldeck/Gr. Ulrich zu Würtenberg/ Conrad und Friderich Grafen zu Helfenſtein/Gr. Albrecht von Hohenloh/Gr. Bernhard zu Hanau/ Gr. Ulrich zu Oettingen/ Gr. Bernhard zu Leiningen/ Gr. Johann zu Solms/ Rudolf von Bünaw/Wilhelm von Hohen-Rechberg Rittere/ vier von Rotenhan/ Heinrich von Retwitz genant der Bauernfeind/ etliche Seckendörfer/ und mehr andere. Hingegen hatte Nürnberg 72. Reichsſtädte in Schwaben und Francken zu Beyſtand/die ſchickten 700. Pferde/ und die Eidgenoſſen 800. Knechte. Zu Hauptleuten wurden angenommen/ und aus Böheim beruffen/ Conrad von Kaufung/ und ein Reuſſe von Plawen. In dieſem Krieg ſollen 9. Treffen geſchehen ſeyn/ (auſſer was in Schwaben/ und im Land zu Würtenberg/ da die Herren und Städte auch einander dapfer zauſeten/vorgangen/) in denen Nürnberg nur einmal obgeſieget/ der Marggrav aber zweymal halb todt von der Walſtatt getragen worden. Als dereinſt wol 100. Schwerder/um ihn her/ und auf ihn geblöſet waren/ umfaſſete er den Leibfahn/und rieffe: Ich kan nirgend ehrlicher/als hier/ſterben. Ihme ward Bayrsdorf und Winsbach/ und denen von Nürnberg Liechtenaw und Grefenberg/eingenommen und verbrennt. Als dieſe vor Altdorf zogen/und ſelbiges beſchoſſen: war einer/der die Schüſſe/ſo wider die Mauer geſchehen/ mit einem Beſen abgekehret.

Am Abend vor Gregorii den 11. Martii folgenden 1450. Jahrs/ zoge der Marggrav von Schwabach aus/mit 600 Reutern und vielen Fußvolck/

mit Wägen und Geſchütze / den Nürnbergern den Weiher beym Kloſter Pilnreut abzufiſchen. Er ließ ihnen auch entbieten / wie daß er daſelbſt wäre : ſie ſolten kommen / und ihm die Fiſche verzehren helffen / die er in ihrem Weiher gefangen. Die von Nürnberg nahmen die Ladung vor bekandt an/ und kamen mit 3000. zu Fuß/und mit 500. Reutern. Der Marggrav wurde geſchlagen/und in Perſon gefangen/von dem Hauptmann der Fußvölcker/ Conraden von Kauſung/ der ihn aber wieder ledig gelaſſen: welches er hernach A. 1455. an der Richtſtatt zu Freyburg/ daſelbſt er wegen begangenen Fürſtenraubs enthauptet worden/bekennet und bereuet / auch ſich vernehmen laſſen/ er habe den ſchmählichen Tod/mit dieſer/ an denen von Nürnberg begangenen Untreu/ verſchuldet.

Endlich / als das Beuten / Brennen und Blutſtürtzen über Jahr und Tag gewähret/und bey 200. Dörfer in der Aſche lagen / ward man beyderſeits müde/und kame wiederum nach Bamberg zuſammen : alda durch K. Friderichs Antrieb / der auf ſeinen Römerzug bedacht ware/ am Tag Michaelis den 29. Septembr. ein Friede geſchloſſen/ beyderſeits die eroberte und beſetzte Plätze wieder geräumet/und die Gefangene / bey 2000. ohne Schätzung ledig gegeben worden. Mrg. Albrecht hat hierauf mit einem Geſellenſtechen ſo er zu Nürnberg / in Gegenwart ſeiner Gemahlinn und vielen Frauenzimmers/mit den Patritien hielte/den Frieden beſtätiget.

Calviſius de hoc bello, ex Ænea Sylvio, Chronologiæ ſuæ inſeruit: *A. 1449. Bellum Norimbergenſe oritur cum Alberto Marchione Brandenburgenſi, qui Noribergenſibus bellum indicit die 2. Julii. Norimbergenſes omnium Civitatum Imperialium auxilia conſequuntur. Marchio vero adjuvatur a ſeptendecim Principibus. Norimbergenſes, hoc anno oppidum Winsbach & Altorſium* (fortaſſe legendum *Bayrsdorfium*) *exurunt. Novies prælio congreſſi feruntur, in quibus Albertus tantum ſemel victus eſt, bis tamen ex acie fere ſemianimis exportatus eſt. Tanta vi ipſe pugnavit. Poſt biennium tandem, ex ſententia Alberti, pax facta eſt.*

A. 1504. inter ALBERTVM BAVARVM, cognomento *Sapientem*, Alberti III. Pii filium, & RVPERTVM, PALATINVM, Philippi Electoris filium, grave bellum exarſit. Huic Maximiliani I. Cæſaris mandato, qui Rupertum proſcripſerat, ſe ingerere debuerunt Noribergenſes. Cauſam diſſidii, totamque belli hiſtoriam prolixe enarrat jam modo laudatus Fuggerus pag. 1151. & multis ſequentibus, prædicti operis. Exinde excerpimus, quantum ſcire noſtra intereſt.

Albertus IV. und Georgius, beyde Herzogen in Bayrn Gevettern/ hatten vor vielen Jahren ſich miteinander dahin verglichen/ daß/ dafern einer von ihnen ohne Männliche Erben mit tod abgehen würde / deſſen Land auf den andern

andern erben ſolte. Dieſem Vergleich zu wider / als Herz. Georg Anno 1500. ſeine Tochter Eliſabethen an Pfgr. Ruprechten/Churf. Philippi zweyten Sohn/ (welcher derentwegen das Biſtum Freyſingen auf- und ſeinem Bruder Philippo übergeben/) ausgeſtattet / hat er dieſem ſeinem Tochtermann/durch ein Teſtament / alle ſeine Lande zum Heuratgut verſchrieben. Nachdem Herz. Albrechten dieſe Verordnung entdeckt worden/ damit er ihm und ſeinen Nachkommen/an ſeinem Recht nichts entziehen lieſſe/ bedachte er ſich auf Mittel und Wege/wie er dieſem Unrecht bey Zeiten vorbauen möchte. Demnach beklagte er ſich heimlich hierüber / bey ſeinen Schwager den Maximilianum I. Röm. König/deſſen Schweſter Kunigundam er zur Ehe hatte/und erhielte von ihm Brief und Siegel / wodurch ihm das Erbrecht zu Herz. Georgens Landen beſtättiget worden. Er verbande ſich auch mit dem Schwäbiſchen Bund/auf 12. Jahre/ befreundete ſich mit Herz. Vlrico II. zu Würtenberg / und verſprach ihm ſeine Tochter Sabinam zur Gemahlinn/ mit einer reichen Heimſteur von 125000. Gulden. Ingleichen brachte er Mgr. Fridrichen zu Brandenburg/Lgr. Wilhelm zu Heſſen / und die Stadt Nürnberg/auf ſeine Seite.

Herz. Georg ſuchte ingleichen beym Röm König an/ um Bekräfftigung ſeines Teſtaments : konte aber ſolches nicht erhalten. Weil er nun ſahe/daß dieſer Handel mit den Waffen würde müſſen verfochten werden/verbande er ſich gleichfalls heimlich mit denen Biſchöffen zu Bamberg / Würtzburg und Aichſtett / auch mit den Königen in Franckreich und Böheim. Damit er aber ſeinen Tochtermañ/noch bey Lebzeiten/in die Regirung einführen möchte/machte er ihn zum Stadthalter in der alten Pfalz / die er von Herz. Otten zu Neumarck ſeines Vatters Schweſter-Sohn ererbet / und übergab ihm die Städte Lauingen und Neuburg an der Donau/ ſamt andern Herrſchafften. Damit er auch der Regirung deſto báſſer vorſtehen möchte / gab er ihm zweiliche an Verſtand und Erfahrung fürtreffliche Räthe. Von dieſem ſeinem Vornehmen wurde er/den 18. Octobr. 1503. durch den R. König/ aber vergeblich abgemahnet. Auch Herz. Albrechts Warnungsbriefe/die er den 1. Novembr. an die Nider-Bayriſche Stände abgehen laſſen/ wolten nichts verfangen/dieſes vorſtehende Unheil zu vermitteln.

Inzwiſchen begunte Herz. Georg/um Michaelis/ am Magen zu erkrancken. Die Aertzte gaben die Schuld / etlichen Lanzenſtöſſen / welche er vordeſſen zu Nürnberg / in einem Scharffrennen mit K. Maximilian auf die Bruſt empfangen hatte. Worauf er/nachdem die Kranckheit täglich zugenommen / endlich den 29. November gedachten 1503. Jahrs ſeinen Geiſt aufgeben. Sein Leib ward zu Landshut / und die Eingeweide zu Ingolſtadt begraben. In ſeinem Magen fande man einen Stein / faſt von Ey-gröſſe: welcher ihm das Leben gekürtzet.

 Nach-

Nachdem Herz. Georgens Tod lautbar worden/hielte K. Maximilian den 1. Decembr. einen Bundstag zu Ulm / dahin er auch Herz. Albrechten beriefe/und ihm über Herz. Georgens Lande die Lehen verliehe. Er befahle auch den Niderbayriſchen Ständen/wie auch den 9. diß Pfgr. Ruprechten durch Schreiben/daß ſie nichts wider des Reichs / und die Lehen-Rechte vornehmen ſolten. Aber dieſer/deſſen ungeacht/zoge alsbald mit einem ſtarcken Reiſigen Zeug vor das Schloß Burghauſen/ daſelbſt Herz. Georgens hinterlaſſener groſſer Schatz in Verwahrung lage/welches er erobert/ und daſſelbe/wie auch Landshut/mit einer ſtarcken Beſatzung verſehen.

Inzwiſchen ſetzte K. Maximilian wegen dieſes Erbſtritts einen Reichstag zu Augſpurg an / auf den wurde 1504. den 20. April beſchloſſen / daß Herz. Albrecht/und deſſen Bruder Herz. Wolfgang / als Herz. Georgens in Bayern nechſtgeſipte/und Schwert-Lehen-Erben in deſſen hinterlaſſenes Herzogthum Ober-und Nider-Bayrn / und andere in-und auſſerhalb Bayrn gelegene Grav-und Herrſchafften / wie ſolche Herz. Georg von dem Kayſer und dem H. Reich zu Lehen getragen und gehabt / ohne jemands Einrede/ eingeſetzt werden ſolle/wie man ſie dann in Krafft dieſes Urtheils einſetze/ und eingeſetzt haben wolle.

Bald nach Eröffnung und Ableſung dieſes Urtheils den 4. May iſt Pfgr. Ruprecht/der hierbey nicht erſchienen/neben ſeiner Gemahlin und Helffern/ wegen ſeines Ungehorſams / auch/ daß ſie etlicher Orthe in Bayrn ſich mit Gewalt bemächtiget/auch folgends den 14. Junii/ſein Vatter der Churfürſt Philippus I. durch den Fiſcal / als Verletzere der Majeſtätt/ offentlich angeklagt/ und ferner/ (nachdem ſie durch den Ehrenhold / zum erſten / andern und drittenmal beruffen worden/ und niemand von ihrentwegen aufgetretten) als offenbare Rebellen/ Uberfahrere des Landfriedens und des Reichs Satzungen / auch Verächtere der Königlichen Majeſtätt/in die Acht erkläret worden.

Pfgr. Ruprecht /welcher Golds und Silbers genug hatte / rüſtete ſich zum Krieg/ließ Geld müntzen / worauf zween Knaben / die einem Löwen das Maul aufzerretten. Er war auch ſeiner Sach/und des Siegs ſo gewiß und verſichert/daß er ihm ein Ritterband machen/und darauf nachfolgende Reimen ſtechen/auch mit ſchwartzen Glas einſchmeltzen laſſen:

Bund halt ſtarck / und brich nit/
Röm. König/du haiſt es nit.
Albrecht/hats in der Taſchen nit.
Landgrav von Heſſen ſchadt mir nit.
Würtenberg fleucht von mir nit.
Nürnberg übergibt uns nit.

Brau

Brandenburg vermag es nit.
Ich will bleiben Pfalzgrav am Rhein/
Und widerſtehn allen Feinden mein.
Landgrav von Heſſen du kanſt nit/
Alexander der geſicht es nit.
Böheim nimm zum Gehülfen ich/
Henneberg verlaß nit mich/
Leuchtenberg das lobe ich/
Pfalzgraf Ruprecht bleibe ich/
Ein neue Münz vermag ich/
Der gantze Bund ſteht wider mich/
Darwider ſtreit ich ritterlich.

Wider Pfgr Ruprecht und ſeinen H. Vatter ſchickten viel Chur und Fürſten ihre Hülfe ein/ es giengen auch über das/ der Schwäbiſche Bund/ und die Stadt Nürnberg ins Feld. Den mächtigſten Feind hatte er an den Röm. König/ welcher ſeinem Schwager und dem Recht Schutz haltend/ die andern alle ihm über den Hals ſchickte.

Im Monat May / begunte das Kriegsfeuer im Bayrland und in der Pfaltz aufzulohen. Pfgr. Ruprecht hatte bey 3000. Pferde/ und 10000. Fußknechte ins Feld geſtellet. Mit einem Theil derſelben ſchickte er Georgen von Wisbeck/ ſeinen Feldhauptmann / in Ober-Bayrn einzufallen/ mit den übrigen holte er ſeinen Schatz/ auf 70. Wägen/ deren jeder mit 6. Pferden beſpannt/ von Burckhauſen nach Neuburg: welches er/ wie auch Ingolſtadt/ Landshut/ Amberg/ Waſſerburg / und andere fäſte Oerter / ſtarck beſetzet. Herz. Albrecht hingegen/ überzoge Nider-Bayrn/ und die Ober-Pfalz/ und eroberte viel Oerter.

Herz. Ulrich von Würtenberg / damals ein junger Fürſt von 17. Jahren/ thäte unter deſſen einen ſtarcken Einfall in die Chur-Pfalz/ eroberte das Kloſter Maulbrunn / und einige Städte. Es kame auch Lgr. Wilhelm / mit Pfgr. Alexandern: die durchzogen die Chur-Pfalz biß nach Ingelheim/ brennten bey 150. Dörffer ab/ verheerten das gantze Land/ und durchraubten daſſelbe biß an das Thor vor Heidelberg.

Nicht glücklicher ergienge es den Pfälziſchen/ jenſeit der Donau. Dañ/ die von Nürnberg/ auf des Röm. Königs den 18. May ergangenen Befehl wider die Aechter zu verfahren / in die Obere Pfalz einfielen / und im M. Junio die Städtlein und Schlöſſer/ Lauf/ Hersbruck/ Reichelſchwand / Kl. Engelthal/ Reicheneck/ Altdorf/ Grunsberg/ Petzenſtein/ Stirberg und Velden/ auch andere Oerter eroberten. Sie konten aber doch / im folgenden Monat vor Neumarck nichts ſchaffen.

Immittelſt ſtarb Pfgr. Ruprecht zu Landshut den 20. Auguſti in ſeiner blühenden Jugend/ und verlies zwey junge Herrlein / Ott Heinrichen / und Philipſen. Seine Gemahlin iſt ihm/ von gleicher Kranckheit befallen/ den 6. September gefolget/ welche ſonſt/ob ſie gleich ſchwanger/ gleichwol deſſen ungeacht / geſtiefelt und geſporet / mit einem Streitkolben herum zu reiten pflegte.

Nachdem man endlich des Krieges/ welcher 9. Monat gewähret/ müde geweſen/ ward A. 1505. auf den Reichstag zu Cöln/ eine Friedenshandlung fürgenommen/ deren Vergleich aber zu keiner Vollziehung kommen: biß An. 1507. auf den Reichstag zu Coſtentz/von dem Röm. König ein neuer Entſcheidſpruch geſchahe / in welchem Herz. Georgens Lande dreygetheilet / das erſte gröſte Theil Herz. Albrechten / das zweyte Pfgr. Ruprechts Söhnen / und das dritte dem Röm. König / und etlichen ſeinen Helffern/ vor den Kriegskoſten geſprochen worden.

Die von Nürnberg behielten Hersbruck / Reicheneck / Lauf / Altdorf / Stirberg / Petzenſtein/ Grunsberg/ Velden und Hohenſtein/ ſamt der Vogtey des Cloſters Engelthal / welche Ubergab durch Albrecht und Wolfgang die Hertzogen in Bayern ratificirt und beſtättigt/ auch zwiſchen Churf. Ludwig und Friderich / und der Stadt Nürnberg A. 1521. 1523. und 1524. hierüber unterſchiedliche Verträge aufgerichtet worden. Nachdem auch etliche dieſer Städtlein und Märckte / vordeſſen der Cron Böheim zugehöret/ und von derſelben an Bayrn verpfendet worden / als hat der Rath zu Nürnberg von K. Uladislao A. 1514. an S. Jacobstag/ zu Ofen/ einen Brief erhalten/ darinn er ſich verſchrieben / daß er/ wie auch ſeine Nachkommen und Nachfolger am Königreich Böheim/ das Eigenthum und Lehen ſolcher Oerter/ ſonſt niemanden zuwenden oder verleihen wolten/ welcher Brief gleichfals von K. Maximilian den 15. Martii/ A. 1518. zu Kaufbayrn/ mit Verpönung 20. Marck Golds/ bekräfftigt worden.

Haud ſæviorem hoſtem unquam experti ſunt Noribergenſes, quam circa medium ſuperioris ævi, ALBERTUM BRANDENBURGICUM, qui *Alcibiadis Germanici* cognomen tulit, Caſimiri Culmbacenſis filium. Nam ille, quod *Jacobi Auguſti Thuani*, eminentiſſimæ dignitatis Viri, & incorrupti ſimul integrique animi Hiſtorici verbis ex libro X. Hiſtor. proloquimur, *A. 1452. in Noribergicum, agrum deſcendit, Liechtenauum præcipuam arcem, V. milliaribus ab Urbe diſtantem, unaque ſubjectum oppidum, admotis tormentis III. Non. Maji deditione cepit.* Poſt alia interjecta ſuccedit: *Cum reſponſum quale vellet, a Senatu non ferret, rabie incitatus, ut, quod jure non poterat, terrore ſui injecto conſequeretur, Lichtenaum arcem, & adjunctum ei oppidum diripuit, incenſumque funditus evertit: tum, imperatâ oppidanis pecuniâ, ipſos in fidem ſuam, & Georgii Friderici patruelis jure-*

jurejurando adegit, continuoque propius Vrbem castra admovit. In libro laudati, ætatemque laudandi Thuani, duodecimo, ipſe Senatus Noribergenſis queſtus ingeminaſſe legitur: Quod Albertus, *cum nuper Altorfium & Lauſam ſuæ ditionis oppida occupaſſet, non contentus, in ipſo irruptionis impetu multa libidinoſe & crudeliter admiſiſſe, oppidanos inſuper, neque eos ſolum, ſed imbellem quoq; per agros collectam multitudinem, una cum pecudum gregibus, multis locis incluſerit, ignibus undique accenſis, ac præcipue ad portas, ne quis evadere poſſet: atque ita pueros, mulieres gravidas, ac ſenes invalidos, cum pecudibus & armentis, inter confuſos ejulatus, miſerabiliter conflagraſſe: cætera, quæ contra ipſum dicenda habeant, ut oſtendant, quam nulla religionis cauſa ducatur, in præſentiarum libenter omittere, propter familiæ ſplendorem ex qua ortus ſit & Principes aliquot ejus propinquos, quibus omnem obſervantiam & debeant & deferant.* Reſtitere tamen acriter Noribergenſes, nec impune fuere laceſſiti; eſtque Belli hujus, cui deinde Elector Saxoniæ Mauritius, aliique Principes ſeſe immiſcuere, prolixa narratio apud Thuanum, iis, quos dixi, libris, Sleidanum item, penultimo & ultimo libro Hiſtoriarum, & Hortlederum Tom. 2. de cauſis belli Germ. lib. 6. quos adeant, licet, qui plenam notitiam harum rerum deſiderant. Finem motuum, compendio, breviter & argute narrat, quem ob ſua in Rempub. literariam merita, & ſi hoc adjicere licet, in nos amorem, cum veneratione diligimus, Chriſtophorus Cellarius, Hiſtoriæ novæ p. 146. Cum enim prius dixiſſet, Præſules, & Noribergenſes aſſidue vexatos, Mauricii Saxonis & Henrici Brunſuicenſis auxilium vocaſſe, ac contra illos quoque profectum Albertum, cum iis ad Sivershuſam pagum conflixiſſe, ſubjicit: *Victus Albertus, dum copias ſuas reparat, perduellionis condemnatur, ex quo tempore nusquam tutus in Germania, amiſſis omnibus vagatur, donec in morbum implicitus; Pforzhemii vitam miſeram, & tot bellis fatigatam, placide finivit.*

Bonum factum! Cimb. Eraſmus Michaëlius Lætus lib. 2. Noribergicorum nihil perperam loquutus eſt, ſed ut vates cecinit:

—— hoſtiles inter Noriberga tumultus,
Inviſasque manus, Superis aſſerta beatis,
Conſiſtit; nusquamque labat, nusquamque ruendo
Deficit.

Patet interim ex iis, quæ hactenus commentati ſumus, illorumque ſumma ſummarum eſt, haud vane aſſeruiſſe florem virorum, *Julium Cæſarem Scaligerum*, epigrammatum, quibus Vrbium laudes perſecutus

eſt, fere ultimò, JVSTITIAM, MINERRVAM, MARTEMQVE, NORIBERGÆ FIXISSE DOMICILIVM ET HABITATIONEM. Ac verba ſunt Herois illius;

Diva mihi extrema da munera ſacra laboris,
Non tamen extremo conſpicienda loco.
Sed velut abducto veneramur in ordine cœlum,
Hic ubi naturæ fine quievit opus.
Non potes æthereis deducere ſedibus aſtra,
Invenies, tibi quæ Norica terra dabit.
Hunc ſibi corruptas terras Aſtræa, relinquens,
Fatali ſtatuit ſede tenere locum.
Quis putet horrifico ſociatas Marte Camœnas?
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.
Martis habe & Phœbi felicia tempora laute:
Sanctaque ſit valido fœdere juncta fides.
Omnibus ex iſtis ne tu ne dempſeris unum;
Addere quin potius omnia magna, tuum eſt.

Atque ſic nos tenues, grandia conando, Herculea audacia, immittere rudentes, pandere vela, ac in almæ Noribergenſis Reipublicæ laudes ingrediendi fiduciam cepimus. Per quarum ingens æquor, poſtquam varie circumvecti ſumus, ſubimus portum, &

Anchora de prora jacitur, ſtant littore puppes.

Supererant multa alia dicenda, ac nunc porro, ex noſtris Faſtis & Annalibus MSS. Hiſtoricorum item, quæ in lucem prodierunt, monumentis, enarrandum erat, quid quoque anno Norібergæ memoria dignum acciderit. Imprimis Familiarum Patriciarum origines, incrementa, & res, domi militiæque præclare geſtas, docere conveniebat, & facta pulcherrima ab oblivione vindicare. Verum, hoc operis reſiduum, aliis relinquitur, materiæque tanta abundat copia,

LABORI FABER UT DESIT, NON FABRO LABOR.

LIBER II.

DE CONTROVERSIA, QVÆ, A DVCENTIS PROPE ANNIS, INTER SERENISSIMOS MARCHIONES BRANDENBVRGICOS TANQVAM BVRGGRAFIOS NORIBERGENSES, ET IPSAM REMPVBLICAM NORIBERGENSEM, N CAMERA IMPERIALI AGITATVR.

CAPVT I.

Præluſio atque præcurſio certaminis. Defenſio cauſæ Marchionum Brandenburgicorum.

GRavem, & acerrimam litem, Sereniſſimis Marchionibus Brandenburgicis, cum Incluta Noribergenſi Republica, jam a duobus fere ſeculis intercedere, ac niſi Deus ex machina malis noſtris medeatur, & jurgiorum tædium mentibus aliquando indat, cum rerum perennitate duraturam, nemo tam in Germania hoſpes eſt, qui neſciat. At vero, immanis concertationis, quæ non Cameræ tantum, ſupremi in Imperio Tribunalis, Ampliſſimos Judices, multum diuque, ſucceſſione quadam continenter exercuit & fatigavit, ſed & interdum pugnarum cædiumque cauſam præbuit, origo qualis ſit, quod momentum illa habeat quidque in contentionem præcipue deducatur, vix uni aut alteri etiam apud nos, & fere ſolis tantum, qui his negotiis interfuerunt ac præfuerunt, perſpectum eſt exploratumque. Niſi, quod de mero Imperio, ſive, ut vulgo appellatur, von der Fraiſchlichen Obrigkeit / contendi, etiam agreſtes ſciunt, & quoties ejus tuendæ occaſio ſeſe offert, factis confeſtim agminibus, alacres, manuque fortes ſeſe præſtare ſolent. Interim, ſi quis peregrinus, ex non vulgari etiam Cive aliquo Noribergenſi, percontetur, ecquod initium, ecquæ rationes tantarum litium eſſe queant, tale refert reſponſum. Habuerunt, dicitur, Brandenburgici Marchiones, quatenus olim penes eos Burggrafiatus Noribergenſis honos munusq; erat, Sylvas, quibus Noriberga undique cingitur, in dominio. Eas vendidere poſtea Senatui Populoque Noribergenſi, ingenti pretio accepto, lucu-

lenta,plenaque & cumulata ob hanc rem confecta,inſtrumenti venditionis formula,qua ſe omni dominio, proprietate, jurisdictione, meroque in illas,hoc eſt Noribergæ conterminam regionem, imperio,penitus abdicarunt,ita,ut nec volam, nec veſtigium iſtorum jurium ſibi ſervarent. Cæterum,' intercefferat olim Marchiacis Miniſtris cum Senatore quodam Noribergenſi magna familiaritas & neceſſitudo. Ab hoc ergo illi petierunt,ut inſtrumentum transactæ venditionis parumper ſibi concederet, quod in eo videre quædam vellent, mox id reddituri. Hoc,cum nacti eſſent, retinuere ſibi verum genuinumque exemplar,ac pro eo aliud corruptum ſuppoſuere, in quo verba,de omni dominio,proprietate,jurisdictione,meroque imperio,Noribergenſibus in Sylvas conceſſo,deficiebant. Sic poſtea contendere cœperunt,nihil obſtante venditione, remanſiſſe penes Brandenburgicos Marchiones directum in Sylvas dominium incolume ac ſuperſtes,nec per venditionem aliud quam utile in Noribergenſes tranſiiſſe. Hi,mirati protervìam,cum formula contractus tueri ſe vellent,demum animadvertunt, illam vitium paſſam eſſe,atque,re cognita, Senatoris quidem meritam pœnam luit,contentio autem in nervum abiit, & in hanc usque diem Marchiaci objectant Noribergenſibus,non translatum in ipſos eſſe merum ad Sylvas attinens imperium; hi contra, contractus ſcilicet veritate,& optimæ mentis conſcientia fiduciam facientibus,obnituntur, & cedere recuſantes,ſummo dominio, ac territoriali ſuperioritati inhærent mordicus. Non diſſimulo ipſum me, utpote hujus negotii incurioſum,antehac imbutum fuiſſe falſitatibus iſtis ac ineptiis,aliosque induxiſſe in errorem ſimilem. Accidit autem forte fortuna, ut inter ſermocinandum cum Viro,rerum Noribergenſium apprime gnaro,ille me moneret,ea,quæ communiter de Marchiaco Noribergenſis controverſiæ cauſis & origine in triviis ſic narrantur, nil niſi gerras germanas eſſe, quæ penitus a vero abludant. Hic ego primum obſtupui totus, mox quoque mei me pigere cœpit, cum animadverterem, hæſitaſſe me hactenus in luto mendaciorum, & juxta cum ignariſſimis ſciviſſe cardinem domeſticarum controverſiarum. Quamobrem, conſtituebam illico mecum,limare lites iſtas a radicibus, &,quanquam ſero, addiſcere, quod diſcordiæ inter Marchiacos & Noribergenſes primordium fuerit, quis progreſſus. Eum ob finem forulos Bibliothecæ publicæ excutienti mihi, offerebant ſeſe typis excuſa Volumina ingentia ſeptem, atque in his utriusque cauſæ Patronorum Articuli omnisgeneris, quod,ex veteri conſuetudine,plurimum per Libellos Articulatos,quos vocant, inde Sereniſſimorũ Brandenburgicorum Marchionum nomine Mandatarii,die Anwälte/hinc,pro Republica Noribergenſi,Syndici, dimicave-

micavere. Quæ, dum dico, ab ambabus partibus in Camerali Judicio editos, *Articulos* dico *Poſitionales, Exceptionales, Defenſionales, Replicativos, Confirmatorios, Confutatorios, Declaratorios, Eliſivos, Supereliſivos, Reſponſorios, Peremtoriales, Additionales, Superadditionales, Additionales eliſivos, Reprobatorios Præjudiciales, Concluſivos*, pleraque ignota mihi prius nomina. Quibus accedunt, *libelli ſummarii, Replicæ, Duplicæ, Triplicæ, Gravamina, Tranſſumpta Documenta, Productiones, Recognitiones, Interrogatoria, Depoſitiones teſtium, Exceptiones adverſus depoſitiones, Salvationesq; articulatorum actuum*: & tamen ultro, ex levi iſtorum inſpectione ſimul conſtabat, ne ſic quidem omnia acta & actitata congeſta eſſe in illos Tomos, ſed multa deficere, ita, ut neceſſe ſit, ſi tum prædicta, tum alia huc pertinentia, manu deſcripta in unum conferantur, plauſtri ſejugis juſtum onus inde proditurum. Certe, aut nunquam, aut in hac cauſa, forenſis Jurisprudentia oſtendere voluit, quid moliri illa, quid tricari, quamque inter mortales, immortales disceptationes excitare, alereq; valeat. Poterat ipſa librorum multitudo & ſpiſſitas, horrorem mihi incutere. Cepi tamen impetum magno conatu, &, aut ſcire, inquiebam intra memet, aut neſcire volo, quid tot tantisque voluminibus contineatur. Ergo animum ad legendum appello, confirmavitque me in propoſito, quod commodum animadvertebam, ſeveriora jurgia, paſſim, infinitorum caſuum utrinque exercitæ jurisdictionis enarratione, dispungi, atque utriusque partis libellis multa veterum Imperatorum Privilegia, Reſcripta & Sanctiones ineſſe. Non licebat tamen, nec volupe erat, ubique eandem attentionis ſolicitudinem adhibere, ſed id maxime agebam, ut, quæ ad controverſiæ ſtatum pernoſcendum neceſſaria erant, mihi excerperem. Eo labore quia haud ſegniter aut ſomniculoſe defunctus ſum, viſum eſt, quæ in ſchedis varie conſignata habebam, ſuo ordine disponere, & in publicum proferre: quia non tam ſperare quam confidere licebat, operæ pretium me facturum hoc inſtituto, & gratiam initurum apud Lectorem benevolum. Quod, priusquam exequor, ex animi ſententia ſerio teſtor, dicoque ac edico, me in hac re ſimplicis tantum narratoris officio fungi, nec alias partes mihi ſumere, quam ut nuda argumenta, ab iis quibus illæ controverſiæ fuere in manu, viciſſatim propoſita, modeſte allegem, ſervando maxime, ne quid ſiniſtre aut perperam eloquar, propria autorum verba: nam, ut ipſis litibus me ingeram, & huic aut iſti parti advocatus veniam, non tam ingenio abundo, ut poſſim, neq; ſi poſſim, ulla ratione velim, qui amœniores Muſas curæ habeo cordique. Proinde nec eſt, ut ad noſtra hæc Collectanea quisquam unquam provocet, ac ex iis, quaſi ad ſummam cauſæ attinens, argumentum aut præſidium aliquod alleget. Etenim

nim minime huic fini, & ut vim aliquam ad probandum haberent, ſed meræ cognitionis ergo fuere congeſta. Ut vero quisque bonus eſt, ita circa aliena dicta, minime extortorem & contortorem ſeſe præſtat, atque tales perpetuo audient, qui iis, quæ ſcripſimus, præter intentionem noſtram abutentur.

Studebo, ut potero, brevitati & *à Marchiacis accuſatoribus initium faciens, horum quidem adverſus Noribergenſes talis eſt actio.*

Quemadmodum inter omnes notum exploratumque eſt, eos, quos veteri Germanico nomine a jure prehenſionis, von den Greiffen / *Grafios* vocamus, olim Judices fuiſſe, quibus dicundi juris publicam autoritatem & poteſtatem Imperatores conceſſere: ſic, ex communi veraque ſententia, *Burggrafii* eos notant Judices, qui antiquitus vice Imperatorum, & ab iis armis præſidiisq; inſtructi, non modo in præcipuis Urbibus, quæ *Burgi*, hoc eſt propugnacula & arces Imperii vocabantur, verum etiam in circumjacente provincia, illi Burgo annexa, judiciis præerant. Nomina enim rebus adaptantur, *§. 3. Inſtit. de Donat. & l. tugurii ff. de V. S.* Quin, nec regulariter quisquam poſſidet Arces, munitionis cauſa fabricatas, niſi qui in illo loco habet omnimodam jurisdictionem, merumq; & mixtum imperium, quod notat *Guilhelm. de Cuneo & Bald. l. 1. ff. de off. præf. urb. Soci. conſ. 74. num. 3. lib. 1. Natt. conſ. 636. n. 38.* Atque Burggrafiatum Norimbergenſem, jam olim, ante infeudationem celebrem, qua Rudolphus Cæſar, eum Friderico Zollerano, ejusque Poſteris in perpetuum conceſſit, non fuiſſe nudum Officium, & Dignitatem, ſed Principatum inſignem, ditione ac ſubditis inſtructum, amplius inde conſtat, quod Burggrafiatus, etiam antequam fierent hereditarii, non ſimplicibus Nobilibus, ſed tantum Comitibus & Principibus fuere commiſſi. Ita conſtat, primum Burggrafium Miſnenſem fuiſſe Comitem Ileburgi & Veltini. Ab hoc, ad alios, temporis ſucceſſione, & poſtmodum ad Comites Hartenſteinios ille pervenit. Primum Burggrafium Magdeburgenſem, legimus fuiſſe Geronem Marchionem Luſatiæ, quique eum ſequuti ſunt, omnes ex Principum & Comitum familiis genus duxere, donec autoritate Rudolphi Imperatoris, Burggrafionatus in Duces Electoresque Saxoniæ fuit translatus. Et licet priorum Burggrafiorum Noribergenſium ſtemmata in hiſtoriis non ita annotentur, attamen dubium non eſt, illos æque ac Miſnenſes & Magdeburgenſes Burggrafios, ex celeberrimis tantum Principum & Comitum familiis fuiſſe lectos, cum, (ut ſonant verba Theodorici Regis) *Veteres crediderint, ad ornatum Palatii pertinere, aptas dignitatibus perſonas eligere, eo quod de claritate ſervientium, creſceret fama dominorum.* Facit rei

huic

huic fidem, quod Fridericus Burggrafius Noribergenſis, Conradi Electoris Brandenburgici filiam, matrimonio ſibi junxiſſe, ac Lotharii Cæſaris matrem genuiſſe noſcitur. Quamobrem dubio caret, Burggrafionatui, etiam antequam hereditarius redderetur, inſigne territorium, & ſupremam jurisdictionem adhæſiſſe: Daß zu den Burggrafthum Nürnberg/ je und allewege/ auch vor derſelben Zeit/ ehe daſſelbe erblich worden/ ein territorium, auch Land und Leute/ item, die Lands-Fürſtliche und Fraisliche Obrigkeit/ auch alle Regalien gehörig geweſen/ daß auch der Burggraf zu Nürnberg/ in dem gantzen Nürnbergiſchen Zirck und Kraiß/ die Lands-Fürſtliche Obrigkeit gehabt. Quæ cum ita ſint, omnino conſequens eſt, Fridericum Zolleranum, cum A. C. 1273. a Rudolpho I. Cæſare Burggrafionatum Noribergenſem poſſidendum, & hereditario jure ad poſteros transferendum accepiſſet, factum id eſſe cum omni territorio, & ſuprema jurisdictione, quæ cum illo cohærebant: Daß das Burggrafthum/ eben mit demſelben territorio, Lands-Fürſtlichen und Fraislichen Obrigkeit/ auch allen andern pertinentiis, Ein- und Zugehörungen perpetuiret, erblich gemacht/ und den Burggrafen zu Nürnberg/ der klagenden Herren Marggrafen Vorfahren/ erblich concedirt ſeyn müſſe.

Confirmant hoc ipſæ literæ Inveſtituræ, ſuppeditantque probationem irrefragabilem, quarum talis ſententia:

RUDOLPHUS Dei gratia Roman. Rex, ſemper auguſtus, univerſis, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem, & credere ſubnotatis. Regalis præeminentiæ requirit honeſtas, ut ſingulos, & univerſos, devote nobis & fideliter famulantes, condignis debeamus præmiorum retributionbus prævenire, ut ſpe remunerationis, cæteri ad noſtrorum & Imperii obſequiorum confidentius animentur. Notum igitur eſſe volumus, & præſentibus publice proteſtamur, quod nos, advertentes devotionem & fidelitatem dilecti nobis Friderici Burggravii de Nurmberg, univerſa bona infra ſcripta, videlicet Comitiam Burggravii in Nurmberg, Caſtrum quod tenet ibidem, cuſtodiam Portæ, ſitæ prope idem Caſtrum, Judicium Provinciale in Nurmberg, cui etiam, vice Imperatoris, omne Judicium judicans præſidebit, Officialis ejusdem Burggravii una cum Sculteto noſtro in Civitate Nurmberg Judicio præſidebit, & quicquid emolumenti de ipſo Judicio, vel per homicidium, vel quemcunque caſum alium provenerit, idem Officialis duas partes ejusdem victus per ſe tollet. Dicto quoque Burggravio quæque fabrica in Nurmberg, ſolvet unum ſolidum annuatim, cenſumque tollet ab omnibus areis ab altera parte pontis. Et de quolibet tempore meſſis unum meſſorem, &c. decem libras denariorum de officio Sculteti in Nurmberg, & decem libras de Telonio ibidem: cum reliquis feudis, quæ ibidem & ſui progenitores a noſtris Anteceſſoribus ante habuiſſe dinoſcuntur, titulo feudali conceſſimus in feuda, &c. Ad majorem itaque obſervantiam præmiſſorum, & roboris firmitatem

tatem ſcripta præſentia noſtri ſigilli charactere juſſimus roborari. Datum Aquisgrani Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, octavo Calend. Novembris Indictione tertia.

Quia præſens Inſtrumentum, Sigillo tantum cereo munitum erat, proinde idem Rudolphus Cæſar, Anno 1281. Gemundiæ, aliud, aurea bulla & typario Regiæ Majeſtatis roboratum edidit, prorſus eodem cum priore argumento, & prope verbis quoque iisdem, niſi quod illorum in poſteriore interdum major eſt concinnitas, uti cum pro, *ut ſpe remunerationis cæteri ad noſtrorum & Imperii obſequiorum confidentius animentur;* hic loci, paulo aptius, *ut exemplo remunerationis bujusmodi provocati, cæteri ad ipſius obſequia fidentius animentur:* pro, *duas partes ejusdem victus per ſe tollet;* clarior phraſis, *duas partes ejusdem lucri idem Officialis recipiat:* itemque pro, *& de quolibet tempore meſſis unum meſſorem:* magis commode, *& tempore meſſium de qualibet unum meſſorem*, reponitur.

Proinde, hoc ratum eſt, quod Rudolphus Cæſar Fridericum Zolleranum inveſtiverit *Comitia Burggraviæ*. At, indubitati juris habetur, quod ſub appellatione Comitiæ ſive Comitatus, territorium, ſive diſtrictus comprehendatur, nec poſſe eſſe Comitiam, ſive Comitatum, ſine territorio, aut diſtrictu, juxta tradita per *Felin. c. Rudolphus num. 12. extra de Reſcript. Marin. Freccia. in tract. de Subfeudis Rub. quis dicatur Comes n. 23.* ubi ipſe multos alios DD. ad hoc allegat. Hinc ergo conſequitur, eſſe quoque *Comitiam Burggrafiæ, ſive Burggrafiatum, nomen complexivum*, territorium comprehendens, cum amplior Burggrafiatus dignitas ſit, quam Grafionatus, ſive Comitatus ſimplicis, & Burggrafii adeo Principibus Imperii æquiparentur. Nempe, ſic Saxoniæ Electores, tot Comitatuum domini, nullius tamen in elogiis, ſed bene *Burggrafiatus Magdeburgici*, mentionem faciunt: & Marchiones Brandenburgici, titulos ſuos exprimendo, prius Burggrafios Noribergenſes, quam Principes Rugiæ ſeſe nominare conſueverunt. Deducitur vero ab ordine literæ, ſive ſcripturæ, bonum argumentum; ut quod prius poſitum in ſcriptura, vel literis aliquibus, dignius & majus reputetur. Amplius, jam id quoque conſequitur, Rudolphum I. Cæſarem, inveſtiendo Fridericum Burggrafium de Comitia Burggrafiæ Noribergenſis, tribuiſſe ei territorium, quo Noriberga undique cingitur, & tribuiſſe ſimul quoque omnimodam jurisdictionem, merumque ac mixtum imperium, in totum illum tractum: cum clari & indubitati juris ſit, quod conceſſo territorio vel diſtrictu, etiam jurisdictio conceſſa intelligatur, ſecundum *Bart. l. 1. n. 16. & ibi Alex. n. 33. Jas. n. 15.* & alios innumeros. Neque ea ſimplex tantum eſt jurisdictio,

dictio, ſed ſimul etiam merum & mixtum imperium conceſſum, & in accipientem translatum intelligitur, ita expreſſe tradentibus Doctoribus communiter, & imprimis *Hoſtienſ. in ſum. tit. de jur. pat. §. qualiter transferetur. Specul. in tit de jurisdict. omn. jud. §. 1. n. 15. Bald. c. 1. in prin, n. 5.* aliisque. Quin & præter merum & mixtum Imperium, ac jurisdictionem omnimodam, inſuper *Regalia*, a Rudolpho Cæſare Friderico Burggrafio conceſſa fuiſſe dicendum eſt. Sunt enim Ducatus, Burggrafiatus, & Comitatus, feuda Regalia, atque habent regalem dignitatem annexam, ac eapropter, conceſſo Ducatu, Burggrafiatu, vel Comitatu, etiam regalia conceduntur: *Alvarot. præp. & Jas. in præludijs feud. divis. 1. Matth. de afflictis c. 1. § fin n. 27. de his qui feud. dar. poſſ. Zaſius in tract. feud. par. 5. n. 12.* cum cæteris. Accedit, quod concedens fuit Rex Romanus, quodque Friderico Comiti Zollerano, qui jam erat Burggrafius Noribergenſis, & per connubium cum Ottonis Meraniæ Ducis filia, a ſocero ampliſſimam hereditatis partem, ad Carinthiam & Vindorum Marchiam usque pertingentem, conſecutus fuerat. Atqui, clari & indubitati juris eſt, quod conceſſio facta a ſummo Imperatore, Rege, vel Principe, latiſſime interpretanda ſit, usque adeo, ut propter dignitatem concedentis, in conceſſione veniant Regalia, quæ alioquin, in conceſſione facta ab alia perſona, non comprehenderentur: *Paul Caſtr. Conſ. 63. vers. tertio patet lib. 1. Socin. Jun. Conſ. 80. n. 40. lib. 3.* Similiter liquidi juris eſt, quod etiam propter dignitatem & nobilitatem illius, cui conceſſio facta eſt, conceſſio, & latiſſime & largiſſime, ac ita ſit accipienda, ut ſub illa etiam Regalia comprehendantur: *Paul. Caſtr. Conſ. 63. vers. quartum lib. 1. Socin. Jun. Conſ. 80. num. 40. lib. 3.* Denique, in Rudolphi Cæſaris literis inveſtituræ, conceſſio Comitiæ Burggrafiæ dicitur facta, *propter devotionem & fidelitatem*: conceſſionem vero propter bene merita latiſſime interpretari oportet: *Guilhelm. de Cun. l. 3. in princ. & ibi Alex. Jas Dec. & Dd. ff. quod quisque juris*: cum cæteris.

Porro, conceſſit Rudolphus Cæſar Friderico Zollerano in inveſtitura, *Judicium Provinciale*, tanquam Burggrafiatus pertinentiam: hoc eſt, conceſſit illi judicium omne in provincia ac territorio Noribergenſi. Quippe, negari nequit, judicium provinciale, idem eſſe, ac judicium in provincia, argumento ſumto a conjugatis, ſive a derivatione vocabuli; quod genus argumentandi, & frequens, & utile, & concludens, & non tantum Dialecticis, ſed etiam Jurisconſultis notum, *l. vetus fuit quæſtio ff. de uſufruct. l. teſtatrix §. plures ff. ſi ſervit. vindic. Bald. l. quod dicitur ff. de liber. & poſthum.* Jam, appel-

latione

latione judicii, tanquam ſub genere, comprehenditur non tantum judicium Civile, ſed etiam Criminale, & merum ac mixtum imperium, prout hoc expreſſe & in ſpecie tradit *Jas. rubr. C. de judic. Felin. & Dd. rubr. eod. tit.* Quippe inter omnes in confeſſo eſt, quod conceſſo genere, omnes omnino quoque ſpecies conceſſæ intelligantur; quodque ſub genere, omnes ſpecies comprehendantur: atque bonum eſt argumentum, a genere ad ſpeciem complexive, *glos. c. 1, in prin. verb. de ſuis reb. & ibi Bald. vers. novi vero feud. n. 2. per quos fiat inveſtitura. Franc. Ripa l. 1. n. 3. ff. ſi cert. petat.* Cum generalis diſpoſitio tantum operetur, quoad quamlibet ſpeciem ſuam, quantum operatur ſpecialis diſpoſitio, quoad ſpeciem in illa expreſſam: *l. ſi duo & ibi Bart. ff. de adminiſt. tutor. l. Gallus. §. inſtituens & ibi Bald. & Angel. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Ergo relinquitur, Rudolphum Cæſarem, concedendo Friderico Burggrafio Judicium Provinciale, conceſſiſſe illi merum & mixtum imperium in tota provincia Noribergenſi, & quidem titulo feudali, & ſic reſpectu ſuæ Regiæ Majeſtatis, non cumulative, ſed privative.

Neque vero nude Cæſar Friderico conceſſit Judicium Provinciale, ſed cum clauſula, *cui omne judicium judicans præſidebit.* Quapropter fieri aliter non poteſt, quam ut verba, *omne judicium*, præter civile judicium, etiam criminale, & merum ac mixtum imperium complectantur. Sunt enim verba univerſalia, majoris efficaciæ & virtutis, quam verba generalia, & illa omnia comprehendunt, quæ excogitari poſſunt, *l. Julianus ff. de leg. 3. Bart. l. ſi ita ff. de aur. & arg.* ideoque pulchre *Baldus conſ. 326.* inquit, *verba univerſalia adeo omnia comprehendere, ut nulla perſona, nullus caſus, nullusque locus exceptus intelligatur.*

Accedit, velut in cumulum, Burggrafio facultatem concedi, omni judicio judicando præſidendi *vice Imperatoris*: quod nihil eſt aliud, quam Burggrafium Fridericum, a Rudolpho Cæſare, in tota Noribergenſi provincia, territorio, ac diſtrictu, conſtitutum eſſe Vicarium perpetuum, atque Vicariatum, titulo & dignitati Burggrafiatus annexum fuiſſe. Vt vel hac ratione conſtet, Fridericum Burggravium, non tantum jurisdictionem, ſed & merum mixtumque imperium, ac omnem ſuperioritatem territorialem & Regalia accepiſſe. Namque clari & indubitati juris eſt, nec non etiam a DD. communiter traditum, quod Vicarii perpetui Imperatoris habeant non tantum jurisdictionem, merum & mixtum imperium, ſed etiam Regalia, & regalem dignitatem, quodq; eo ipſo, quia illi in loco aliquo Vicarii perpetui conſtituuntur, in iſto loco nanciſcantur & omnimodam jurisdictionem, & merum & mixtum imperium, & omnia Regalia, atque in hoc loco ſive territorio, poſ-

rio,poſſint peragere omnia illa,quæ Imperatori permiſſa ſunt,prout hoc expreſſe & in ſpecie tradunt *Paul.Caſtr.Conſ.34.n.1.& 2.lib.2.Jaſ.Conſ.235.num.1,lib.2.Rui: Conſ.200.n.2.lib.3. Barbat.Conſ.34.n.62.lib.2.* cum aliis multis. Eſtque ſecundum *Laur. Sylvan.Conſ.63. num. 24.* conſentiens Jurisperitorum ſententia, quod per dignitatem Vicariatus perpetui, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, reliquisque perſonis Illuſtribus, plus juris,poteſtatis, & dignitatis tribuatur, quam ipſi alioquin haberent.

Inſuper commonſtrant literæ Inveſtituræ, Rudolphum Cæſarem Friderico Burggravio conceſſiſſe non tantum territorium, quod eſt extra urbem Noribergam,& principatum,cum omni jurisdictione,& mero mixtoque imperio ac Regalibus, ſed conceſſiſſe etiam, ut in ipſam Vrbem Noribergam omnem jurisdictionem, & mixtum merumque imperium exerceret,ob verba: *Caſtrum quod tenet ibidem, cuſtodiam portæ, ſitæ prope idem caſtrum:* quibus nihil aliud ſignificatur, quam Rudolphum Friderico tribuiſſe Arcem Burggrafialem, & jus quoque,ut unam ex portis Civitatis Noribergenſis, tanquam pertinentiam Burggrafiatus,in poteſtate haberet.

Liquet porro ex literis Inveſtituræ, Rudolphum Cæſarem, Burggrafio Friderico duas tertias judiciorum Vrbis Noribergenſis conceſſiſſe, nec ſervaſſe ſibi niſi unam tertiam; cum expreſſe dicatur: *Officialis ejusdem Burggravii, una cum Sculteto noſtro, in Civitate Nurmberg judicio præſidebit, & quicquid emolumenti de ipſo judicio, vel per homicidium, vel quemcunque caſum alium provenerit, idem Officialis duas partes ejusdem victus per ſe tollet.* Siquidem, generalitas verborum, & ſpeciatim vox *homicidium*, voces item, *vel quemcunque caſum alium provenerit*, omnino oſtendunt, Cæſarem Friderico duas tertias,non tantum civilium,ſed & criminalium judiciorum, atque ſic ſupremæ & omnimodæ jurisdictionis, in feudum conceſſiſſe. Collatum præterea in Burggrafium Fridericum ab Imperatore jus, ut ei *quæque fabrica in Nurnberg ſolvat unum ſolidum annuatim.* Nec minus bona pars ædium civitatis ei vectigalis reddita eſt,per verba: *cenſumq; tollet ab omnibus areis ab altera parte pontis.* Tum & per illud: *& de quolibet tempore meſſis, unum meſſorem*, ſervitus iisdem fuit impoſita.

Poſt Rudolphi Cæſaris Inveſtituram, crevit indies Burggrafiorum Noribergenſium in Imperio Romano autoritas, ac *Fridericus II. Burggrafius*, vixit in conjugio cum Margareta Carinthiæ Duciſſa; tantaque

ejus fuit potentia, ut ſcribatur, inter omnes Principes, qui ſteterunt ex partibus Ludovici Imperatoris contra Fridericum Auſtriacum, virtute & autoritate ipſum antecelluiſſe, atque ipſius virtute & auxiliis, captum eſſe Fridericum Auſtriacum. Hujus filii, *Burggrafius Johannes*, & *Burggrafius Albertus*, Eliſabetham, & Sophiam, utramque ab Hennebergicis prognatam, habuere in conjugio.

Ex intervallo haud adeo magno, hoc eſt Anno 1363. *Carolus IV. Cæſar* Burggrafios Noribergenſes in Sacri Romani Imperii *Principum dignitatem* evexit, Aurea Bulla promulgata, cujus verborum conceptio ſequitur:

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Feliciter, Amen.

Carolus IIII. Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boëmiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis rationabilium fide dignorum teſtimonio, dudum informata ſit noſtra Serenitas, qualiter Spectabiles Nurmbergenſes Burggravii, ab antiquo tempore, Nobilitate ſua, Illuſtribus Principibus parificati ſint, & fuerint, & adhuc in omnibus & ſingulis Nobilitate Principum potiantur: quia tamen nonnulli Prædeceſſores eorum, hujusmodi libertates & honores in aliqua parte ſic neglexiſſe noſcuntur, & eos proſequuti non ſint tali diligentia, quod in hominum communi permanerent notitia, ſicut dignitas & honor officii Burggraviatus hujusmodi merito requirebat: Quapropter attendentes, quod Burggraviatus Nurmbergenſis, Sacri Imperii nobile membrum exiſtit, ad hoc intentio noſtra ratione ſuadente dirigitur, quod iidem Burggravii, heredes & ſucceſſores eorum, penes hujusmodi honores, gratias, & dignitates, adjutorio Imperialis clementiæ rite permaneant in futurum. Et ob hoc animo deliberato, Principum, Comitum, Baronum & Procerum Sacri Imperii accedente conſilio, de certa ſcientia, & de Imperialis poteſtatis plenitudine, ſententiamus, declaramus, & dicimus: Quod Spectabilis Fridericus Burggravius Nurmbergenſis, heredes, & ſucceſſores ſui Burggravii Nurmbergenſes, in perpetuum Illuſtrium Principum Sacri Romani Imperii juribus, dignitatibus, libertatibus & honoribus gaudere & potiri debeant, in Judiciis, & in omnibus aliis cauſis & negotiis, quæcunq; ſint, aut quibus valeant ſpecialibus nominibus appellari. Et nominatim, quod poteſtatem habeant, cum Imperii Sacri Principibus, adinvenire, diffinire, & dare juris ſententias, ſuper omnibus cauſis & negotiis, ſive corpus, ſive res conſpiciant vel honorem, & hoc in Imperiali Curia, vel alibi ubicunq; continget Principes præſidere judiciis, vel loco Scabinorum. Quodq; ipſi Illuſtrium Principum jure potiantur, & gaudeant, ſi ad actus duelli appellati vel provocati fuerint, ſeu ipſimet alios, ad actus

conſi-

conſimiles duellariter provocarent, qui Illuſtrium Principum dignitate vel honore quomodolibet potirentur. Sententiamus, declaramus, & dicimus etiam, quod præfatorum Burggrafiorum Nurmbergenſium hæredum & ſucceſſorum ſuorum homines, in perpetuum, puta milites, clientes, judices, cives & ruſtici, quilibet in ſuo ſtatu, omnibus juribus, gratiis, & prærogativis, frui & potiri debeant, in rebus, honore, bonis, & omnibus aliis cauſis & negotiis ſuis, quibus homines aliorum Illuſtrium Principum imperii potiuntur & gaudent, quemadmodum ipſi Principes, & homines eorum, hujusmodi libertates usq; ad hæc tempora continuaſſe noſcuntur, antiqua conſuetudine, vel de jure. Sententiamus, declaramus, & dicimus etiam, quod antedictorum Burggrafiorum Nurmbergenſ. hæredum, & ſucceſſorum ſuorum homines, in perpetuum, videlicet Milites, Clientes, Judices, Cives Ruſtici, & omnes ſervitores, ac ſubſides eorum, & omnia bona, & homines ipſorum, coram nullo alio judicio, niſi coram ipſis Burggraviis Nurmberg. & eorum Judicibus, citari poſſint, aut valeant, neque obligati ſint alibi comparere aut reſpondere cuiquam de objectis. Si vero adverſus præſens noſtræ declarationis Edictum, ad aliqua aliena judicia citarentur, ex tunc decernimus, ipſam citationem, ſententias, & omnia inde ſequentia, carere viribus, & nullius eſſe roboris aut momenti. Nolentes etiam, ex hoc dictis Burggraviis, hæredibus, & ſucceſſoribus eorum in perpetuum, nec non hominibus ipſorum, conjunctim vel diviſim, aliquod præjudicium generari, niſi forſitan actores coram antedictis ipſorum judiciis notorie juſtitiam conſequi non valerent, tunc, & in eo caſu, licebit ipſis actoribus ad Imperialem provocare Curiam, & ibi querela depoſita recipere quod eſt juris. Conſiderantes etiam, & in noſtræ mentis acie ſolicite revolventes, grata, fidelia, & dudum continuata ſervitia, quæ nobis & Sacro Imperio præfati Burggravii Norimbergenſ. progenitores & prædeceſſores eorum, hactenus feciſſe noſcuntur, & facere debebunt & poterunt præſtantius in futurum, ipſis hæredibus & ſucceſſoribus eorum in perpetuum, de ſpeciali gratia, ac de certa noſtra ſcientia, conceſſimus, contulimus, concedimus, conferimus, in verum ac perpetuum feudum, omnes auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, ſtanni, ac omnium minerarum montana & fodinas, quæ in ipſorum terris & dominiis inventæ ſunt hactenus ſeu repertæ fuerint in futurum, conditione tali, quod ipſi omnes fructus eosdem, in utilitatem & commodum ſuum proprium convertere & applicare poſſint & debeant, juxta ſuæ beneplacitum voluntatis, quodque ipſi hæredes & ſucceſſores eorum in perpetuum, eadem montana, mineras, & omnia ab eis dependentia, ſicut ad noſtram Majeſtatem, & Sacrum Imperium pertinuiſſe noſcuntur, cum omnibus juribus & utilitatibus in verum & perpetuum feudum, omni tempore habere, & poſſidere debeant, impedimento quolibet procul moto. Si que nos, vel Prædeceſſores noſtri Divi Romani Imperatores, vel Reges, aliquibus forte Principibus, Comitibus, Baronibus liberis, Miniſtralibus, Militibus, Clientibus, Civitatibus, Oppidis, Monaſteriis,

riis, ſeu quibuslibet aliis, aliquas tales gratias, jura, & libertates dediſſemus hactenus, ſeu daremus in poſterum, quibus antedicti Burggravii Nurmbergenſes, hæredes & ſucceſſores eorum, nec non ipſorum dominia & judicia provincialia in Nurmberg, debilitata forent aut læſa, in aliquo lædi vel debilitari poſſent in poſterum, decernimus, quod eadem donatio, ſeu donationes, adverſus præſentis noſtræ declarationis indultum, nullam vim habeant, ſeu poſſint habere aliqualiter in futurum. Revocantes, donationes hujusmodi, de Imperialis poteſtatis plenitudine, ſi, & in quantum præfatis Burggraviis, hæredibus & ſucceſſoribus eorum, cenſentur aliquod præjudicium generare: non obſtantibus legibus & ſtatutis Imperialibus publicis, communibus, municipialibus, ſeu privatis, nec non uſibus, ordinationibus, & obſervantiis quibuscunque, ſcriptis, vel non ſcriptis, & ſpecialiter ac expreſſe non obſtante lege Imperiali, ſeu ſtatuto, quam, vel quod, pridem in Civitate noſtra Meten. de conſilio Principum fecimus, & conſcribi atque ſigillari mandavimus, videlicet, quod nulli liceat montanorum vel mineræ prorſus habere dominium, niſi duntaxat Principibus Electoribus, ſicut ejusdem legis ac ſtatuti conditio plenius declaravit, & non obſtantibus quibusve conſuetudinibus, quibuscunque modis introductæ noſcantur, decernentes, quod hæc omnia, & eorum quodlibet, non debeant antedictis Burggraviis, in præfatis ipſorum dominiis, privilegiis, libertatibus, gratiis, & in omnibus, quæ expreſſata ſunt ſuperius, aliquem errorem inducere, ſeu damnum, impedimentum, aut præjudicium generare; ſupplentes etiam omnem defectum, ſi quis in præſentibus noſtris literis, defectu, vel obſcuritate verborum, aut ſententiarum, aut ſolennitatis omiſſæ, vel quovis alio modo, repertus fuerit, de Imperialis plenitudine poteſtatis. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ diffinitionis, declarationis, decreti, inhibitionis, & defectuum ſuppletionis paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire, ſub pœna mille marcarum auri puriſſimi, quam ab eis, qui contrafecerint, toties, quoties contrafactum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus: & ejus medietatem noſtri Imperialis ærarii, ſive fiſci, reſiduam vero partem, injuriam paſſorum uſibus, decernimus applicandam. Qua pœna ſoluta, vel non ſemper noſtræ intentionis exiſtit, quod præfatæ libertates, privilegia, literæ, & gratiæ, ſub omnibus modis, ac de verbo, ad verbum, prout expreſſantur ſuperius, absq; impedimento quolibet, in ſuo robore perſeverent. Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli IIII. Rom. Imp. invictiſſimi, & glorioſiſſ. Boëmiæ Regis.

In hac Bulla, principio illud notandum venit, quod aſſeritur, *Nurmbergenſes Burggravios ab antiquo tempore, Nobilitate ſua, Illuſtribus Principibus parificatos eſſe & fuiſſe.* Habuere igitur Burggrafii, ante Caroli IV. ætatem, omnes præeminentias, & jura, quibus alii in Imperio Principes gaudebant, & per conſequens, non minus ac

isti,

ſſi, mero & mixto imperio, omnibusque Regalibus gaudebant. Majoris momenti ſunt verba: *Quapropter attendentes, quod Burggraviatus Nurmbergenſis, Sacri Imperii nobile membrum exiſtit.* Fuit ergo Burggrafiatus Noribergenſis, æque ac alii Principatus, membrum & Principatus Romani Imperii, ac proinde territorium cum ſubditis hab..it annexum. Ex verbis: *Illuſtrium Principum Sacri Romani Imperii juribus, dignitatibus, libertatib' & bonoribus gaudere & potiri debeant, in judiciis, & in omnib' aliis cauſis & negotiis, quæcunq; ſint, aut quibus valeant ſpecialibus nominibus appellari:* conſequens eſt, Burggrafios creatos eſſe Principes Imperii, quodque non minus ac alii Imperii Principes, facultate polleant, in Burggrafiatu ſuo, totaque Noribergenſi provincia, omnimodam jurisdictionem, merumque & mixtum Imperium, omniaque Regalia exercendi. Cumque *Militum, Clientum, Judicum, Civium, Ruſticorum*, fiat mentio, utiq; neceſſe eſt, tales Burggrafiis ſubjecti fuerint: &, cum iis *concedantur & conferantur in verum ac perpetuum feudum, omnes auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, ſtanni, ac omnium minerarum montana & fodinæ, quæ in ipſorum terris & dominiis inventæ ſunt hactenus, ſeu repertæ fuerint in futurum*: ex neceſſitate infertur, Burggrafios, terris, dominiis, ac latifundiis, circa Vrbem Noribergenſem fuiſſe inſtructos. Denique verba: *ſique nos vel prædeceſſores noſtri Divi Romani Imperatores vel Reges, aliquibus forte Principibus, Comitibus, Baronibus liberis, Miniſtralibus Militibus, Clientibus, Civitatib', Oppidis, Monaſteriis, ſeu quibuslibet aliis, aliquas tales gratias, jura & libertates dediſſemus hactenus, ſeu daremus in poſterum, quibus antedicti Burggravii Nurmbergenſes, hæredes & ſucceſſores eorum, nec nō ipſorum dominia, & Judicia Provincialia in Nurmberg debilitata forent, aut læſa, in aliquo lædi vel debilitari poſſent in poſterū, decernimus, quod eadem donatio, ſeu donationes, adverſus præſentis noſtræ declarationis indultum nullam vim babeant, ſeu poſſint babere aliqualiter in futurum:* cum aliis quæ ſequuntur, id operantur, ut ſi maxime Senatus Noribergenſis, aliqua privilegia, Carolinis donationibus & conceſſionibus adverſa, ab aliis Imperatoribus ullo unquam tempore impetraverit, ea tamen omnia, irrita, caſſa, & nulla eſſe debeant.

Extant porro *Ruperti* Imperatoris literæ Inveſtituræ, An. 1401. Schongaviæ, in gratiam *Johannis* & *Friderici* fratrum Burggraviorum promulgatæ, in quibus, præter cætera, talia ſatur: Und haben darumb ihnen beyden / und jr jeglichen beſonder / mit wolbedachten Muthe / rechten Wiſſen / und Rathe / unſer und des Reichs Fürſten und Getreuen / verleyhen jnen auch in Kraft diß Brieſes / und Römiſcher Königlicher Macht Volkommenheit / alle und jedliche jr Fürſtenthumb / Herꝛſchafft / Land / und Leut / Landgericht / Clöſter / Teutſche-Häuſer / Wildpån / und Zoll / als jre Altfordern und ſie bishero ingehabt / beſeſſen und herbracht haben / die von uns / und dem H. Reich zu Lehen rüren / was wir jnen von Rechtswegen daran leihen ſollen und mögen / ohne Gefehrde. Alſo daß ſie und jr jeglicher / di ſelbe jre Fürſtenthumm / Herꝛſchafft / Land und Leute / Landgericht / Clöſter / Teutſche-Häuſer / Wildpån und Zolle / innhaben / beſitzen / und der gebrauchen und genieſen ſollen und mögen / mit allen und jeglichen jren Freyheiten / Fellen / Nutzen / Rechten / und Zugehörungen / als jr Altfordern und ſie bishero inngehabt / beſeſſen / und der genoſſen haben. In his, de *Principatu*, einen Fürſtenthum / inveſtiuntur Burggravii; unde ſua ſponte fluit, Burggrafiatum Principatus nomine venire, & quidem Principatus, qui territorium, ſubditos, Judicium Provinciale, venandi jus, telonia, & alia Regalia habebat conjuncta; nec enim tum Burggravios alio Principatu gaviſos eſſe, inter omnes conſtat.

Sequuta deinde eſt A. 1427. die Veneris poſt Feſtum S. Johannis Baptiſtæ, in ſolſtitio, celebris & famoſiſſima *Venditio*, qua *Fridericus*, Elector Brandenburgicus & Burggravius Noribergenſis, cum conſenſu eorum, quorum intererat, Senatui Populoque Noribergenſi vendidit Burgum ſive Caſtrum, quod in Vrbe Noriberga habebat, & ſylvas quoque, quibus Vrbs illa cingitur, gemino ob eam rem confecto inſtrumento. Quorum id, quod ad Burgum attinet, ſic inter alia concipitur: Daß wir mit freyen wolbedachten Muth und gutem Rath / unſer treffenlichen Råthe / und lieben Getreuen / und ſonderlich darum / daß wir mit dem mindern / gröſſern unſern / und der Herꝛſchafft Schaden fürkommen / und unterſtünden / den Erſamen und Weiſen / unſern beſondern lieben / den Burgern des Raths und der Stadt gemeiniglich zu Nürnberg / und allen jren Nachkommen / zu Urthat / und zu einen ſteten immerewigen Kauf / ſchlechtiglich und durchrechtiglich verkauft / und zu kauffen geben haben / verkauffen / und geben zu kauffen / mit Krafft dieſes Brieſs / für ledig / und für unbekümmert / und für Lehen / unſer Burg ob der Stadt Nürnberg / mit Thürnen / allen Gemeuren und Bäuen / und Hofraitten / und mit jrem Begriſ / innwendig und auswendig / gen der Stadt Nürmberg ꝛc. Doch in dieſem Kauf nehmen wir aus / und behalten uns / unſerer Herꝛſchafft / unſern Erben und Nachkommen des Burggrafthumbs /

thumbs/ unſere Lehen / geiſtlich und weltlich / des Landgerichts / des Burggrafthumbs zu Nürmberg / unſern Wildpan / unſere Glait / auswendig der Stadt Nürmberg/und andere unſers Burggrafthumbs Herzligkeit / Recht und Güter / die unſere Vordern/und wir/jnen/ in dieſem / und andern Brieſen/und Keuffen/nicht verkauft und übergeben haben/ꝛc.

Inſtrumentum, quo ſylvarum venditio facta, habet præter cætera: Daß wir —— verkauft und zu kauffen gegeben haben / verkauffen und geben zu kauffen/mit Kraft dieſes Briefs/für ledig / und für unbekümert / und für Lehen/ alle unſere Recht / an und auf den Wald bey Nürmberg / auf dem Land und der Seiten St. Sebalds Pfarꝛ gelegen ꝛc. Wir geben jnen auch alſo zu kauffen alle unſere Recht/an und auf den Nürnberger Wald/ and der Seiten S. Lorentzen Pfarꝛ / wie das alles und jedliches auch genennt iſt / und Namen gehaben mag / das zu denſelben Wald und Gütern auch gehört/nichts ausgenommen/noch hindangeſetzt/an beiden Wälden und in allen vorgeſchriebenen Dingen/dann allein unſere Wildban/Lehen / und Glaite/und unſchädlich der Rechten/unſer Leut und Güter/umb und an beiden vorgeſchriebenen Wälden/ꝛc.

Volunt Noribergenſes ex iſtis inſtrumentis exſculpere, hac venditione, cum Burgenſis Caſtri, cum & Sylvæ utriusq; dominiũ in ſeſe translatum fuiſſe, cum omni jurisdictione, meroq; & mixto imperio annexis. Verum nequicquam, & fruſtra operam impendunt. De jurisdictione enim omnimoda, & mero mixtoque imperio, altum in literis contractus ſilentium, & nec vola nec veſtigium horum in iis apparet. At, clari & indubitati juris eſt, quod quoad hoc, ut intelligi poſſit, quid in contractum aliquem deductum ſit, diligenter inſpicienda ſint verba ipſius contractus, neque a tenore contractus recedere, vel extra illum verba extendere oporteat, ſed, omiſſum verbis, haberi pro omiſſo, nec debere nos cantare, quod inſtrumentum non cantat, *Bald. c. per venerabilem col. pen. ext. de electioн.* cum aliis ſexcentis. Nec valet, ſi dicant Adverſarii, ſub verbis generalibus, Regalia, & merum mixtumque imperium comprehendi. Etenim, per communem Regulam, ea, quæ notabilia ſunt, ut Regalia, & merum imperium, non comprehenduntur ſub generalitate, ſed neglecta videntur, niſi fuerint ſpecifice expreſſa: *ex l. item apud Labeonem §. ait. Prætor ff. de injuriis.* Imo, wann Fürſten Güter verkauffen / ſo verkauffen ſie allein den Nutz / retenta ſuperioritate, und werden nit leichtlich Kaufbrief zu finden ſeyn/ da die Lands-Fürſtliche und Fräiſliche Obrigkeit in ſpecie ausgezogen/ſondern es findet ſich ſelbſt / daß es nicht mit verkauft / es wäre dann ausdrücklich geſetzt / mit Gerichten oberſt und niderſt/wie ſie pflegen. Quin, ne nulla cavillandi ſuppetat occaſio, facit clauſula inſerta inſtrumento venditionis Burgi, qua expreſſe cau-

cum, ſalva manere & integra Burggrafiis omnia Regalia & jura, quæ nominatim non fuere conceſſa: Und andere Unſers Burggrafthums Herꝛligkeit/ Recht/ und Güter/ die unſere Vordern und Wir/ Ihnen/ in dieſem und andern Brieffen/ und Käuffen/ nicht verkaufft und übergeben haben.

Haud diuturna fuit inter Sereniſſimos Marchiones Brandenburgicos, & Rempublicam Noribergenſem, poſt ſolemnem illam venditionem, concordia, & imprimis ob Provinciale Judicium controverſiæ enatæ ſunt, Marchionibus, ejus limites, ceu videbatur, producere, Noribergenſibus contra, eos coarctare volentibus. Cum multum vehementerque litigatum verbis, & interdum non ſine decretoriis armis certatum eſſet, *Albertus Saxoniæ Dux*, miſſo *Dieterico ab Harras* Equite, Conſiliario ſuo, conciliator pacis interceſſit, atque ab illo proxeneta, poſt diligentem cauſæ cognitionem, rebus omnibus diſcuſſis & perſpectis, tandem A. 1496. laudum, quod ſequitur, fuit pronunciatum:

Ich Dieterich von Harras Ritter/ Amptmann zu Weiſſenſee/ bekenn mit dieſem Briefe/ daß ich aus Befelch/ und an ſtatt des Durchleuchtigen/ Hochgebornen/ Fürſten und Herꝛn/ Herꝛn Albrechts/ Hertzogen zu Sachſſen/ Landgraven in Thuringen/ und Marggraven zu Meiſſen/ meines gnedigen Herꝛn/ zwiſchen den Durchleuchtigen/ Hochgebornen/ Fürſten und Herꝛn/ Herꝛn Fridrichen/ Marggraven zu Brandenburg/ zu Stetin/ Pommern/ der Caſſuben und Wenden Hertzogen/ Burggraven zu Nürnberg/ und Fürſten zu Rügen/ meinen gnedigen Herꝛn/ eines/ und den Fürſichtigen/ Erbarn/ und Weiſen Burgermeiſtern und Rath der Stadt Nürmberg/ von Iren und gemeiner Stadt Nürmberg wegen/ anders Theils/ in den hernachgeſchriebenen Irꝛungen und Gebrechen/ viel Fleiß/ Mühe/ und Arbeit bey beyden Theilen fürgewendt/ und es doch/ aus verleihen des Allmächtigen dahin gebracht/ daß bede obgenandte Partheyen/ ſich ſolcher nachvolgender beſtimmter Irꝛung und Gebrechen/ dem obgenanten meinem gnedigen Herꝛn Hertzog Albrecht zu Ehrn und Gefallen/ durch mich/ mit Ir beider Theil gutem Willen und Wiſſen/ bethaidingen haben laſſen/ die ich auch alſo/ wie hernach volgt/ bethaidingt hab. Nemlich/ daß der obgenandt mein genediger Herꝛ Marggraf Fridrich/ ſeiner Genaden Erben/ und Nachkommen/ und Ire Landrichter des Kaiſerlichen Landgerichts des Burggrafthumbs zu Nürnberg/ der je zu Zeiten iſt/ und ſein würd/ mit demſelben Landgericht/ von einicher Sach wegen/ über Leut oder Gut/ nit richten ſollen/ in der Stadt Nürmberg/ ſo weit die ietzo mit der Stadtmaur/ und Gräben verfangen iſt. Was aber die Stadt Nürmberg/ ire Burger und Inwohner auſſerhalb gemelter Stadt Nürmberg/ wie die mit der Stadtmauer und Graben jetzo umbfangen iſt/ im Landgericht ligend haben/ es ſey Goſtenhof/ Wehrd/ oder anders/ wie das Namen hat/ und was ſie hinfüro im Landgericht ligend gewinnen/

ſo zu denſelben Gütern/Erben/Aigen/Gründen/Böden/Stegen/Wegen/Triben/und Trätten/Rainen/Marckſteinen/Holtzmarcken/Waſſerflüſſen/und Dienſtbarkeiten/denſelben anhengig/ſervitutes reales genannt/auch umb ſolcher Güter Entwerung oder Einweg/des Beſeß/und ſo in kraſt erblicher Gerechtigkeit und erblich Anfell geklagt würde/mögen mein gnediger Herr der Marggraf/ſeiner Gnaden Erben und Nachkommen/und Ire Landrichter/dem gemelten Kayſerlichen Landgericht richten und volfaren. Doch ob ainich Gut/vor zweyen oder mehr Landrichtern fürgenommen würd/daß dan dem Armen oder Inhaber deſſelbigen Guts/die Hülffe des Rechtens vorbehalten ſeyn ſoll. Aber ſonſt um perſönliche Sprüch/ſollen ihr Genad und die Landrichter vermeltes Landgerichts/über die Hinterſeßen/und arme Leut hinter gemeiner Stadt Nürnberg/ihrer Burger und Inwohner/Geiſtliche und Weltliche/und den Pfleger der Stifftung und Almuſen/auch hinder den zweyen Clöſtern Gründlach und Pillenreut/desgleichen hinder den Prieſtern/nemlich zu S. Johanns/zum H. Creutz/und zu S. Lienhard/auſſerhalb der Stadt Nürnberg wohnend/darein gehörig/in gemeldtem Landgericht geſeſſen/nicht richten/und ob in ſolchen Fellen der gemeldten einer oder mehr fürgefordert/und ſich abzuweiſen begeren würde/den ſoll der Landrichter nach Gerichts Forme abweiſen/und ferner nicht procediren oder fortfahren.

Item/daß auch der obgenandt mein gnediger Herr Marggraf Friderich/ſeiner Gnaden Erben und Nachkomen/das obgenañte Landgericht zu Nürnberg/in der Stadt zu Werde darbey gelegen/auch zum Goſtenhof/ſo offt das ihme ebnet/halten und haben mögen/und daß auch der Rath zu Nürnberg/zu gleicher Zeit/zwen ihrer Rahtsfreund zum Landgericht/es werd in der Stadt/oder den obgemelten/oder andern Enden gehalten/ſchicken ſollen/das hülffen zu beſetzen/und Urthel zu ſprechen/alles/wie von Alter iſt herkommen/daß auch Irer Gnaden Landſchreiber/der je zu Zeiten iſt/oder ſein würde/und die vier Landgerichts-Botten/des gemelten Landgerichts/ir frey Weſen und Wonung in der Stadt Nürmberg halten/und haben mögen/auch wie von Alter herkommen iſt; doch ſollen ſie aus jren Häuſern/Wein/und Beß/das in dem Ungelt begriffen iſt/nit geben; ob auch jr einer oder mehr Gaſtung hett/in demſelben ſolt es mit jnen/als andern Burgern gehalten werden/ungefehrlich.

Es ſoll auch dieſer Vertrag/in dem ſo hieriñ nicht begriffen/verfaſt oder gemeſſiget iſt/meinem gnedigen Herrn/dem Marggrafen/ſein Erben und Nachkommen/an ihren Fürſtlichen Oberkeiten/Herrligkeiten/Wildpannen/Zöllen/Glaiten/Freyheiten/Verträgen/und Gerechtigkeiten/auch der Stadt Nürmberg/und den ihren/an ihren Herrligkeiten/Obrigkeiten/Freyheiten/Verträgen und Rechten/unvergreiflichen/und unſchädlich ſeyn. Geben und

und geſchehen zu Onoltzbach / an der heiligen drey Kö ig Tage / nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt / im 1496. Jare.

Nemo non ex laudo hoc agnoſcit, ante illud prolatum, Vrbem Noribergenſem, cum circumjecta provincia, omnibusque incolis & bonis eorundem, ſub Judicii Provincialis, quod Marchiones Brandenburgici tanquam Burggrafii exercent, fuiſſe jurisdictione; per illud vero laudum, Vrbem cum Civibus, & eorum bonis, quatenus mœnibus cinguntur, ab eo judicio liberationem quidem accepiſſe, ſed manſiſſe illi ſubjectos incolas univerſos totius diſtrictus, ad foſſas usque urbis, cum omnibus facultatibus. Ecce, dieſer Vertrag zeiget öffentlich / daß / um ſelbige Zeit / die Stadt Nürnberg / mit Leuten und Gütern / in und auſſerhalb der Stadt / im Burggrafthum gelegen / und deſſelbigen Landgericht unterworffen geweſen / und iſt aber in demſelben Vertrag nicht mehr geändert / dann daß die Leut und Güter in der Stadt Nürnberg / innerhalb der Maur und Gräben gelegen / und geſeſſen / ins Landgericht nicht gehören ſollen. Was aber betrifft die Güter des Raths oder Bürger zu Nürnberg / die mit der Stadtmaur und Graben nit umfangen / wie das Nahmen haben mag / auch in der Vorſtadt zu Nürnberg / bleiben drinnen / es ſeyen res corporales, oder jura incorporalia, die ſollen vorm Landgericht erörtert werden: und ſtehet darzu einem Burggrafen frey / Kraft des Vertrags / das Landgericht in der Stadt Nürnberg zu halten / und ſollen darzu der Rath zwen Rathsfreunde allweg zum Landgericht ſchicken / dazu mögen des Burggrafen Landſchreiber / Landgerichtsposten in Nürnberg wohnen.

Nihil hoc laudo obſtante, recruduit mox malè conſolidatum vulnus, atque *Fridericus* Marchio, exiſtimans, Noribergenſes ejus juribus detrimentum inferre, querelam hanc A. 1506. ad *Socios Fœderis Svevici* detulit, accuſationem inſtituens; quod Senatus Noribergenſis, malefici hominis in fruſta diſſecti membra; in locis nimis ab Vrbe remotis ſuſpendiſſet: quod foſſas aliquas munimentis inſtructas paraſſet: quodque per portam Lauffenſem, & eam, quæ vulgo Frauen-Thor appellatur, conductum præſtare audeat. Rogabat igitur, ut damnarentur Noribergenſes, ad evertendos cippos, æquandas foſſas, diruenda munimenta, & ne quem porro per portas prædictas conducant: aut, ſi hoc impetrari nequeat, ut, ex lege fœderis, Socii ſibi ſuppetias ferant, ad jus ſuum tuendum: Der Herr Marggraf hat einen Rath von Nürnberg einer ernſtlichen Weiſe beklagt in dreyen Stucken. Nemlich / und zum Erſten von Aufrichtung wegen etlicher Stöck / daran der Rath eines Ubelthäters Stücke hencken laſſen: Zum andern / von wegen Auswerffung etlicher Gräben / und Verſchranckung derſelben / und darzu Aufrichtung daran geſetzter Plochwerck: Und zum dritten / daß ein Erbar Rath / ſich von neuen Dingen unterſte-

Reichs/mit allen Worten und Wercken die darzu gehören / und als es allerbeſte Krafft und Macht haben ſoll und mag/für uns und unſer Herꝛſchafft/alle unſere Erben und Nachkommen / gegen ihnen und alle ihren Nachkommen/ läuterlich und gäntzlichen abgetretten ſeyn / verziehen und aufgeben haben / tretten abe / verzeihen und geben auf mit Krafft diß Briefs. Was wir auch Brief und Urkunde/von Kayſern/von Königen/von Churfürſten oder jemand anders jetzund haben/die inſonderheit über die ehegeſchriebene Burg / Stück und Güter/und Rechte ſtehen/dieſelbē ſollen und wöllen wir ihn ohn Verziehen/zu ihren Händen antworten und geben. Würden aber ſolche Briefe icht verhalten / oder hinnach immer fürbracht / und auch was wir Briefe haben/darinn andere unſere Güter/die wir ihn nicht verkaufft haben / auch begriffen wären / ſolche Briefe den obgenandten Burgern / und der Stadt zu Nürmberg / und allen ihren Nachkommen / umb ihr gekauffte Güter und Rechte fürbaß zu Nutz ſtehen / in aller Mas und Rechten / als ſie unſere Vordern und uns bißher zu Nutz geſtanden ſeyn / daß wir / unſer Erben noch Nachkommen / noch jemand anders / ihn damit keinen Schaden thun / noch zuziehen ſollen/mögen noch wöllen/in keine Weiſe. Darzu ſollen und wöllen wir vorgenannte Marggrafe Friderich/Eliſabeth ſein Gemahel/ Marggraf Johanns/Barbara ſein Gemahel / Marggraf Friderich /und Marggrafe Albrecht Gebrüdere/und alle unſer Erben und Nachkommen/der ehgenannten Burger des Raths und der Stadt zu Nürmberg/ und aller ihrer Nachkommen/rechte gute Währer ſeyn / und ihn die ehegeſchriebene Burgſtücke und Güter/alle und jegliche/mit ihrem Begriffe / und mit ſampt allen ihren Ehren/Freyheiten/Privilegien/Rennten/Nutzen/Fällen/ Stewren / Dienſten/Zugehörungen/Gewonheiten und Rechten/als vor begriffen iſt/fertigen / als ſolcher Lehen und Güter Recht iſt / mit ſolcher Beſcheidenheit / ob ihnen an ihn allen gemeinglich/oder an einem Stuck/oder mehr/beſonder icht Jrrung und rechtliche Einſprüche geſchehen/von Geiſtlichen oder Weltlichen Leuten oder Gerichten/das ſollen und wöllen wir/unſere Erben und Nachkomen/ihn auch mit Recht vertretten/fertigen/verſprechen/und richtig machen/als ſolcher Lehen und Güter recht iſt / gäntzlich ohn ihr Schäden. Wo wir aber das nicht theten / was ſie das dann koſtet oder Schäden genommen hätten / oder nemen / und zu Schäden kommen wären / oder kämen / die redlich / kundlich / und ungefehrlich weren / oder würden / dieſelben Schäden ſollen wir ihnen darzu ausrichten und ablegen. Und darumb / daß ihn alle und jegliche vorgeſchriebene Ding/redlich/gefertig/gehalten und vollführt werden / ſo haben wir ihn zu uns / unſern Erben und Nachkommen / zu rechten Bürgen geſetzt/ die hernach geſchrieben ſtehen ꝛc.

Nacti multo ante erant Noribergenſes, poſſeſſionem, aut præfecturam, ipſius Arcis Imperialis : & quidem jam *Henricus VII.* Imperator Pi-

ſis

ſis Anno 1313. edito diplomate, diſpoſuerat de Arce illa, ſive Caſtro: *Caſtrum vero, & turris in medio ejus ſita, a civitate Nurenbergenſi in tantum alienari non debent, quin Caſtellanus ſeu poſſeſſor eorum, ipſe civibus cautionem faciat, quod decedente Imperatore, vel Rege Romano, ipſum Caſtrum, & turris prædicta, ad gubernandum ea, usque ad futuri Regis creationem devolvatur ad eos.* Ergo haud unquam ſeparari debuit Caſtrum ab Vrbe, ac in Interregno, cum Rectore deſtitueretur Imperium Germanicum, non penes Caſtellanum, ſive Præfectum ordinarium, ſed penes Noribergenſes erat Caſtri cuſtodia. Conſtat, aliquando graviter tuliſſe poſtremum hoc privilegium Burggrafios: atque Anno 1362. apud Electores, cæterosq; Principes, quos ad componendas inter eos & Noribergenſes lites, Carolus IV. aſſignaverat, etiam de hac re, inter alias, querela inſtituta. Nam, ut eſt in Actis illius judicationis: Auch klagte der Burggrave/ unter andern Klagen / Er were des Reichs Burggrafe / und hieſſe davon ein Burggraf von Nürmberg / daß er des Reichs Burg ob Nürmberg ſolt einnehmen/wan ein Kayſer abgieng/und ſolt der pflegen / und auch inne haben/ biß an ein künfftiges Reich. Sed hac quidem cauſa cecidit Burggrafius, ac ſequitur in Actis: Das verantworteten die Burger von Nürmberg alſo: Die Burg und die Stadt zu Nürmberg gehört zu einander/und weren des Reichs / und hett auch die Stadt das alſo herbracht von Alter / und hett auch des gut Urkund/alſo/wer des Reichs Pfleger wer auf der Burg/ der ſolt den Burgern ſolche Sicherheit thun/wan ein Reich abgieng / daß der Pfleger die Burg einantworten ſolt den Burgern/ und die ſolten ſie dann innhalten/ biß an ein künfftiges Reich / und ſie weiſten auch deſſelben der Stadt Urkund/ von Kayſern und Königen / von Kayſer Heinrich / Kayſer Ludwig / und von Kayſer Carl / und do hett der Burggrafe keinen Brief über dieſelbe Burg. Und alſo theilten die Fürſten alle / daß die Briefe / die die Stadt hette/ Krafft ſolten haben / und daß ſie auch darbey bleiben ſolten. Et vero, non in Interregno tantum, ſed penitus & usquequaque tutelam Arcis jure perpetuo Noribergenſibus ſe conceſſiſſe, profitetur *Carolus IV.* in diplomate Pragæ Anno 1358. promulgato: *Caſtrum etiam* Brunn *nuncupatum, & in dictis ſylvis* (prope Nurmberg) *ſitum, & quod ad Nos & Imperium ſpectat & pertinet, præ dictis Civibus Nurenbergenſibus committimus, omni eo modo ac intentione, & cum omnibus juribus, ſic ut nos Caſtrum noſtrum & Turrim ſupra Nuremberg ſitam ipſis duximus committendam, ut ſit ipſis Civibus cum eiſdem parendum & intendendum.* Ait, ſe Caſtrum Noribergenſe Civibus commiſiſſe, *cum omnibus juribus*, hoc eſt, conceſſum fuit vel præcipue cum mero & mixto in Sylvas imperio, quo Sculterus & Præfectus provinciæ ante gaviſi erant, & in quorum munera Noribergenſes ſucceſſere. Quoties enim Caſtrum alicui Civitati

conce-

conceditur a ſupremo Principe, omnis jurisdictio, merum & mixtum imperium, quod ibi habuit Princeps, conceſſum intelligitur Civitati, ita *Bart. & Bald. in l. 1. ff. de off. præfect. urbi. Idem Bart. Alex. & DD. in l. 3. de acquir. poſſeſs. Jaſon. in l. fin. num. 9. de Conſtit. Principum. Matth. de Afflict. poſt Bald. in tit. de cap. qui curiam vend. Pariſius conſ. 8. volum. 1, Abb. conſ. 64. num. 87. Didacus in practicis queſtio cap. 1.* Sed & quando poſſeſſio talis Caſtri eſt apprehenſa, ſimul etiam quaſi poſſeſſio jurisdictionis, & meri imperii, quæ ipſi active & formaliter cohæret, ſtatim eſt acquiſita, etiamſi nullus adhuc caſus delicti contingat, in quo exercitio meri imperii ſit opus, *Alexand. poſt Bart. in d. l. 3. num. 22. ubi Socin. in fine de acquir. poſſeſſ. Bald. l. 2. C. de ſervit. & aqua.*

Quemadmodum alia in venditionibus jura ſibi reſervarunt Sereniſſimi Brandenburgici Marchiones, nec ad ea vendenda animum induxere ſuum, ita imprimis JUDICIUM PROVINCIALE retinendum expreſſis verbis cenſebant, illiusque jurisdictio, etſi neglecta interdum, vindicata tamen poſtliminio, etiamnum, cum ad Noribergenſe territorium, in actionibus realibus, ac prout in Harraſenſi Transactione vocantur, Häblichen Sprüchen, tum ad vicinas late provincias, Sveviam puta, Bavariam, Franconiam, quamvis non integras, ſed particulatim, ſeſe extendere perhibetur. Cæterum de hoc notandú, olim hujus Judicii longe aliam, quam qualis nunc eſſe deprehenditur, fuiſſe rationem. Scilicet, *Henricus VII.* Imperator, in ſæpe allegato diplomate, Piſis Anno 1313. edito, præceperat: *Nemo ſententiam in Judicio Provinciali promulget, niſi milites, vel honeſti cives jurati dictæ civitatis Noribergenſ. exiſtant.* Qui cum vero ſequuti ſunt Imperatores, cives populumque Noribergenſes, univerſos & ſingulos, prorſus ab hoc judicio exemerunt, nec enim temere fides habenda Burggrafiorum Advocatis, jactantibus, ante Harraſenſem transactionem, ipſam Noribergenſem Civitatem, Provinciali Judicio fuiſſe ſubjectam. Quin potius, Es haben die Römiſche Kayſer/die Stadt Nürnberg/ihre Leut/und Güter auf dem Land/ von dem Landgericht eximirt und befreyet/ und den Landrichtern bey harter Peen und Straff gebotten und verbotten/ daß ſie die Burger von Nürnberg/ auch ihre Unterſeſſen/ Leut und Güter/ beſonder/ oder miteinander/ vor das Landgericht/nicht haiſchen/ laden/ oder fürbitten ſollen. Vocamus in teſtimonium Caroli IV. Reſcriptum, Romæ Anno 1355. promulgatum:

Wir Carl von Gottes Gnaden/ Röm. Kaiſer/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/und König zu Böhaim/bekennen und thun kund öffentlich/ mit dieſem Brief/allen den/die ihn ſehen/oder hören leſen: daß wir angeſehen haben/ den getreuen und willigen Dienſt/den unſere liebe Getreuen die Burger vom

Rathe/

Rathe/und die Gemeine der Stadt zu Nürmberg/einer ſeligen Gedächtnuß unſern Vorfahren/Kayſern/ und Königen von Rome / und bey Namen etwan Kayſer Heinrichen ſeligen/unſern lieben eltern Vater/und dem Reiche/ auch uns oft / mit groſen ſondern Fleiß/williglichen / und unverdroſſenlichen gethan haben/und noch thun ſollen und mögen/und darum wöllen wir ſie bedencken / als das wol zimlichen iſt / mit ſonderlichen unſern Kayſerlichen Gnaden auf die Rede/ als wir ſie ſtete und getreu jetzund funden haben/ daß wir ſie deſter bereiter/zu unſern und des Reichs Dienſt machen / und ſie deſter baß zu Dienſt geraitzt werden / wann ſie an uns und dem Reiche groſſe Gnaden empfinden / wann ſie gefreyet ſeyn / und ihn Gnade geſchehen iſt von unſern Vorfahren/einer ſeligen Gedechtnuß/Kayſern und Königen / daß man weder ſie/ihre Hübner/noch ihr Gut /umb werntliche Sache/nindert beklagen ſoll / dan vor ihrem Schulthaiſſen der Stadt zu Nürmberg / den ſie haben/von unſern und des Reichs wegen/ und in dieſelben Gnade / Freyheit / und Recht/ wider ihrer Briefe ſage und laut/oft überfahrē ſeyn/ und bekrencket an mancher ſtat / und ſonderlichen von den Vitzdomen / Amptleuten/und Richtern/ in dem Hertzogthum zu Bairn. Deß haben wir angeſehen ihren Gebrechen/und wöllen ſie behalten bey Freyheiten und Gnaden / als wir von ihren wegen gebetten worden/ in S. Peters Münſter zu Rome/ unter der hohen Meſſe / an der ſtat/ da wir erſt zu Kayſer gekrönet waren. Deß gebieten wir veſtiglichen/bey unſern und des Reichs Hulden/allen Biſchoffen / Fürſten/Herren / Vitzdomen / Amptleuten und Richtern / wie die genandt ſeyn/daß ſie die Vorgenandten/unſer Burger / ihre Hübner/und ihr Gut / vor ihn nicht laſſen beklagen / und nit Urthil über ſie laſſen ſprechen / und alle ihre Kläger weiſen / an den ehegenandten ihren Schulthaiſſen / Recht von ihm zu thun und zu nehmen / und umb werntliche Sachen/welcherley die ſeyn / keine ausgenommen. Und welcher Fürſt/Herr/Vitzdom/Amptman/oder Richter/wider diß gegenwertig unſer Kayſerlich Gebot in das überführ/und Urtheil über ſie ihr Leut/und ihr Gut/ lieſſe vor ihm ſprechen / oder ſie beklagt wurden / dieſelben Urtheil und Kläge/ſollen den vorgenandten unſern Burgern / ihren Hübnern / und ihren Gut nicht ſchaden und ſollen nicht Kräfften haben/und darüber ſol der Richter / der dieſelben Urtheil gethan / geſtatten / und die Schöpffen / die darüber Urtheil ſprechen/und auch der darklaget / ihr jedweder verfallen ſeyn zwaintzig Pfund Golds/ der halb Theil in unſer Kayſerlich Kammer / und das ander halb Theil dem ſein Gut/ und ſein Hübner / alſo beklagt und verurtheilt werden. Und als wir den obgenanten unſern Burgern/die obgeſchriebene Gnade/vormals unter unſern Königlichen Nahmen und Inſigel gethan haben / alſo beſtettigen wir ihnen dieſelben Gnaden / und verneuen von unſer Kayſerlichen Macht/mit rechten Wiſſen. Mit Urkund diß Briefs/ verſigelt mit un-

ſer Kay-

ſer Kayſerlichen Majeſt. Gülden Bulle/ der geben iſt zu Rome / nach Chriſti Geburth dreyzehenhundert Jare / und darnach in dem fünff und funffzigſten Jare/ an dem heiligen Oſtertage / als wir zu Kayſer gekrönet worden / unſer Reiche in dem neundten Jare /und des Kayſerthumbs in dem erſten.

Renunciarunt tamen poſtea, amicabili transactione, Noribergenſes, juri ſuo; & ſibi ſubditis, maxima ex parte, coram judicio Provinciali jus dici paſſi ſunt, Vrbem ſuam, cum quibusdam ſubjectis, ab ejus jurisdictione excipientes. Talis enim A. 1391. inita conventio:

Wir Friderich der Eltere/ Johannes / und Friderich der Jünger / alle von GOttes Gnaden / Burggrafen zu Nürmberg / bekennen öffentlich mit dieſem Briefe/ allen den/ die ihn ſehen / oder hören leſen / daß wir uns für uns ſelber / alle unſere Erben und Nachkommen / gütlich und freundlich geeinet und berichtet haben / mit den Erſamen und Weiſen / den Burgern des Raths / und den Burgern der Gemein / gemeiniglichen der Stadt zu Nürmberg/ in aller Mas und Weiſe/als hernach begriffen iſt/und von Worten zu Worten geſchrieben ſtehet/um alle Zuſprüche / Articul/ Klag und Forderung/die wir denſelben Burgern und Stadt zugeſprochen haben / von des hohen neuen Thurns wegen/den ſie auf das alte Thurnſtück/bey unſer Veſten zu Nürnberg/gemaurt und gebaut haben. Darnach/ als wir ihnen auch zugeſprochen haben / und unſer Meinung iſt geweſt / daß die vorgenandten Burger/etlich Theil ihrer Stadtmauer / Thürn/ Gräben und Schütt/ auf und durch das unſer/ oder der unſern/es ſey Eigen/Lehen/oder Erb/gelegt und gebaut ſollen habē/jenſeit/und hie diſſeit der Pegnitz. Auch als wir ihnen zugeſprochen haben/ von des Dorfs wegen zu Sittenbach bey Herſpruck gelegen/ daß ſie uns und die unſern daſelbſten verbrennt/angegriffen und beſchedigt ſollen haben/ in dem erſten Krieg/darinn ſie unſer Feind nicht waren/ darumb ſie uns geantwort haben / daß ſie unſer darinn nicht weſten zu ſchonen / wan die Vogtey darüber der Herrn von Bayrn wäre/als ſie verſtanden hätten. Als wir ihnen auch zugeſprochen haben / daß ſie etzliche Höfe / Häuſer / Städel/ Fiſchgruben / Hofraidt / Aecker / Gärten / Wieſen/und andere Güter/ in ihre Vorſtatt beidenthalben der Pegnitz gezogen / und mit ihrer Maur eingefangen ſollen haben/als wir meinten. Darnach als wir ihnen zugeſprochen haben / von des Thors wegen / gen Werdt hinaus / daß ſie vermaurt haben/ die vorgenannten Zuſprüch/um die vorgenandten Stück alle/ſollen fürbas ewiglichen gäntzlich und gar todt / ab /und berichtet ſeyn / alſo/ daß/wir alle unſer Erben und Nachkommen / den vorgenandten Burgern der Stadt / und der Gemain gemeinglichen zu Nürmberg / allen ihren Erben und Nachkommen/darumb keinerley Zuſpruch / Klag noch Forderung immermehr gethun / gewinnen noch haben ſollen / mit Geiſtlichen oder Weltlichen Rechten / oder ohn Recht/in kein Weis/ ohn Gefehrde. Wan ſie auch die vorgeſchriebenen

Grä-

Gräben füllen/oder weiter machē/und auswerffen wöllen/würde das uns/oder unſer arme Leut/indert rühren/darumb ſollen ſie uns noch den unſern / nichten ſchuldig ſeyn. Wer auch in den vorgenandten Häuſern und Hofraiten/ die in der Mauren begriffen ſeyn/als vorgeſchriebē ſtehet / jetzund ſitzet / oder wohnet / oder fürbaß in künfftigen Zeiten ſitzen oder wohnen würde/ der ſoll und bedarf in unſer Gericht / auf unſer Burg zu Nürmberg/und gen Wehrde nicht gehören/ mit keinen Sachen/ ſondern bey ihren Stadtgericht ewiglichen bleiben/ ꝛc.

At vero, *Wenceslaus*, deinde Noribergenſes in integrum reſtituit, nec voluit, ut illorum ſubditi amplius coram Judicio Provinciali comparerent, in hanc ſententiam reſcriptum edens:

Wir Wentzlaw von Gottes Gnaden/Römiſcher König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / und König zu Beheim/entbieten Hympelen von Meyenthal/Landrichter/und dem die mit ihm an den Landgericht zu Nürmberg ſitzen / unſern lieben Getreuen / unſer Gnade / und alles gut. Lieben Getreuen/uns iſt fürkommen/wie ihr unſer Burger von Nürmberg / unſer und des Reichs lieben Getreuen/ihr Unterſeſſen und Unterthanen/und ihr Leut und Güter / für euch und das Landgericht zu Nürmberg ladet / und fürtreibet/ wider ſolch ihr Freyheit / Recht / und Gnaden / die ſie von unſern Vorfaren an dem Reiche/Röm. Kayſern und Königen herbracht haben und gefreyet ſeyn/als ſie deß gut Brief haben/das uns zumal unbillig dünckt. Davon ſo iſt unſer ernſte Meinung/und gebieten euch auch ernſtlichen und feſtiglichen/bey unſern und des Reichs Hulden / daß ihr fürbas mehr dieſelben unſer Burger von Nürmberg/ihr Unterſeſſen/Leut/uñ Güter/beſonder/oder mitteinander/für euer Landgericht nicht heiſchet/ladet/oder fürtreibet/ſondern bey ihren Rechten/Freyheiten/und Gnaden/nach laut ihrer Briefe / die ſie darüber haben/geruhlichen / und ungehindert bleiben laſſet. Wann wo ihr des/wider ſolch unſer Gebot/fürbas übertrettet/und überjührt/ ſo haben wir dem Edlen Bortzwogita von Schwynartz / Landvogt zu Schwaben und zu Elsas/ unſern Rath und lieben Getreuen/befohlen/und ernſtlich gebott en daß er von euch ſolche Peen und Buß/die in ihren Freyheit-Briefen begriffen ſind / ohn Unterlaß / von unſern und des Reichs wegen / nehmen und einbringen ſolle/ und auch die ehegenandten unſer Burger von Nürmberg / bey ſolchen ihren Rechten und Freyheiten ernſtlich und geruhlich behalten/ als billig iſt. Geben zu Bettlern an S. Steffans Tag/unſer Reich des Beheimiſchen in dem dreiſſigſten/und des Römiſchen in dem drey und viertzigſten Jaren.

Repetiit eandem conſtitutionem *Sigismundus* Cæſar, talia profeſſus:

Wir Sigmund von Gottes Gnaden/Röm. König/zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/und zu Hungern/zu Beheim/Dalmatien/Croatien ꝛc König/

 bekenn

bekennen/und thun kund offenbar / mit dieſem Brief / allen den die ihn ſehen/ oder hören leſen/daß wir angeſehen haben/die getreue/willige/und ſtete Dienſt/ die unſere und des Reichs liebe Getreuen / die Burger des Raths / und der Stadt zu Nürnberg/ Durchleuchtenden Römiſchen Kayſern und Königen ſeliger Gedechtnus / und bey Nahmen/etwan Kayſer Hainrich / und Kayſer Carln / unſern lieben Urähne und Vatter/ und andern unſern Vorfaren an dem Reiche/ und auch uns oft/mit ſonderlichen groſen Fleiß /unverdroſſenlich gethan haben/täglichen thun/und fürbas thun ſollen und mögen/und darumb ſo wollen wir ſie bedencken/ als das wol zimblich iſt / mit ſonderlichen unſern Gnaden / auf daß / als wir ſie ſtet und getreu gefunden haben / daß wir ſie deſter williger machen / und ſie auch zu unſern und des Reichs Dienſt / deſter baß gereitzt werden / ſo ſie an uns uñ dem Reich gröſſer Gnade empfinden. Und wann ſie nun gefreyet ſeyn / und ihnen Gnade geſchehen iſt/ von den vorgenandten und andern unſern Vorfahren / Römiſchen Kayſern und Königen/daß man weder ſie/ ihre Hübner / ihre Leut / noch ihr Gut/um werntliche Sache und Sprüche / nindert beklagen ſoll / dan vor ihrem Schulthaiſſen der Stadt zu Nürmberg / den ſie haben / von unſern und des Reichs wegē/nach der Schöpffen Urtheil daſelbſt/und ihn dieſelb Gnade/ Freyheit und Recht / wider ihrer Brief Laut und Sag / oft überfahren und bekrenckt ſeyn / und nemlich von dem Landgericht des Burggrafthumbs zu Nürmberg; das haben wir angeſehen ihren Gebrechen/ und wöllen ſie behalten bey Freyheiten und Gnaden. Und darumb gebieten wir veſtiglich/bey unſern und des Reichs Hulden/ allen und jedlichen Fürſten/ Geiſtlichen und Werntlichen/Grafen/Freyen/ Herren / Landrichtern / Richtern/Urtheilern/Amptleuten/und allen andern unſern und des Reichs Getreuen/und Unterthanen/und mit Nahmē allen und jedlichen gegenwertigen und künfftigen Landrichtern und Urtheilern des vorgenandten Landgerichts des Burggrafthums zu Nürmberg/daß ſie die obgenandten unſer Burger zu Nürnberg/ihre Hübner/ihre Leut/noch ihr Gut / vor ihn nit laſſen beklagen/und auch nit Urtheil über ſie ſprechē/ſondern alle ihre Kläger weiſen an den ehegenandten ihren Schulthaiſſen/Recht vor ihm/nach der Schöpffen Urtheil daſelbſt zu thun / und zu nehmen / umb werntlich Sachen und Sprüche welcherley die ſeyn/ keine ausgenommen/ als ſie denn das gefreyet ſeyn / und als ferr dem Klagern recht geſtattet würde. Und welcher Fürſt/ Graf/Frey/Herr/Landrichter/Richter/Urtheiler/Amptleut/ oder ander/ und auch ob die Landrichter oder Urtheiler des vorgenandten Burggrafthums Landgerichts / wider der obgenannten unſerer Vorfahren/ Kayſerliche und Künigliche / auch unſer Gebot/ ihn das überführe / und Urtheil über ſie/ihre Leut oder ihr Gut / ließ vor ihm ſprechen / oder beklagt werden / oder ſelbſt Urtheil ſpreche/dieſelben Urtheil und Klag/ſollen den vorgenandten von

Nürm-

Nürnberg/ihren Hübnern/ ihren Leuten/ und ihren Gütern nicht ſchaden/ und ſollen auch nicht Krafft haben/ und darzu der Richter/der ſolcher Urtheil gerat geſtatten/ und alle und jedliche die darüber Urtheil ſprechen/ und auch der oder die Kläger/ ihr jedweder verfallen ſeyn funfftzig Marck löttigs Golds/ das halb Theil unſer Königlichen Kammer/ und das ander halb Theil/dem oder den/ die dieſelb/ oder ihre Leut alſo geklagt oder verurtheilt werden/unläßlich zu bezahlen. Mit Urkund diß Briefs/ verſigelt mit unſer Königlichen Majeſtät Inſigel/ geben zu Feldkirchen/ nach Chriſtus Geburt vierzehenhundert Jar/und darnach im ein und dreiſſigſten Jare/am Sontag nach S. Mauritien Tag/ unſer Reiche des Hungeriſchen im fünf und viertzigſten/ des Römiſchen im zwey und zwaintzigſten/ und des Böhmiſchen im zwölfften Jaren.

Seculo toto interjecto,ſequuta eſt *Harraſenſis Transactio*, qua,circa Provinciale Judicium,nihil aliud actum fuit, quam ut quod quondam de exemtione ab eo Vrbis Noribergenſis, diſtrictus vero addictione,placuerat,haud reluctantibus Noribergenſibus ,in uſum revocaretur. Eſt igitur Judicii Provincialis in Noribergenſes ſuburbanos ſubditos, quoad Actiones Reales,der Häblichen Sprüche/ (Perſonales enim, quin & Criminales cauſas excipere oportet) fundata jurisdictio, ita tamen, ut cum illo,Ruſticorum Judicium quod ex antiquo Noribergæ inſtituitur, concurrat,& alterutrius electionem facere liberum ſit. Ex jurisdictione autem Provincialis Judicii, ad ſuperioritatem territorialem non valet collectio,cum nemo ignoret, Provinciale Judicium ad ſimplicem tantum contentioſam jurisdictionem pertinere, nec exerceri, niſi ad petitionem partium, minime vero merum imperium involvere. Es ſind an allen Orthen im Reich/Kayſerliche Landgericht/ ohne beſondere darzu gehörige hohe Obrigkeit und Landsfürſtenthum/ wie auch hinwieder unzehlich viel Fürſtenthum/ohn alle Landgericht/ daß alſo kein rechtmäſſiger titulus einer ſtrittigen hohen Obrigkeit/vom Landgericht hergenommen werden kan. Atque,ceu dictum,in aperto & propatulo eſt,Sereniſſimorum Marchionum Brandenburgicorum Provinciale Judicium, ad multa Franconiæ,Bavariæ,& Sveviæ loca pertinere, ad quæ tamen merum illorum imperium haudquaquam pertingere, ne ipſi quidem eunt inficias, facitque ad Noribergenſium decus, & vindicias ſecundum libertatem tuendas,quod ipſi,quoties id celebratur, duos Aſſeſſores, juri dicando,ad judicii locum ablegant.

Non habent ergo Burggrafiorum Advocati ſatis cauſæ, ut tantopere jactent Harraſenſem Transactionem, idque tanto minus iis faciendum, quia in hæc verba cautiſſime definit: Es ſoll auch dieſer Vertrag —— der Stadt Nürnberg/ und den ihren/ an ihren Herzlichkeiten/ Obrig-

Obrigkeiten/ Freyheiten / Verträgen und Rechten / unvergreiffenlichen und unſchädlichen ſeyn.

Sed nec efferre ſe debent SENTENTIA FOEDERIS SVEVICI, qua Noribergenſes juſſi, membra trunca malefici hominis, in quæ is ſectus fuerat, in remotioribus ab Vrbe locis, & viis regiis ſuſpenſa, inde auferre, munitiones, foſſasque nove excitatas demoliri & contrahere, approbante pronunciatum Maximiliano I. Cæſare. Nimirum ſententia illa, ſine figura judicii, non edita actione, nullo propoſito libello, nec facta litis conteſtatione emiſſa, vim tantum habet ſummarii & momentanei interdicti, quod pro tempore ordinatum fuerat, tuendæ publicæ pacis cauſa, & nec in petitorio, nec in poſſeſſorio ullum partibus parit præjudicium. Neq; diſſimulavit Maximilianus Imperator, rerum & temporum conditione ſic poſtulante, ſe tantisper rata habere, quæ a Sociis Svevici fœderis decreta fuerant, quin & ſimul indemnitati jurium & privilegiorum Noribergenſis Vrbis (quod idem & Socii Fœderis Svevici in formula ſententiæ fecerant) abundanter & copioſe cavit. Recitabimus propria Maximiliani ad Noribergenſes perſcripta verba:

Und wiewol ihr euch von ſolchem Abſchied / als beſchwert / an uns / oder unſer Königlich Cammergericht berufft und uns um Inhibition und Annehmung/auch zu Volnführung derſelben Beruffung dehmütiglichen angeruffen und gebetten/ſo haben wir doch erwogen/wo ſolch Abſchied nicht volnzogen/daß weiter Aufruhr/Unwillen und Empörung im H. Reich erwachſen / und uns an andern unſern Fürnehmen verhindern würde/ und aus denſelben / und andern mercklichen Urſachen / uns dazu bewegende/ ſolche Beruffung dieſer Zeit nit annehmen mögen / und empfehlen euch bey den Pflichten/damit ihr uns und dem H. Reich verwandt ſeyd / von Römiſcher Königlicher Macht/ernſtlich mit dieſem Briefe / gebieten und wöllen/ daß ihr unangeſehen der berührten euer Beruffung / dieweil die von uns nicht angenommen iſt/dem gemeldten Abſchied Volnziehung thut / die Stöck und Plockhäuſer niederlegt / die Gräben einziehet / ungefehrlich / wie ſolches vormals auch auf unſern Befelch geſchehen iſt; das alles ſoll euch / und gemeiner Stadt/an eurer Gewehre/ Beſitzung / Gebräuch / Recht und Gerechtigkeiten/unvergriffen und unſchädlich ſeyn / und hierinn nicht anderſt handelt/noch ungehorſam erſcheinet ꝛc.

Adde, quod ſententia Fœderis Svevici, tantum novum opus, quod Noribergenſes exſtruxerant, atque ſic non niſi unicum actum reſpicit. At, per hoc nunquam inferre licet, quod renunciatum vel præjudicatum ſit aliis actibus meri imperii ejusdem gradus, vel etiam aliorum. Non enim potuit pronunciatio facere in aliquo alio præjudicium, niſi quoad pronunciata, ſicut nec ſententia lata ſuper parte, nocet in alia,

alia, in qua non eſt litigatum, nec extenditur de loco ad locum. Vnde nec intermiſere hactenus Noribergenſes, tum in locis ſuper quibus lis mota, tum in aliis territorii ſui univerſi, quoscunque exercere actus meri imperii.

Diverſiſſimæ, à Svévici fœderis ſententia, rationis, illa eſt, quam Imperii Supremum *Camerale Judicium*, Anno 1583. die 18. Septembris adverſus Noribergenſes enunciavit. Hæc enim jugulum, ſi ita loqui licet, non petere tantum, ſed & premere, illorumque Jura Summa auferre, multa enervare privilegia, & plura tribuere Accuſatoribus Marchionibus Burggrafiis videbatur, quam vel voto auſi fuiſſent optare. Quamobrem fieri aliter non potuit, duro nodo, durus quærendus erat cuneus, &, quod ſalva autoritate Cameralis Judicii, ſalva reverentia erga Brandenburgicos Marchiones, ſalva juſtitia ac pietate licebat, more, quod bene vortat, inſtitutisque majorum, ab omnibus, qui ſe Cameræ decretis læſos ſerio perſuaſi ſunt, in medio expoſitum REVISIONIS BENEFICIUM, tanquam ad ſacram anchoram confugiendum eſſe duxerunt, apud *Optimos Maximosque Imperii Reviſores*, adverſus Cameralem ſententiam, tali proteſtationis (ſed quæ effectum ſuum nondum conſequuta eſt, & litem adhuc pendere facit,) interpoſita formula:

Der Römiſchen Kayſerlichen Majeſt. unſers allergnedigſten Herrn / Commiſſarien / auch Churfürſten / Fürſten und Stände des Heiligen Reichs / zu gegenwärtiger Viſitation verordnete / und ſubdelegirte Räthe / und Reviſores:

HOchgeborne / Ehrwürdige / Edle / Hochgelehrte / und Ehrenveſte / gnedig und günſtige Herren : Ein Erbar Rath der Stadt Nürnberg ſtellet in kein Zweifel / es hab männiglich im Heiligen Reich bißher mit der That erfahren / daß er ſich an unpartheyiſchen gleichmeſſigen Rechten / jederzeit willig und gern benügen und ſättigen laſſen. So kan derſelb auch mit Grund der Warheit wol melden / daß er die heilige Juſtitiam, als das höchſt und beſt Clainot das GOtt der HErr / Landen und Leuten / zu ihrer langwürigen Erhaltung / geben kan / je / und allwegen / billig und aufs äuſſerſt geliebt / auch von derſelbenwegen des Kayſ. Cammergerichts Reputation und Anſehen / in gebürlicher Obſervantz und Achtung gehalten / dermaſſen / daß E. G. Herrligkeit und Gunſten gründlich glauben / und es dafür gentzlich achten ſollen / wann es umb ein geringes / oder zum wenigſten / umb etwas trägliches zu thun geweſen / daß ein Erbar Rath / ehe gemeiner Stadt Schaden gedult / und ſtillſchweigend verſchmertzt / weder das remedium Reviſionis gebraucht haben wolte.

wolte. Dieweil aber ein Erbar Rath / zuvorderſt dem Heiligen Reich / und der Kayſ. Majeſt. ihr bey dieſer Sach walteiid und mitverwandt groß intereſſe, und gemeiner Stadt Nürmberg / von Oberkeit / und derſelben befohlenen Vertrauens wegen / ihre uhralte Freyheiten / Gerechtigkeiten und Inhaben zu erhalten hoch verpflicht iſt / und dieſer Urſachen wir auch Verantwortung und Entſchuldigung halber, gegen gemeiner Burgerſchafft / und der künfftigen Poſteritet / nicht umgehen können / vermittelſt gegenwertiger / im Recht und Reichs-Ordnungen erlaubter Reviſion, die Weg zu ſuchen / gemeiner Stadt der unträglichen und verderblichen Beſchwerten abzuhelffen / welche derſelben / durch das am Kayſerlichen Cammergericht / den 18. September verſchienen 85. Jahrs / in der ſtrittigen Frais-Sach / wider ſie eröffent Urtheil / wider die Billigkeit / und allen Fug / ſemper ſalvo honore Judicum, aufgelegt werden wollen: So verhofft ein Erbar Rath E. G. H. und G. auch einiger Stand des Reichs / werd ihne mit nichten verdencken / daß er bemelte Reviſion, als das einig beneficium an die Hand genommen / und zu nehmen gezwungen worden iſt: dadurch er verhofft / ein beſſer Recht zu erlangen / und ſampt dem H. Reich / gemeine Stadt bey den jenigen zu erhalten / das ſie dem Reich / und der Stadt zu guten / ob zweyhundert Jahren / von Römiſchen Kayſern und Königen gehabt / und mit ruhiger längſt-præſcribirten poſſesſion hergebracht haben. ꝛc.

Dieweil man dann aus obſtehenden allem / mit der Zeit / gewißlich der Stadt Verderben / in præjudicium des Reichs und Römiſchen Kayſer / zu ſuchen unterſtehen / und ſolches ins Werck zu richten nit unterlaſſen / wo angeregte irrige Urtheil nicht wieder retractirt würden / ein Erbar Rath aber / gegen ihrer Commun und Burgerſchafft / und der nachkommenden Poſteritet / ſo wenig als gegen den H. Reich nicht verantworten könte / wan ſie bey einer ſo gerechten billigen Sach / die ordentliche / im Reich hierzu angeſtellte Mittel / nicht an die Hand nehmen / und ſich denſelben / in Anſtellung dieſer Reviſion nit gebrauchen ſolten: So iſt ein Erbar Rath / der getröſten Hoffnung und Zuverſicht / die Herren Kayſ. Commiſſarii, und des H. Reichs hierzu verordnete Stände / und derſelben ſubdelegirte Räthe / werden zu Gemüth / und tieffen Bedencken führen / was dem gantzen H. Reich / bevorab bey dieſen laidigen / und beſchwerlichen / und geſchwinden Zeiten und Leufften / dabey man ohn das allerhand einbrechende gemeine Beſchwerden / täglich je länger je mehr / mit hauffen erfehrt / an dem gelegen ſey / daß die geliebte Juſtitia bey dieſem höchſten Gericht / (als das einig Band / welches die Glieder und Ständ beyeinander noch erhalten kan) nicht geſchwecht / noch als ob dieſelbe viel mehr / ſecundum dignitatem perſonarum, als qualitatem & merita cauſarum, diſtribuiret würde / bey den Ständen in einig Mißtrauen geſtellt / ſondern von ſolchem Mißtrauen / und alſo auch a contemtu, darein ſie ſonſt

noth-

nothwendiglich geſtellt würde/wieder vendicirt werde. Welches beſchehen kan und wird / wan E. G. H. und G. in deren Gewalt und Macht für diß mal geſtelt iſt/das Recht zu befürdern / und das Unrecht abzuſchaffen / die merckliche errores, nullitates & iniquitates, die ſich bey angeregten irrigen Urtheil befinden/wieder zu Recht zu bringen/und den Ständen im Reich öffentlich erſcheinen laſſen werden/ ob gleich etwo aus überſehen / oder andern Gebrechen/ein Stand mit Urtheil des Cammergerichts übereilet/ beſchwert/ und an ſeinen Rechten verkürtzt würde/daß man ſich doch bey den Ständen / welchen jederzeit die Reviſion der Ordnung Gemäs / gebühren wird / der Wiederholung beſſern Rechtens zu getröſten haben möge. Gantz unterthänig/dienſtlich und fleiſſig bittend / wie man in Euer G. H. und G. diß Orths gutes Vertrauen der juſtitien halber ſetzt / alſo wollen und werden ſie auch/ das jenig/was bey angeregten Urtheil überſehen/und verſtoſſen worden in ieder zu verbeſſern geneigt/und dadurch der vielgeliebten juſtitien ihren cultum, Ehr/und billige dignität wieder zu aſſeriren/und zu erſetzen bedacht ſeyn/ auch daſſelbig mit einem ſolchen rühmlichen Eiffer ins Werck richten / damit ſich nicht allein gemeine Stadt Nürnberg / adminiſtrirter guter juſtitien halben/gegen E. G. H. und G. mit Unterthenigkeit und Dienſtwilligkeit fleiſſig zu bedancken / und zu beloben/ ſondern daß die Stände des Reichs ſich deſſen ſelbſt auch in gemein zu erfreuen haben.

Atque ſic Syndici quoque Noribergenſis, ut poteram , defunctus ſum officio , ejusque jam peracta eſt fabula ; quem nunc , qui procul a negotiis forenſibus , non divinis tantum magis , ſed & magis humanis ſtudiis invigilo , & ideo palam beatus, æque ac Brandenburgicum Advocatum , longum valere jubeo. De Noriberga ſcribendi, muneris ratio , quo Jus Publicum in Academia docendi provincia mihi demandata eſt, liquido neceſſitatem impoſuit, aliqua de vetuſta, & utinam non æviterna, controverſia , quæ cum Sereniſſimis Marchionibus Brandenburgicis Civitati Noribergenſi intercedit , quæque ad Jus Publicum unice pertinet, modeſte per compendium differendi, & utriusque litis Patronorum cauſam , coram æquo Lectore, qui talium ignarus eſt, perorandi. Hoc, ut gratiam apud illum initurus præſtarem, ærumnabili labore opus fuit, & ſexcenti amplius forenſes libelli, articulati omnes, perlegendi ac excerpendi , quæque miſcella & confuſanea ex illis mihi notaveram , rurſus ſtrictim in ordinem digerenda erant.

De cætero, erga Sereniſſimos Brandenburgicos Marchiones humilem obſervantiam, erga Patriam fidem amoremque, quod me decet, profeſſus, libellam ſuſtineo, nec ullum alterutrorum actioni velim creare præjudicium.

Quippe,

NON OPIS EST NOSTRÆ TANTAS COMPONERE LITES
SED VOTIS PRECIBVSQVE PIIS EXPOSCERE PACEM.

AD-

ADDENDA.

Pag. 8. *Norlbergam nominaverit.*) Eſt & aliud elegans Anagramma, quo literæ, verborum CIVITAS NVREMBERGENSIS, commutantur in voces: NESCIS? VRBIUM REGINA EST.

Pag. 16. *murmure reſonante ſuſcipitur*] Meretur quoque Johannis Claji, Poëtæ Clariſſimi, Prati Hallerii vernaculo carmine deſcriptio, ut ex Poëmate, quod dem Geburtstag des Friedens inſcripſit, adducatur, imprimis quia nobis confirmat, litibus & contentionibus ſemper vacare beatum hunc locum, & prohibere propitia ſidera, ne ſæva Erinnys unquam in eum pedem inferat. Quo cœleſti privilegio, utinam integra Norlbergenſis Civitas, multæ apud nos regiones, & adeo Germania univerſa gauderent!

Da/wo der Pegnitz-Fluß ſich aus der Stadt ergeuſſt/
Und auf die Regnitz hin in ſchlancken Schilffen fleuſſt/
Ligt ein bebäumter Plan/ ein Plan der hoch geprieſen/
Den man von Alters her benamt die Haller-Wieſen/
Des Länge ſich erſtreckt auf die fünfhundert Schritt/
Den manche Bulerin und mancher Buler tritt/
Wan jetzt der Weſtwind bult. Da ſich die Bäume wipfeln/
Und immer einer will den andern übergipfeln;
Der flüſſige Cryſtall aus dreyen Brunnen quillt/
Und wie das Regennaß aus Röhren röhrend trillt/
In runden Kieſel-Stein; indeß die Vöglein ſchleiffen
Den kunſtgeſürten Ton/ als hienge voller Pfeiffen
Das dicke Schattenzelt. Hier wohnet Sommerszeit/
Deß unbeſorgten Volcks Luſt und Ergetzlichkeit.
Hier ſiehet man zur Luſt die jungen Kinder ſpringen/
Dort zur Ergetzlichkeit/ Boßkugeln/ Kegel bringen
Zu dem und jenen Spiel. Kein Menſch hier Freude ſtört/
Man hat von keinem Zanck ſein Lebetag gehört
Auf dieſem Wieſen-Plan.

Pag. 19. 134. Perſonen] Vir Nobiliſſimus, *Conradus Baumgartner*, ex duabus uxoribus, *Kreſſia*, & *Zehneria*, ſuperſtes vidit ex ſe natos liberos 21. nepotes 77. pronepotes 37. quorum ſumma facit 135. Sic anno 1598. demortuus *Johannes im Hof*, ex *Margareta Neudungin*, & *Vrſula* *Lemb-*

Lemblin 21. liberos ſuſcepit. *Maria, Job. Jacobi Muffelii* uxor, nata *Geuderia*, 13. liberos, 40. vidit nepotes.

Pag. 60. *uſpiam gentium*] Quæ proſa oratione diximus, ſic ab Eobano Heſſo, in Idyllio de laudibus Vrbis Noricæ, quod Illuſtri Viro, *Hieronymo Baumgartnero*, ſacrum eſſe voluit, verſu fuere expreſſa;

Dii quales arces, Dii qualia mœnia vidi,
Qualibus urbanas extructas molibus ædes,
Qualia marmoreis ſurgentia tecta columnis,
Marmore, quale ſolet producere Norica tellus,
Arcibus æternis haudquaquam vile locandis.
Naturæ ingenio quodam, quo namque reciſum eſt
Tempore, molle fuit, facile & tractabile ferro.
Poſtquam auras tetigit ſuperas, mirabile dictu,
Dureſcit magis atque magis, roburque manendo
Concipit, & ſenio ſuperat durante juventam.
Pluraque non patrios in ſecula prorogat annos.
Hoc lapide aſſurgunt civilia tecta, per omnes
Æquatis certo regionibus ordine partes,
Supra privatos quam poſſis credere ſumptus
Sufficere, & tantas potuiſſe attollere moles,
Magnorum dicas æquare palatia Regum.

Pag. 75. *ampliſſimis reditibus*] Poſt librum noſtrum prope excuſum, Templum hoc, una cum adjuncto liberalium artium Gymnaſio, & bonæ mentis officina, Anno præſenti 1696. circa noctis, quæ VII. Julii diem conſequebatur, medium, derepente, incertum unde exorto incendio, totum conflagravit, flebili damno.

Pag. 89. Kloſter geben] In Chriſt. Adami Ruperti V. C. Oratore Hiſtorico p. 563. legitur, hujus Marquardi Mendelii corpus, in Carthuſiani a ſe conditi templi meditullio ſepultum eſſe, viſcera vero ejus Venetiis cuſtodiri. Quæ, quam ob cauſam, & quo modo illuc translata fuerint, equidem ignoro.

Pag. 116. geweſen iſt] Cultis magis verſibus idem ſic extulit Johannes Clajus, in Poëmate, jam modo allegato;

Ein jeglich Ding allhier durch Wachsthum muß geneſen/
Der Ochſe/den du ſihſt/iſt nie kein Kalb geweſen.

Pag. 175. *credere compellamur.*] Legitur adeo in Schulchan Aruch, ſive Corpore Juris Judaico, parte Orach Chajim, inter Hilchot Megilla, diſerte: מה שנהגו ללבוש פרצופין בפורים וגבר לובש שמלת אשה ואשה כלי גבר אין אסור בדבר מאחר שאין

שאין מכוונין אלא לשמחה בעלמא: i.e. *Quod more inter nos receptum eſt in Purim, larvas induere, & ut vir fœminæ amictum, fœmina viriles veſtes aſſumat, non id nefas eſſe reputare oportet, cum* (qui talia faciunt,) *nihil intendant, præterquam innoxii gaudii incitamenta.* Imo & Conſtitutiones Apoſtolicæ, antiquæ ſane, etſi S. Clementi Romano nequicquam tribuuntur, Chriſtianos Judæorum ſpectaculis ſcenicis intereſſe prohibent.

Pag. 180. *candidus imperti.*] Philippus Knipſchild in Voluminis de Jure Civitatum Imperialium lib. 1. c. 8. ita quidem rem enarrat, ut minoribus quam Grotius prematur difficultatibus, non tamen omnes effugiat. Hujus verba ſunt: *Hinc quoque olim, uno eodemque die, Noribergici, & Auguſtani, contraria ab Imperatore Sigismundo petierunt, & obtinuerunt: Auguſta, ne absque Tribunorum approbatione quid conſtitueret Senatus; Noriberga, ne Senatus decreta Tribunis impedire liceret.*

Pag. 201. M. D. X V I.] Celebratiſſimi Autoris hujus Epiſtolæ, γνήσιος, atque ſic ὁμώνυμος quoque Atnepos, & ipſe Conſiliarii Noribergenſis munus honorificum, publico commodo, quod bene ei & ad perennem gloriam vortat, gerens, omnigenaque eruditione (quæ Nobiliſſimæ Scheureliæ genti familiaris eſt,) excultum pectus habens, cum hujus Academiæ quondam adhuc civis eſſet, eleganti Diſſertatione, *de Judiciis Reipublicæ Noribergenſis* præclarum argumentum tractandum ſibi ſumſit. In ea, quæ ſubveniunt hac de re ab Atavo ſcriptis, illaque tum luce ſua colluſtrant, tum amplificatione adaugent etiam, jure quodam exigunt, ut excerpta, & in compendium redacta, vel ſero ac præpoſtere, a me afferantur in medium.

Principem inter cætera ſubordinata Vrbis Noribergenſis Judicia, locum, jure ſuo occupat, *Judicium Civitatis*, in exquiſitiori ſenſu ita dictum, ſive *Prætorium Vrbanum*, das Stadt-Gericht. Debet hoc natales ſuos, genuinis Hiſtoricis relationibus id atteſtantibus A. C. S. 1497. ejusque *Caput* eſt *Judex*, qui, quamvis voto conſultativo & deciſivo pariter deſtituatur, citationes tamen, cumprimis Edictales, ſuo nomine decernit, aliosque actus peragit, & poſt ſententiarum collectionem, ſecundum majora, ſententiam definitivam per Dicographum pronunciat. *De ſanguine quoque judicat*, vota Dnn. Scabinorum in judicio Criminali exquirit colligitque, ſententiam ex breviculo recitare jubet, ejusque executionem ſpiculatori mandat; quamvis hoc munus, non qua Judex hujus Dicaſterii, ſed qua *Judex Criminalis*, als Kayſerlicher Bann-Richter, peragat. Judici, ſive Prætori Vrbano, adjuncti ſunt *Aſſeſſores*, & *Scabini*. *Aſſeſſores*, tres vel quatuor, ex Magnif. Dnn. Con-

 ſiliario-

ſiliariorum Collegio conſtituuntur, quorum eſt conſulere, & jus indicare tantum, ſive, qui voto ſolum conſultativo gaudent, & ea explicant, quæ ſunt legum. *Scabini* olim octo erant: hodie, ordinarie XII. ex Patricio genere, ſolenni electionis poſt Paſchatos feſtum tempore, ab incluto Senatu Reipubl. leguntur & confirmantur, atque *duas Menſas*, ſive duo Auditoria conſtituunt. Hi votum deciſivum habent, & cum de ferenda ſententia quæſtio eſt, in certo Conclavi, una cum Aſſeſſoribus, omnes ſimul congregati, perlectis Actis, præviisque Relationibus & Correlationibus, ac cauſarum momentis probe perpenſis, tandem ſuo calculo lites dirimunt. Perſonis nobilioribus Dicaſterium hoc conſtituentibus, ſubordinati & adjuncti ſunt duo *Dicographi*, Gerichts-Schreiber/ eorumque *Amanuenſes*, des Stadt-Gerichts-Subſtituten/ itemque *Nuncii jurati*, die Fronbotten/ & alii. Cæterum, nequaquam hujus Dicaſterii fores omni tempore patent, ſed die Dominico & Sabbathi, aliisque feriis divinis, lites quieſcunt. Extra has ferias, regulariter *ſingulis hebdomadę diebus*, Judex, cæterique Aſſeſſores & Scabini conveniunt, cum hoc tamen diſcrimine: Lunæ, Mercurii, & Veneris diebus, & horis quidem antemeridianis, partes omnes publice audiunt, unde, *Dies publicæ Audientiæ in genere* vocari ſolent. Dicitur, *in genere*: cum per dictos dies, laudati Dnn. Aſſeſſores & Scabini, in duos Senatus diſpeſcantur, & ob id, ad duas Menſas diviſi ſedeant, Dicographo cuique Menſæ aſſignato. Quoad has Menſas, ſive Senatus, *Audientiæ in ſpecie* ſic dictæ, alternant & variant, ita, ut Audientia in ſpecialiori & ſtrictiori ſenſu, penes illam Menſam eſſe dicatur, ubi termini Proceſſuum obſervantur. v. g. Exceptiones, Replicæ &c. recipiuntur; in altera vero Menſa, ubi hæc Audientia illo die non eſt, cætera judicialia peraguntur, ut ſunt receptiones libellorum productiones inventariorum, conſtitutiones procuratorum &c. In publicis Audientiis, *duo ex Generoſ. Dnn. Coſs.* totius Senatus nomine, per integrum menſem lunarem, cuilibet Menſæ unus, *præſident*, queîs, menſe finito, alii bini ſuccedunt, & ſic deinceps. Expediuntur in hoc Judicio, Cauſæ Civiles omnes, ob quas Civis Civem, vel Peregrinus Civem, ut Reum, convenire vult, ſive illæ Reales fuerint, ſive Perſonales, quarum ſumma centum florenos excedit, & quæ ſpeciale forum in Vrbe non ſortiuntur. Inſuper, *controverſiæ ad pupillos attinentes*, certô modo hic ventilantur, quin & *cauſæ matrimoniales*, in hoc foro, tanquam competenti, tractantur: atque hoc poſtremo caſu, inſuper *Forum Matrimoniale*, das Stadt- und Ehe-Gericht vocari ſolet. *Modus procedendi in hoc Judicio ſit per articulos.* Primo, ex parte Actoris, mediante oblatione ad præſtationem *juramenti dandorum*, exhibetur *libellus articulatus*, per modum poſitionum, adjuncta ſummatim petitione, &

ne, & inſcribitur ut plurimum: *Articulirtes Klag-Libell cum petitione &c.* II. Reus, cum oblatione ad *juramentum reſpondendorum, Exceptiones ſuas dilatorias & peremtorias*, cum, vel ſine litis conteſtatione, *articulatim* proponit, additque *reſponſiones ad poſitionales*, quæ ut plurimum fiunt *ſalvo jure impertinentium poſitionalium*, quod ſint vel negativi, vel alio modo irreſponſales. Vulgo iis nomen fit: *Exceptionales, vel Reſponſionales, ad prætenſos Poſitionales, junctis Defenſionalibus. III. Cum præſtatione vel remiſſione juramenti dandorum & reſpondendorum*, ex parte Actoris ſequitur *Specificatio Poſitionalium*, junctis *Reſponſionalibus*, ad prætenſos Defenſionales, cum petitione: & IV. ex parte Rei, *Specificatio Defenſionalium, inſperſis eliſivis*, quamvis hæ Specificationes, ut plurimum Poſitionalibus & Defenſionalibus ſtatim ſubjiciantur. Continent autem Specificationes ſumatim, quæ Poſitiones & Reſponſiones probatione indigeant, necne, vel quod ſint negativæ, vel juris, vel alio modo ſic comparatæ, ut probatione non indigeant. Es wird ſpecificirt/ wie Actor einen und den andern Articul, ſine onere tamen ſuperflui zu beweiſen begehre. Poſtmodum V. ſi Specificatio ſtatim ab initio, & non cum Reſponſionalibus facta ſit, ſequuntur *Eliſivi Actoris cum ſpecificatione, & Reeliſivi Rei*, annexa eorundem ſpecificatione, & quandoq; *VI. Reeliſivorum eliſivi*, cum ſpecificatione, ſive Additionales, cum reiterata petitione, atque Additionalium horum Eliſivi, qui a Reo exhibentur. His peractis, & Specificationibus, ſalvo jure quocunque, ſalvisque *interrogatoriis & exceptionibus contra dicta teſtium* factis, VII. vel ab utroque litigantium, ſi *probatio & reprobatio* inſtituatur, vel etiam ab eo ſolum contra quem probatio ſuſcipitur, intra decendium, *Interrogatoria* præliminaria & ſpecialia (generalibus Dn. Judicis & Examinatoris, quem *Auditorem* vocant, officio commiſſis,) offeruntur, ut teſtes in ſpecificatione nominati, ad ea æque, ac ad poſitionales, exceptionales, eliſivos, &c. jurato examinentur. Quandoq; tamen VIII. proponuntur *Exceptiones contra teſtes*, eorundemque ſalvatio neceſſaria. Quo in puncto tamen, ulteriora producta non admittuntur, ſed ab Actis removentur, inſimulque ſuper exceptionibus teſtibus oppoſitis, pronunciatur. Interdum IX. ante depoſitionem teſtium, adhuc *Additionales*, cum ſpecificatione & denominatione aliorum teſtiũ, juncta ſæpius eorundem declaratione, offeruntur; quibus tamen is, contra quem probatio ſuſcipitur, per ſuos eliſivos, cum ſpecificatione contradicit. X. *Teſtium examen* juxta directorium peragitur, atque ad inſtantiam partium publicatur. XI. Publicatis atteſtationibus, ſequuntur *Diſputationes Atteſtationum*, quæ, ſtylo recepto, vocantur die Confutation- und Concluſion-Schrifften/ item die gewöhnliche Nach-Schrifften/ & continua ſerie, absque articulis, concipiuntur, duabus autem, ad-

utraq; parte, petitionibus abſolvuntur, cum Legali tamen reſervatione: *Si quid novi &c.* Quapropter ſi in ultima poſitione nova contineantur, XII. intra decendium admittuntur partes ad alias poſitiones, quod vocatur Neurungs-Anthung. Tandemque XIII. facta concluſione, *ſententia* concipitur & publicatur, quam denique XIV. excipit vel *Appellatio*, vel *Executio*.

Alterum Judicium, eſt *Judicium Inferius*, das Unter-Gericht/*item*, das Fronbotten-Gericht/ideo, quod Nuncii jurati, quos Fronbotten vernacula dicimus, olim huic Judicio interfuere, ſic dictum. Convenit hoc Judicium in multis, cum Judicio Civitatis. Olim Judicium hoc, præter *Judicem*, qui non alius eſt ab eo, qui Dicaſterio primario præeſt, & *Scabinum* itidem unum dicti Judicii, tres alii, foro huic ſoli addicti Scabini, totidemque, vel quatuor Nuncii jurati conſtituebant. Hodie hoc Judicium, per *Dn. Judicem Judicii Civitatis, duos Dnn. Conſiliarios Aſſeſſores, & ſex proprios Dnn. Scabinos Patricios*, ordinarie ita conſtituitur, ut Aſſeſſores *conſulendo*, hi *decidendo*, muneribus ſuis fungantur, atq; adjunctum habeant *Dicographum*, einen Gerichts-Schreiber/ & *Nuncios*. Ventilabantur in hoc Judicio, *cauſæ modicæ, ſive minoris momenti, ſex florenorum* pretium non ſuperantes: quæ tamen ſumma, ad ſublevanda ſine dubio Judicii primarii onera, poſtmodum varie, & denique A. 1630. ad 100. florenos producta. Tractat hoc Judicium cauſas ſummarie, ac ideo rarius, vel nunquam, articulatus procedendi modus in eo obſervatur,

Sequitur *Judicium Provinciale*, vulgo, das Land- und Bauren-Gericht. Id, conſtat *ex perſonis, vel aliis Dicaſteriis jam comunibus, vel huic ſoli propriis. Primo* enim, proximi ab Illuſtri Septem-Virali Collegio *quatuor Dnn. Coſs.* plerunque hoc Judicium nobilitant, quorum bini, per ſex menſes æſtivos, bini, per ſex menſes hibernos eidem præſident. Illi, die Sommer-Herren/hi, die Winter-Herren audiunt. Dein, *ex Dicaſterio Civitatis, Judicem, quatuor Aſſeſſores Conſiliarios, duos Scabinos, atque duos Actuarios; porro, ex Inferiori Judicio, ſex Scabinos* adjunctos habet; quibus denique *ſex peculiares hujus Judicii Scabini* accenſentur. *Cauſæ* in hoc Judicium deducuntur omnes, quæ concernunt Incluti Senatus & Civitatis Subditos Emphyteutas, & alios, ſive prædia Ruſticorum, Civitati & Civibus ſubjectorum. Nec intereſt, cauſæ illæ ſive *Reales*, ſive *Perſonales* fuerint, niſi, quod *ratione Perſonalium*, vel Judicium Inferius, vel Civitatis, pro quantitate nimirum cauſæ in Judicium deductæ, *ratione Realium* vero, Judicium Cæſareo-Provinciale Onoldinum, ex Transactione Harralenſi, inter Sereniſſ. Marchionem Brandenburg. Fridericum, & Civitatem Noriberg. A. 1496. inita, concurrentem jurisdictionem,

nem, ſicque, ſi actio realis ibidem prius inſtituatur, præventionem habeat. *Audientiæ publicæ* hujus Judicii, pomeridianas horas ſibi vendicant; menſibus autem Julio & Auguſto, quia in iis Ruſtici fructibus colligendis occupantur, eſt juſtitium.

Controverſiis, quæ occaſione *ædificiorum privatorum* oriuntur, A. 1503. peculiare Dicaſterium conſtitutum eſt, quod comuniter *Ædile*, das Baugericht appellatur. Exercent hoc Judicium, *tres* proxime utplurimum poſt Ordinem Septem-Viralem ſequentes *Dnn. Coss. Seniores, tres item priores Dicaſterii Civitatis*, *totidemque Inferioris Tribunalis Scabini.* Sed cum nemini æque ſit fidendum, atque artifici in ſua arte, hinc & in conſilium adhibentur *jurati Civitatis Opifices*, qui oculari inſpectione ædificia perquirant, animique ſui ſenſa, de controverſiis pendentibus prodant. *Objectum*, ſunt controverſiæ de ædificiis, vel noviter, ſive ex parte, ſive in totum condendis, vel mutandis, ampliandis, aut reficiendis, vel etiam deſtruendis; necnon de ædificiorum partibus & acceſſoriis, altitudine ſcilicet, & projectis, jure luminum, quo præcipue ſpectant, die Schlitz-Fenſter/oder einfallende Liecht/ & ſunt feneſtræ, hauriendi luminis gratia, in vicini prædium immiſſæ, ita tamen, ut ratione altitudinis, duos pedes urbicos, & ratione latitudinis, dimidium pedem, ſive ſex digitos non excedant; item de jure ſtillicidii, menianis, & jure projiciendi, von Ausladungen/ Uberſchuß und Altanen/ caminis, ſive emiſſoriis fumi, Schlöten/ quomodo præcipue in officinis ferrariis & clibanis erigi debeant, parietibus propriis & communibus, inq; illis ædificatis fornicibus, Schwin-Bögen und Behältern/ textrinis, cloacis, aliisque rebus ejusmodi. Deciduntur iſta litigia, *ſine omni figura judicii*, ita, ut dicta die, ocularis inſpectio peragatur, partes controvertentes actiones exceptionesque, replicas & duplicas, vel in ſcriptis proponant, vel oretenus dictitent, poſtmodum illarum petita, nec non teſtium depoſitiones, aut productorum inſtrumentorum fides, in loco controverſo, auf der Schein-ſtatt / ſi id commode fieri poſſit, examinentur, ſicque, cauſa concluſa, exploratis Dnn. Conſiliariorum judiciis, ſententia in ordinario Judicii loco quantocyus dicatur. Quod ſi tamen litium ambiguitates hanc ſummarie procedendi viam non admiſerint, partes ad Dicaſterium Civitatis remittuntur, ut ibidem ordinario proceſſu lites iſtæ decidantur. A ſententia hujus Judicii, ex Maximiliani I. a Carolo V. confirmati privilegio, *provocatio*, non niſi ad Inclutum Senatum patet, neutiquam vero ad aliud extra Vrbem Tribunal, ne quidem ad Imperii Aulicum, vel Camerale.

Morum collapſam diſciplinam emendat *Quinque-Virale Judicium*,

a *Quinque-Viris* Dnn. Senatoribus Judicio huic præſidentibus, id nominis indeptum. Hunc Quinque-Viratum conſtituunt *bini regentes Dnn. Coſs. dehinc duo, qui faſces, proxime ſunt ſuſcepturi, & qui Junior Dn. Coſ. non ita pridem Magiſtratu abiit.* Quod ſi tamen ex Inclutis Dnn. Triumviris aliquis Conſulatum gerat, ejus vices alius ex Patribus Conſcriptis ſubit. Coercentur in hoc Judicio, quæcunque *legum*, imprimis *veſtiariarum, trangreſſiones*, aliæque tum *verbales*, *tum reales injuriæ*, ad quas poſteriores, inter alia vulnera, etiam referuntur die Pruderling / per quæ intelliguntur vulnera, die offen / aber nicht ſchädlich / auch Hefftens und Maiſelns nicht nothdürfftig ſind / cæteraq; vulnera non ſanguinolenta, Blut-Runſten / Braun / Blau. Hæ vero transgreſſiones atque enormitates per certas, & ad libram ac denarium determinatas mulctas, nach Pfund und Pfenning / quæ, pro circumſtantiarum varietate, variæ ſunt, compeſcuntur. Celebratur hoc Judicium, *in loco*, Curiæ, qua in Orientem Solem ſpectat, vicino, cui etiam nomen dedit, vocaturque das Fünffer-Haus. Hic igitur, *Lunæ, Mercurii, & Veneris diebus*, horis pomeridianis, ordinarie, cauſæ ſupra memoratæ agitantur, modo in priores dies, Nuptiæ ſolenniores Patriciæ non incidant. Atque nomina eorum, qui comparere tenentur, ſive nocentes ſint, ſive non, protocollis hujus Judicii inſeruntur, quod vulgo dicitur, ihre Nahmen kommen ins Hader-Buch. Cauſæ hic ſummarie, & ſine ſtrepitu ac figura Judicii peraguntur, atque partes, & maxime reus, ſine omni Advocato comparere tenentur. Denique ab hoc Judicio, ne quidem ad Senatum Vrbis, nedum ad exterius Tribunal, provocare quis poteſt, niſi quod Dominorum Præſidum permiſſu atque conſenſu, parti condemnatæ, ſupplicationem pro mitiganda ſententia, Senatui quandoque offerre licet.

Opificum rixis & ſimultatibus occurrit, das Rug-Gericht. Præſident ei *Quinque-Viri Senatores*, qui, die Rugs-Herren dicuntur, quibus Cenſor, der Pfänder / præſto eſt. Illi, *Opificum juratos Magiſtros*, die Geſchworne creant, & ne quid ſtatutis Opificum contrarium, quin potius omnia decenter atque ordine fiant, ſedulo curant. Exercetur hoc Judicium, *Martis* ac *Jovis diebus* a prandio, & idem locus, qui Quinque-Virali, huic quoque Judicio deſtinatus eſt, *ſummarie plerunque* cauſa cognita.

Foreſtale Judicium, *ſex*, ab Incluto Septem-Viratu plerunque proximi *Dnn. Senatores*, cum *Dnn. Præfectis Sylvis* conſtituunt, aſſidentibus *Scabinis* utplurimum XII. nonnunquam paucioribus, ex quibus primus Judicii Civitatis, alter, Judicii Provincialis nomine, tertius, pro obſervando commodo Incluti Senatus, reliqui ex prædiis foreſtalibus, aus den Forſthuben / ſeliguntur, qui controverſias inter Foreſtarios (ut-

-pote,

pote ampliſſimis privilegiis ab omnibus aliis Judiciis pleniſſime exemtos) ratione oppignerationum, contractuum, ſylvarum cæduarum ac devaſtatarum, juris lignandi, rerumque ſimilium emergentes decidunt, & in univerſum, in omnes Ordinationum Foreſtalium transgreſſores, ſive Civitati Civibusque, ſive aliis Dominis ſubjecti fuerint, juſtis modis animadvertunt. Adjunguntur huic Judicio *duo ex Dnn. Conſiliariis*, quorum alter *Advocati*, alter *Conſiliarii*, munere fungitur.

Mellicidarum, ſive Zeidlariorum Judicium, das Zeidl-Gericht/a Zeidlariis, ſive Mellicidis, ita dictum eſt. Zeidlarii autem nomen habent von den Zeidlen/quod apes vel mel cædere ſignificat: quippe nemini præter iſtos homines, apes in ſylvis fovere, mel que legere ſive cædere olim integrum fuit. Id vero jus reale erat, hoc eſt, certis prædiis inhærens, quæ, in die einſchichtige Zeidel-Güter/ Zeidel-Mütter/& Zeidel-Töchter dividebantur, neque Zeidlarii alibi, quam coram ſuo Magiſtro, den Zeidel-Meiſter/ conveniri poterant. Ipſe Magiſter, haud alium quam *Butigliarium*, vel *Buticularium*, den Budigler/ habebat judicem. Butigliarius autem ſic dictus videtur, ab Italico *Botigliere*, quæ vox, licet ex *uſu linguæ* Pincernam denotet, vi tamen *originis* ſuæ, & primitivæ radicis, quæ eſt *Botta*, id eſt, *lagena, vas, dolium*, a Germanico Butte vel Bötte/ad omnes qui circa lagenas verſantur, extendi poteſt. Cum itaque mel in lagenis condi ſoleat, Butigliarius probabiliter inde nominationem accepit, quod dijudicationem & cognitionem de melle, ejusque imprimis quantitate, habuerit. Erat Mellicidarum quondam in Sylvis Noribergam ambientibus, (quas Carolus IV, Imp. in privilegio A. 1350. conceſſo, Sein/und des Reichs Bienngarten vocat,) Collegium, quorum Judicium Feuchtæ, Vico, duobus ab Vrbe milliaribus diſtante, inſtituebatur, ideo, das Haupt aller Zeidler und Zeidel-Güter des gantzen Nürnbergiſchen territorii, in antiquis literarum Inſtrumentis dicto. Ejus Collegii Judiciique cura ad Imperatores proprie pertinebat, quæ poſtea cum ſuis emolumentis, pignoris jure, ad Sereniſſimos Marchiones Brandenburgicos tranſiit, permanſitque penes illos ad A. 1427. usque. Ea tempeſtate, ab Incluto Senatu Noribergenſi, ex conceſſione Imperatoria, pignoris iſtius facta eſt reluitio, cumque ſic jus omne in Mellicidas, & eorum prædia, ſibi vindicaſſet Senatus, Butigliarii juxta ac Magiſtri Zeidlariorum functiones, una cum nominibus, in uſu eſſe deſierunt. Habetur tamen Feuchtæ adhuc ſingulis annis, Calendis Maji, *Mellicidii Judicium Cæſareum privilegiatum*, ein Kayſerlich Zeidel-Gericht/a Dn. Præfecto Sylvæ Laurentianæ, præſentibus atque præſidentibus ſex Dnn. Senatoribus, iis nimirum, qui Sylvarum curam gerunt. Accedunt iſtis, *Judex inferior*, & *Scabini* ordinarie XII. qui ex privilegi-

vilegiatis prædiis leguntur, nec minus *Quatuor-Viri*, die Vierer/una cum *Actuario*. Hi, ſi quid privilegiis, quæ Mellicidii prædiorum poſſeſſoribus competunt, adverſum fiat, cognitionem inſtituunt, & controverſias circa ipſa prædia, quæ XXXVI. numero ſunt, enatas, componunt.

Poſtquam Mercaturæ & Negotiationum commodo, in Italia, Belgio, aliisque Europæ locis, *Banca publica*, ſive *Judicia Mercatoria* invaluerunt, Inclytus Senatus Noribergenſis, cum prius Venetiarum, Amſtelodamenſium, & Hamburgenſium Reſpublicas ea de re conſuluiſſet, ſimilem ordinationem, de inferendis in Bancum publicum pecuniis, & commodiori via, quam quæ fit iterata toties pecuniæ exſolutione, tranſcribendis ab uno ad alium, præcipue vero, ut creditor, cui ſolutio facienda, de juſto valore monetæ, in ſummo temporis illius rei monetariæ diſcrimine, certior eſſe poſſet, A. 1621. publicavit, ſimulque celeriter expediendis Mercatorum controverſiis Judicium conſtituit. Id efformant *duo Domini Præſides* e Senatu, qui *duobus Dominis Aſſeſſoribus* ſive Conſiliariis, ut plurimum Senioribus, ſtipati ſunt, atque quatuor Ordinis Mercatorii Anteceſſores, qui, die Marcks-Vorgeher nominantur. *Cauſæ* in hoc Judicio ventilari ſolitæ, ſunt mercantiles controverſiæ ordinarie, (concurrit enim quandoque cum eo Judicium primarium Civitatis, das Stadt-Gericht) ad cambia, depoſita, mutuum, emtionem, venditionem, ſocietatem, aſſecurationem, ſolutionem, & alia complura negotia attinentes; ita tamen, ut omnia regulariter ſummarie expediantur. Si tamen res altioris indaginis occurrat, quæ teſtium probationem requirit, articuli probatoriales, cum interrogatoriis partis adverſæ, ad Judicium ordinarium, das Stadt-Gericht/ tranſmittuntur, factoque ibi rite examine, rotulus ad Judicium Mercantile remittitur, ibidemque ſententia definitiva concipitur, & publicatur. *Locus*, ratione tranſſcriptionis cambiorum, ſolutionumque, eſt ſub Prætorii Vrbani loco æſtivo, qui per ſingulos dies profeſtos, circa horam decimam, ſigno per campanulam dato, & panditur, & clauditur. Seſſiones tamen, ſive publicæ audientiæ Judicii Mercantilis, in Conclavi Judicio Inferiori contiguo, quod die Stern-Stuben vocatur, celebrari ſolent. Ab hoc Judicio & a cauſis mercantilibus, ex ſpeciali Imperatorum privilegio, ad aliud, præter Senatum, appellari nequit.

Succedit, *Judicium Criminale*, ſive *Inquiſitorium*, das Inzicht-Gericht/quod a verbo Einziehen/quia vel delinquentes cuſtodiæ & carceribus usque ad irrogationem pœnæ includuntur, daß ſie eingezogen werden/vel etiam quia per hoc Judicium cognitio de delicto acquiritur, ſicque eingezogen werde / appellationem habet. *Perſonæ* huic Judicio præ- & aſſidentes, ſunt XIII. *Dnn. Scabini Senatores*, qui Dominis Coſs. in

ſpecie

ſpecie ita dictis contradiſtinguuntur. Vota illorum, ſolenni ad Nemeſeos Carolinæ normam inſtituta rogatione publica, exquirit *Judex Criminalis*, der Kayſerliche Bannrichter. Illi, in quos hoc Judicium exercetur, vocantur die Inzichter oder Purganten. Exercetur autem I. in omnes Civitatis Noribergenſis, *Cives & Incolas*. Neque ſolum in hos, ſed etiam II. in *Peregrinos*, Noribergæ delinquentes, ſicque in loco commiſſi delicti repertos, cujuscunque illi conditionis, cum reatus omnem honorem excludat, fuerint. Imo etiam III. contra *abſentes & fugitivos*, non tantummodo per proceſſum contra abſentes & delinquentes receptum, ſed etiam per requiſitionem ad *remiſſionem* peragendam, ſi ſcilicet illis in locis reperiantur, in quibus Civitati Noribergenſi, per pacta, aliosque modos, remiſſiones hactenus conceſſæ fuerunt. Denique IV. extra Civitatem Noriberg. in ſubditos quoque quarumcunque Præfecturarum, & extraneos ibidem delinquentes, fundatam jurisdictionem habet. Ex his jam collectu facile eſt, in quibus *Cauſis* hoc Judicium cognoſcat. Scilicet, extra delicta leviora, quæ in Collegio Quinque-Virali, & Judicio Opificum coërcentur, reliqua omnia crimina publica & privata, in hoc Judicio vindicantur, adeoque merum Imperium, ſive Jurisdictionem Criminalem, nomine S. C. M. & Incluti Senatus exercet. *Modus procedendi* contra præſentes talis eſt. I. Delinquens vel Inquiſitus, poſt delictum perpetratum, aut incarceratur, vel etiam, ſi abſens ſit, & ſua ſponte ſe ſiſtere vel purgare velit, impetrat *ſalvum conductum*, nonnunquam *generalem* ſolum, zum Rechten / nicht aber von Rechten / quandoque vero, & ut plurimum, *ſpecialem*, zum und von Rechten; poſteaque *Purgatoriales* ſuos, juncta eorundem *Specificatione*, exhibet. Sed hi purgatoriales tunc ſolum locum habent, ſi *per modum inquiſitionis* contra delinquenté procedatur, quibus caſibus, pro re nata, *Fiſcalis* ex officio conſtituitur, ut purgatorialibus his contradicat, *interrogatoria exhibeat*, & ad deductionem purgatorialium reſpondeat. Quod ſi vero v. g. occiſi heredes, proximique cognati, vel Fiſcalis, *accuſationem* contra Inquiſitum inſtituant, affertur *libellus accuſatorius*, die peinliche Schrifftliche Anklag / ſubjuncta petitione, ut vigore Conſtitutionis Criminalis Caroli V. adverſus Inquiſitum procedatur. II. *Libelli communicationem* Reus decenter & humillime petit. III. Deinde, plerunque in proxima Juridica *litem negative conteſtatur*, & ſpecificationem atque purgatoriales addit, quos IV. Accuſator vel *rejicit*, vel *admittit*, ſalvo jure ſalvisque interrogatoriis. Poſtmodum V. in utroque proceſſu exhibentur *Interrogatoria*, *teſtes examinantur*, eorumque *depoſitiones publicantur*. Hos actus excipit VI. *diſputatio atteſtationum*, vel per deductionem purgatorialium, cum contradictione Fiſcalis conſtituti, vel etiam in accuſato-

rio, mit producirung der Deduction- und Nach-Schrifften/ſub clauſula tamen reſervatoria, & ex parte Accuſatoris, & ex parte Inquiſiti: *Si quid novi &c.* Tandemque VII. *ſententia* in aula plerunque Curiæ, diebus iſti Judicio Criminali Noribergæ deſtinatis, Martis ſcilicet, Jovis atque Saturni, publice pronunciatur, Reusque, vel ab ordinaria pœna abſolvitur, vel carcere & carena punitur, vel ad pœnam capitalem condemnatur: quo caſu tamen, triduo ante ſolemnem ſententiæ publicationem, tenor condemnato denunciatur, quo ſe ad mortem per veram pœnitentiam præparare poſſit.

Sic ſe habent Judicia Reipubl. Noribergenſis Subordinata. Sequitur Supremum, quod *Judicium Appellationis* dicitur, anno XV. hujus Seculi inſtitutum. Cum enim antea Appellationes, ab Inferioribus Judiciis, ad ipſum Senatum fierent, atque propter negotiorum pluralitatem, ordinariique proceſſus defectum, ſerius expedirentur, prudentiſſimo conſilio, Cauſis Appellationum rite tractandis, ſeparatum Dicaſterium aſſignatum eſt. *Præſident* autem huic Judicio, *ſex Dnn. Scabini*, & Dnn. Coſs. proximi ordinarii a Suſpiciendo Septem-Virali Collegio: *bini* vero ex *Dnn. Conſiliariis* aſſident, qui ad ſententias priores nihil contulerunt. Conveniunt Dnn. Scabini in *loco*, qui junctum habet Judicium Banci Mercatorii, & vocatur die Appellation-Stube/regulariter ſingulis ſeptimanis Veneris & Saturni diebus. Quod vero modum introducendæ & proſequendæ Appellationis concernit, pars, quæ ſe *ſententia interlocutoria* gravatam reputat, intra decendium, naturaliter computandum, Appellationem in ſcriptis, ſubjuncta Gravaminum recenſione, offert: Judex vero a quo, ad petitionem alterius partis, hac appellatione non obſtante, in cauſæ cognitione pergere poteſt, usque dum a Judice Superiore fiat inhibitio. Quod ſi autem pars, *ſententia definitiva* læſam ſe exiſtimat, vel ſtatim apud Acta, viva voce, vel intra decendium in ſcriptis appellat, & apoſtolos vel reverentiales vel refutatorios expectat, interim juramentum de non frivole appellando interponit, & adverſarium ſive ſatisdatione, ſive pignoratitia cautione, vel ſi nec fidejuſſorum, nec pignorum copiam habere ſe poſſe jurato teſtari velit, ſuæ promiſſioni relicta, ſecurum reddit, ac promittit, ſe ſententiæ parituram. Quod ſi tamen adverſarius, cautionem & juramentum hoc, intra decendium exigere neglexerit, ad illa præſtanda, appellans ulterius adigi nequit. Appellatione ita rite interpoſita, Judex a quo, reverentialibus datis, fatalem, eumque regulariter unum, pro qualitate cauſæ, & quantitate Actorum, ad deſcribenda iſta, terminum conſtituit. Appellatione vero, datis refutatoriis, rejecta, Judex in exequendo pergit, appellans tamen, ſupplicationem Incluto Senatui per

regen-

regentem Dn. Coſ. offerre, atque appellatione tandem admiſſa, executionis inhibitionem impetrare poteſt. Judex vero a quo, fatalem iterum terminum, ad Actorum deſcriptionem præfigit. Jam, Appellatione legitime introducta, Appellans primo termino gravamina ſua exponit, ſive ſimplici, ſive articulato libello, cum petitione, pro caſſanda tota, vel, ſi tantum unum aut alterum ſententiæ capitulum impugnet, pro reformanda ex parte, prioris inſtantiæ ſententia. Adverſarius vero, intra XIV. dies, ſi nihil quod formalibus appellationis opponat, habet, litem conteſtatur, cum petitione, pro confirmanda priori ſententia. Ad quæ, Appellans gravamina repetit, cum petitione. Poſſunt in hoc termino, Partes ulterius deſideria ſua in ſcriptis offerre, imo & juramentum calumniæ, ſi illud in primæ inſtantiæ judicio non exactum fuerit, ex cauſis prægnantibus exigere. In cæteris terminis, omnia, ut in prima inſtantia, obſervantur, modo omnes ambages evitentur, lisque, quantum fieri poteſt, abbrevietur. Quod ſi pars gravata, ſententiæ in hoc Judicio latæ, acquieſcere nolit, & inde ad *Suprema Imperii Tribunalia* provocet, vel, prætermiſſo hoc Judicio, immediate, & ſtatim ad illa provocet, quæ *Appellatio per ſaltum* dicitur, modo in utroque caſu, cauſa, vel ſumma fuerit appellabilis, ante omnia juramentum de non frivole appellando, & cautionem, ſe ſententiæ obtemperaturam, præſtare debet. His enim omiſſis, vigore privilegiorum Imperatoriorum, appellatio nulla atque irrita eſt. Ad hæc appellatio intra decendium, petitis ſimul apoſtolis, fieri, Actaque, intra determinatum fatalem terminum, deſcribi debent. Quod ſi vero apoſtolis refutatoriis acceptis, appellans Inhibitionem, & Compulſoriales, a Supremis Tribunalibus indultas, exhibeat, Judex executionem quidem ſuſpendit, interim Actis ſedulo inſeri curat, an, & in quantum, Appellatio interpoſita privilegiis Civitatis præjudicet.

Pag. 235. *nulla vera & antiqua, archetypum præſtans, Romæ extat.*] Iſta, certis cauſis inductus, citra hæſitationem ſic aſſerueram. Viſum tamen recurrere, ad Virum doctrinæ & meritorum gloria inter omnes quam maxime inſignem, *Antonium Magliobechium* noſtrum, & ex illo percontari, num Romæ diadema quoddam, coronandis Imperatoribus dicatum, reperiatur. Atque is, ut eſt promptus & expoſitus omnibus, qui ejus operam requirunt, tanto magis vero mihi benefaciendi, ex jure veteris neceſſitudinis, nullam occaſionem intermittit, ſine mora, hoc nomine Romam ad Virum ortu generis & eruditione Nobiliſſimum, *Proſperum Mandoſium*, ſcripſit, tulitque reſponſum: *Al queſto fatto a V. S. dal Dottiſſimo Sig. Wagenſeil, riſpondo, che in*

Roma

Roma certamente non ſi conſerva Corona alcuna Imperatoria, che poſſe ſervire nelle Coronazzioni degli Imperatori.

Pag. 369. *& litem adhuc pendere facit*] Sic omnino perſuaſus eram, in Judicio Reviſorio plane quieviſſe hactenus controverſiam, quæ inter Sereniſſimos Marchiones Brandenburgicos, & Rempublicam Noribergenſem agitatur. Nec ſane aliud colligere mihi licebat, ex Voluminibus disputationum litigioſarum omnibus, quæ ad manum habebam, quorum nullum vel hilum continet, e quo ſuſpicarer, a Summis Reviſoribus Judicibus, aliquid in hac cauſa quomodocunque fuiſſe actum. Nempe, quoniam, quod nunc demum animadverto, libellorum, quos illa complectuntur, nullus tam recens eſt, ut quem eventum petita Reviſio habuerit, indicare potuerit. Sed vero, utut tarde, commodum tamen in tempore adhuc per epiſtolam certiorem me reddit Amicus, nec in Reviſorio Judicio obtinuiſſe Noribergenſes quod volebant, ac ſunt illius propria verba: *Etiam in Judicio Reviſorio, fato quodam, ſententia Cameralis, ſuo modo, A. 1587. confirmata fuit. Proinde Petitorium ex parte Noribergæ inſtitutum eſt; quo ſuper lis adhuc in Camera Imperiali pendet.*

INDEX.

A.

Academiæ Altdorfinæ origo. 95
Adami Kraft artificis laus. 66. 68
Adelbertus Comes Franconiæ. 26
Ædes privatorum Noribergæ cultæ ſunt. 60
S. Ægidii quod Noribergæ eſt templum. 74
Alberti Dureri laus. 102. 115
Albinagii jus non exercetur adverſus Noribergenſes in Gallia. 277
Allertum Pratum. 16. 373
Altdorfinæ Academiæ origo. 95
Altfurt. 27
Ammonis cornua. 76
Argentoratenſis Baſilicæ mnemoſynon. 66
Armamentarium Noribergenſe. 135
Artifices mechanici Noribergenſium. 149
Arx Noribergenſis Burggrafiorum. 101
Arx Noribergenſis Imperatoria. 98
S. Auguſtini corpus an Ticini repertum fuerit. 80

B.

Balneum ſanationis Noribergenſe. 156
Bella Noribergenſium. 278. ſeqq.
Bibliotheca publica Noribergenſis. 78. ſeqq.
Burggrafiorum Arx Noribergenſis. 101
Burggrafiatus Inſignia. 31

C.

Canum venatio Noribergæ. 60
Capiſtrani Cardinalis Concionum Noribergæ habitarum vis. 94
Caprea Inſula. 10
Caroli Welſeri laus. 62
Carolus IV. Noribergæ templum S. Mariæ condidit. 64
Carthuſianorum Noribergæ Cœnobium. 89
Caryophylla ad diuturnitatem condiendi ratio. 109
Cataplasma Noribergenſe. 151
Catharina Ebneria Chriſto familiaris fuiſſe creditur. 88
S. Catharinæ, quod Noribergæ eſt, templum. 87
S. Chriſtophori imago Noribergæ. 75
Chriſtophori Pelleri laus. 62
Civitas num ſit quæ Epiſcopo caret. 9
S. Claræ, quod Noribergæ eſt, Cœnobium. 88
Clinodiorum Imperialium cuſtodia Noribergenſibus commiſſa eſt. 224 ſeqq.
Cœmeteria Noribergenſia. 140
Conradus III. Imp. S. Ægidii templum Noribergæ excitavit. 74
Conſtantini M. imago Noribergæ. 72
Coronæ Imperialis, quæ Noribergæ aſſervatur, deſcriptio. 233. ſeqq. 242
Cuniculis Germania haud abundat. 17
Curia Noribergenſis. 101

D.

Dania & Dacia voces promiſcue uſurpantur. 34
Dialectus Noribergenſium. 160
Dianam priſci Noribergæ habitatores coluerunt. 32
Domus Teutonica Noribergenſis. 86

E.

EBaeria Catharina Chriſto familiaris fuiſſe creditur. 81
Eimmarti Sphæra armillaris deſcribitur. 155
Epiſcoporum in Italia multitudo. 10
Ergaſtulum Noribergenſe. 137

F.

FErrum jurgioſum. 150
Fiſcheri Petri artificis laus 64.
Floribus Noribergenſes capiuntur. 149
Fœnum quomodo ponderetur Norimbergæ. 136
Fons arcis Noribergenſis miræ profunditatis. 100
Pons Fori Noribergenſis. 112
Fontium Noribergenſium numerus. 60
Forum majus Noribergenſe. 108

G.

GEorgii Chriſtophori Eimmarti laus. 154
Georgii Schweiggeri laus. 153
Gerontocomia Noribergenſium. 96
Gladiatorii ludi Noribergenſes delectant. 161
Gladiorum Imperatoriorum, qui Norimbergæ cuſtodiuntur, deſcriptio. 240. 249
Goſtenhofa Noribergenſe Suburbium. 139
Granaria Noribergenſium. 101
Gymnaſium Ægidianum Noribergenſe. 95
Gymnicum Theatrum Noribergenſe 136

H.

HAgæ Comitum Pontes, cur ob conditam ibi Synagogam mutare neceſſe fuerit. 123. ſeqq.
Hatto Epiſcopus Moguntinus. 26
Hautſchiorum patris & filii laus. 152

I.

S. JAcobi quod Norimbergæ eſt templum. 86
Joh. Andreæ Viatis laus. 62
Joh. Capiſtrani Concionum Norimbergæ habitarum vis. 94
Johanneum Cœmeterium. 141
Johannis & Gottofridi Hautſchiorum laus. 152
Joh. Leonharti Stöberlini laus. 92

L.

LApſiones memorabiles. 99
S. Laurentii, quod Norimbergæ eſt, templum. 66
Leges Noribergenſium. 201
Leges quas Reſpubl. Veneta cum Noribergenſibus communicavit. 204 ſeqq.
Leges ſuas Noribergenſes unde acceperint. 201. ſeqq.
Leproſos quondam Noribergenſes egregie curabant. 97
Lipſanorum Imperialium cuſtodia Noribergenſibus commiſſa eſt 224. ſeqq.
Ludi veterum Judæorum. 163. ſeqq.
Lutheri vitrum. 82

M.

MAcelli pons, qui Norimbergæ eſt. 115
S. Mariæ Virginis, quod Norimbergæ eſt, templum. 67
Matricula penſitatio Noribergenſium. 278
Mellita cruſtula Noribergenſium. 151
Mercaturæ ſtudent Noribergenſes. 160
Mnemoſyna ridicula templorum 65
Mons pietatis Noribergenſis. 68

Muſ-

Muſicæ artis Noribergenſes valde periti ſunt. 156.161

N.

Nicotianam herbam fert Noribergenſis ager. 17
Nolæ Noribergenſium. 151
Noribergæ encomia. 7
Noribergæ nominis originatio. 32
Noriberga oppidum interdum vocatur, & quam ob cauſam. 8
Noribergæ origo. 12.20
Noribergæ ſitus. 15
Noribergæ veteris circumferentia. 22
Noribergenſes mercaturæ ſtudent. 160
Noribergenſes muſicæ artis periti ſunt. 156.161
Noribergenſis Reipubl. habitudo. 190. ſeqq.
Noribergenſium Civium pietas. 94
Noribergenſium habitudo corporis. 149
Norici Germaniæ populi. 12
Noſocomia Noribergenſium. 111

O.

Oppidum & Vrbs voces, indiſcriminatim interdũ uſurpantur. 9

P.

Patritiarum Familiarum, e quibus Noribergæ Senatus legitur, recenſio. 181
Pegneſus amnis. 58
Pelleri Chriſtophori laus. 62
Petri Fiſcheri artificis laus. 64
Petrus Apoſtolus in conjugio vixit. 79
Pilæ luſus veteribus Judæis fuit uſitatus. 165
Pirckheimeri Currus triumphalis Maximiliano I. Cæſari dicatus. 103
Platearum Noribergenſium numerus. 60
Pocula donandi mos vetus. 81
Poëſin amant Noribergenſes. 156
Pomi Imperialis, quod Noribergæ eſt, deſcriptio. 239
Pons macelli qui Noribergæ eſt. 115
Pontifex Roman. ſupprimit interdum Ordines Monachorum. 91
Pontium Noribergenſium numerus. 60 65.
Populoſitas Noribergenſis Vrbis. 147
Prædicatorum Patrum, quod Noribergæ eſt, templum. 77
Pratum Allerium. 16.375
Privilegia Noribergenſium. 224. ſeqq. 253. ſeqq.

R.

Reformatio cur dicatur Legum Noribergenſium codex. 203
Reipublicæ Noribergenſis habitudo. 190. ſeqq.
Roſas ad diuturnitatem condiendi ratio. 109

S.

Sacrorum publicorum, qui nunc Noribergæ ſunt, ratio alia 92
Sceptri Imperialis, quod Noribergæ aſſervatur, deſcriptio. 239
Scholæ publicæ Noribergenſium. 94
Schmecken / probe dicitur pro olfacere. 109
Schwanharti Henrici laus. 154
Scuta Patritiorum in templis ſuſpenduntur. 64
S. Sebaldi hiſtoria 33
S. Sebaldi Monumentum. 64
S. Sebaldi templum. 64
Segodunum vetus ubi quærendum. 15
Senatus Noribergenſis prudentia. 179
Sepulcrales Inſcriptiones Judæorum. 71

Sphæra Armillaris Georgii Chriſtophori Eimmarti deſcribitur. 155
Spiritus S. quod Noribergæ eſt, templum. 71
Stos Viti artificis laus. 67. *ſeq.*
Stöberlini Joh. Leonharti laus. 62
Suburbia Noribergenſium. 139

T.

TAuleri laus. 88
Templorum mnemoſyna ridicula. 65
Territorium Noribergenſe. 277
Teutonica Domus Noribergenſis. 86
Tridentini Concilii ratio ac habitudo. 11
Triviales Scholæ Noribergenſes. 95

V.

VEnetæ Reipublicæ leges, quas illa cum Noribergenſibus communicavit. 204. *ſeqq.*
Veſtimenta Imperatoria quæ Noribergæ aſſervantur. 240
Viatis Joh. Andreæ laus. 62
Vinum corrumpentes ſcelus atrox committunt. 117
Viridaria Noribergenſium. 144
Viſbacus rivus. 59
Viti Stos artificis laus. 67. 68

W.

WEbrda Noribergenſe ſuburbium. 139
Welſeri Caroli laus. 62

X.

XEnodochium novum Noribergenſe. 74

Z.

Zanckeiſen. 150

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Pag. 21. lin. 2. Inſonderhen. leg. Inſonderheit.
P. 24. l. 1. ad hoc Imperatorem, *ad hoc per Imperatorem.*
P. 28. l 26. cicinni. *cincinni.*
P. 34. l. 5. Canonicationis, *Canonizationis.*
P. 46. l. penult. elrpindet / erplindet.
P. 58. l. 6. inſignoribus, *inſignioribus.*
P. 83. l. 26. Menſem, *Menſam.*
P. 133. l. 22. attiner eunde, *attinere: unde.*
P. 140. lin. pen. aboleantur, interitus) quam, *aboleantur,) interitus quam.*
P. 165. l. 24. כדור אל ארץ verba Hebraica trajecta ſunt, quorum verus ordo: צנוף יצנפך צנפה כדור אל ארץ רחבת ידים.
P. 168. lin. antep. וחבל leg. והבל
P. 196. l. 30. erraa, *errata.* l. 33. tametſi, *ac ſi.*
P. 251. l. 32. habetur, *habentur.*
P. 270. l. 23. ordinantionibus, *ordinationibus.*
P. 305. l. pen. nulla, *ulla.*
P. 323. l. 32. zerbrochen / unzerbrochen.
P. 353. l. 13. indivuſo, *indivulſo.*

Rogandus eſt Lector etiam atque etiam, ut menda Typographi alia, ſibi relictus, tollat, iis vero, quæ ab Autore commiſſa ſunt, benignus faciliſque ignoſcat. Aurem Catullus vellit, ingerens ac inculcans:

Nimirum, idem omnes fallimur, neq; eſt quisquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis. Suus cuique attributus eſt error.

VRBS NORIMBERGA

CARMINE HEROICO ILLVSTRATA

PER

HELIVM EOBANVM HESSVM.

Qui tibi tot dedimus per tempora pauca libellos,
Per nova nunc ipſam te tibi ſcripta damus,
In te nunc agnoſce tuas, VRBS NORICA, laudes;
Et, num de veteri ſis nova facta, vide.
Tu qua fronte meum ſis acceptura laborem,
Neſcio; ſed tamen hoc ſecla futura ſcient.

JOH. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS LECTOREM BENEVOLUM

PLURIMA IMPERTIO SALUTE.

QUam voluiſſem ego, non humili tantum & pedeſtri ſermone, ſed & verſu grandiloquo, in laudes Inclutæ Noribergenſis Urbis me reſolvere ac libens. At quoniam haud unquam fonte caballino labra prolui, quin & difficilem nimis Muſa ſemper ſe mihi præbuit, nec etiam juvabat, cum Virgiliano bubſequa,

Stridenti ſtipula miſerum diſperdere carmen.

Et vero jampridem aliqui, Camœnas propitias nacti Poëtæ, hoc labore defuncti ſunt. Nimirum, CIMB. ERASMUS MICHAELIUS LÆTUS, *Academiæ Hafnienſis Profeſſor, Anno Epochæ Chriſtianæ* cIɔ Iɔ LXXII. *ligata oratione,* IV. Libros Noribergicorum, ad Senatum Noribergenſem *ſcripſit, qui, biennio poſt, in Germania, Francofurti ad Mœnum, typis fuere excuſi. Quanquam, ut verum ingenue fatear, nihil præter mera verba, & ſomniorum ſuorum in bicipiti Parnaſſo viſa, ille dedit. Non enim tantum Noribergam oculis ſuis neutiquam erat intuitus, ſed nec fando quidem recte acceperat, qualis & quanta eſſet: ut ea quæ ceſinit, mutatis nominibus, levi negotio, cuiq; Urbi applicari queant. Hominis non feliciſſimi ſuſpicionem de ſe præbet, manusque magis luculentum affectaſſe, quam, bona fide, Noribergæ conſecrationem facere voluiſſe videtur. Longe prius,* HELIUS EOBANUS HESSUS, *dignus Apollinea lauru poëta, prolixum, elegans, ſcitumq; Carmen, & plane ἀθέσφατον ἔπος; de Norimberga compoſuerat. Id nos, tum quia ex manibus, & adeo notitia hominum fere abiit, tum quod multis, quæ nos commentati ſumus, lucem ita affundit, ut eam viciſſim inde accipiat, ab interitu & oblivione vindicandum, noſtroq; libro ſubjungendum duximus.*

Tu, fac ſis probes inſtitutum noſtrum, BONE LECTOR, *& valeas.*

MA-

MAGNIFICIS AC SAPIENTISSIMIS VIRIS

Dominis Conſulibus, Prætoribus, Præfectis ærario etiam, totique Senatui Inclitæ Civitatis Norimbergæ. Dominis ſuis colendiſſimis,

HELIUS EOBANUS HESSUS,

S. D.

VRBIS NORIMBERGÆ deſcriptionem, *Sapientiſſimi Patres*, non illam quidem ordine, ſed per partes, ut quæque ſe offerebat (intelligebam enim poema me, non hiſtoriam contexere) compoſitam, cui potius quam veſtro ornatiſſimo Ordini, in cujus maxime gratiam ſcribebatur, nuncuparem, dedicaremq; non video: nec tum occurrebat ulla alia ratio, qua & felicius ederetur liber, & editus majorem inveniret omnium hominum favorem, quam ſi veſtri Clariſſimi Nominis patrocinio, velut Palladis ægide armatus ac decoratus, exiſſet in lucem. Nec enim dubitabam, quin ſi meo nomine periclitaturum eſſet poema, intra veſtros, ut dicitur, parietes enatum, veſtræ tamen Amplitudinis & Gloriæ reſpectu aliquo, certe populari applauſu acciperetur, & quidquid mearum virium imbecillitati decederet, id, veſtræ authoritatis magnitudine; libello ipſi adſtrueretur. His de cauſis, bona ſpe animatus, libellum ipſum Typographis dedi, ut excuderetur, excuſusque, non hic tantum legeretur. Et quanquam in tempora iniquiſſima incidiſſe me videbam, in quibus nec ſtudiis literarum ſatis dignus ullus habeatur honor, nec ſcribendorum librorum bonorum juxta ac malorum aliquis, ut ille inquit, inveniatur finis, tamen cum & antea complures in hac civitate libros, non omnino maligna, ut opinor, fama emiſiſſem, non ſum veri-

veritus, & in hoc facto, utinam tam felici, quam audaci, tam meæ exiſtimationis, qam vulgarium judiciorum ſubire periculum; ſatius ducens, paucis bonis quam infinitæ malorum multitudini placuiſſe: cum hoc nulli fere ſit difficile conſequi; illud, quam pauciſſimis, & per ſummos demum labores, vix contingat. Quis enim non videat, hodie paſſim nullo judicio, ſumma impudentia libros edi: nec edi ſolum, ſed etiam probari, & quo quisque ſit ineptior, eo citius invenire lectorem? Ea eſt enim imperitæ multitudinis conſuetudo, ut de bonis nunquam bene, de malis ſemper male (*f. bene*) judicet: hoc eſt, contemnat optima, nó probet niſi quæ ſint peſſima, adeo, ut quæ in ſtudiis literarum vulgo favorem inveniant, ea demum vere mala liceat intelligere, atq; etiam quæ multitudini placeant, bonis viris non poſſe non eſſe ſuſpecta. Ita fit, ut hoc tempore, tam modis omnibus corrupto, tot libri prodeant in lucem, boni juxta ac mali. Bonorum quidem & utilium, nihil fuit unquam nimium: malorum, utinam tandem ſit aliqua ſatietas. Et fuerat fortaſſis non omnino inutile, mala quoque in vulgus ſcripta ſpargere, ſi eorum comparatione bona cognoſcerentur; & non etiam optimis fere neglectis, peſſima quæque obviis manibus excipientes, toto etiam pectore amplexaremur. Hæc eo non ſcribo, quo meis libellis, quorum non paucos & in hac urbe evulgavi, ipſemet patrocinatus, (quod turpiſſimum ſit) exiſtimationem parem, quam tamen ſi ipſi non pepererunt hactenus, quid eſt quod hic anxie laborem, ut nunc tandem adſtruatur mihi, quod tot annorum vigiliis ac ſudoribus comparare non potui? Sed eo, quod indignor, indoctiſſimis etiam idiotis idem licere, quod æquum fuerat doctis tantum permittere. Quo in genere cum odioſum valde ſit uti exemplis, tum quia quod qui id faciat, non poſſit non haberi ſuſpectus invidiæ, tum quia ea ipſa quæ hujuscemodi ſunt, prorſus indigna cenſeri debent, de quibus anxia ſit inſtituenda diſputatio. Abſtinebo nominibus, quæ recenſere pene infinitum ſit, & ipſo quaſi genere contentus, ſpeciem non attingam, præſertim cum hunc locum, copioſe doctorum quorundam virorum ſtilo exagitatum eſſe videam, nec tamen ullum hactenus afferri aut excogitari ejus morbi remedium. Ego vero, cum in hac ornatiſſima Veſtra Civitate, id quoque, ut par eſt, legibus eſſe cautum videam: *Ut ne quis liber, niſi prius ab ei negotio præfectis approbatus, in lucem prodeat, non poſſum non admirari, veſtram cum in adminiſtranda Republica prudentiam eximiam, tum ſingularem in prohibendis malis & ineptis libris probitatem.* Cum enim hæc Civitas, velut exemplar quoddam ac regula vivendi gubernandique Reſpublicas, aliis multis ſit propoſita, periculum erat, ne, ſi reliquæ gentes mala & inepta ſcripta hic ſpargi viderent, exiſtimare poſſent, hic recta quoque ſtudia contemni: cum

contra

contra nusquam foveantur majori diligentia: utinamque reſpondeat & ſucceſſus. Quanquam hoc quidem in veſtra manu non erat, qui collabentibus paſſim literarum ſtudiis, inſtituta hic magnis ſumptibus Schola publica, bene conſultum voluiſtis. Culpa temporum hactenus fuit in cauſa, quo minus florerent per Germaniam, vel vetera, vel nova Gymnaſia. Quæ tamen culpa, vereor, ne adeo in ſe ipſam ſit recaſura, ut certis admodum ſignis divinare liceat, brevi tempore fore, ut doctorum hominum penuria, Civitates ac Respublicæ omnes vel maxime periclitentur ac laborent, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκτὸς χοροῦ. Itaque revertar ad rem. Ego quamvis (ut paulo ante dicebam) ſtomachatus eram, valde ridiculoſa quædam ſcripta circumferri, non tamen adeo ſum ea indignitate commotus, ut ob hoc ipſe me ad ſcribendum conferrem, qui probe intelligerem, tales libros, nec ſi legantur, adferre quicquam gloriæ, nec ſi contemnantur, exiſtimationis aliquid detrahere poſſe; ſed magis animatus exemplo honeſto doctiſſimi quondam viri ac elegantiſſimi Poëtæ, Cunradi Celtis, Vrbis veſtræ dignitatem gloriamque verſibus illuſtrandam mihi deſumpſi. Quanquam vero Celtis longe fuiſſet aliud a meo propoſitum, ſicut item aliud genus ſcripti, tamen cum intelligerem, hujuscemodi ingeniorum monumenta mille caſibus expoſita eſſe, & Celtim ipſum nec ſcripſiſſe omnia, & pleraque nondum nata ſcribere non potuiſſe, exiſtimabam & ego me facturum operæ precium, ſi tam ea, quæ ſcripſiſſet ille, quam quæ non ſcripſiſſet, heroico carmine facerem non paulo illuſtriora. Nam hoc, ut exiſtimo, meo mihi jure gloriari licet, multum lucis hujus urbis gloriæ ex meis verſibus acceſſiſſe, non quia non aliunde quoque acceſſerit jam ante, vel accedere quotidie poſſit: *Sed quia doctiſſimorum virorum judicium ſemper fuit, nullo alio genere ſcripti, æque ſtabilem & certam gloriæ poſſeſſionem, ac carmine acquiri, vel quod liberior ſit in hoc genere ſtylus, & evagetur latius, eaque illuſtret & erigat, quæ, ſi oratione proſa attingas, jaceant, & quaſi ſua ſe obſcuritate ſubtrahant ac premant, vel quod æterniora putantur eſſe, quæcunque bono poëmate ſunt deſcripta.* Quanquam vero nequaquam gloriari poſſim, bona eſſe, quæ ſcribam poëmata, polliceri tamen mihi certo videor, poſſe non ita ſtatim, ac alia pleraque, interire, quæ ego quidem neſcio, an natura ulla bona, cura certe multa ſtudioque diligenti in veſtram gratiam & honorem Vrbis, cui gratum me oſtendere volebam, elaboravi. Hoc ſimul indignum judicans, cum permultos alios eruditos viros, lucubrationes ſuas vobis inſcribere, gloriamque veſtram variis monumentis illuſtrare videam, me, qui ſextum jam annum in Vrbe veſtra, veſtro etiam ſumptu ac ſtipendio vivam, nihil adhuc nominatim vobis inſcripſiſſe. Quanquam enim multos hoc quinquennio libros emiſerim,

rim, qui apud exteras quoque gentes, ſi non magno, aliquo certe in pretio habentur, tamen ſubpudet me, nihil extare hactenus, quod peculiari aliquo officio me vobis obnoxium eſſe doceat. Eo igitur conſilio libellum hunc ſcripſi, ut &, quod ipſa res erat, de urbe pulcherrima, deque me ipſo meiſque ſtudiis optime merita, non tacerem, & vobis animi mei gratitudinem ac benevolentiam, hoc non injucundo, ut opinor, argumento declararem. Vos, ſi viciſſim hanc meam voluntatem probabitis, totum hoc, quicquid eſt laboris ac operæ hic inſumptum, nuſquam alio collocatum velim. Probaturos vero, cum veſtra eximia virtus & ſapientia, cum in ſtudia literarum ac eorum ſtudioſos ſingularis benignitas ac munificentia jam dudum mihi tanquam certiſſima argumenta perſuaſerunt. Valete. Noribergæ menſe Martio, anno Chriſti M. D. XXXII.

IN

IN VRBEM NORIBERGAM ILLVSTRATAM,
PER EOBANVM HESSVM,

PRÆFATIO,

CAP. I.

VOs mihi prima novi date carminis orſa Camœnæ,
Quæ colitis placidum Pegneſi divitis amnem.
Norida luſtrantes circum genialibus vrbem
Deliciis,cultamque nova ſtatione tenentes
Herciniam, ſterili jam dudum aſſueſcitis oræ,
Oblitæ patrios colles,Heliconia regna ,
Et nemus Aonium, & acræ Permeſſidos undas.
Dicam opus æternum,veſtro memorabile cantu,
Vrbis, Teutonici qua non eſt altera regni
Nobilis aut opulenta magis, vel fortior armis,
Legibus aut ſanctis inſtructior , inclita cujus
Res ita civili floreſcit publica cultu ,
Vt non ulla magis concordia debeat Illi
Nixa bonis populo radicibus illa bonorum
Aucta magiſtratum ,meritis, virtute fideque,
Tantum alias inter clarum caput extulit urbes,
Quantum ſydereos vaga Cynthia deprimit ignes,
Quantum alias inter volucres Jovis eminet ales.
Hujus ego veras ſcripturum dicere laudes
Non auſim, nec enim capit hæc anguſtia tantum
Tam brevis illud opus, ſed ſicut in aere verno
Prata novo florum lucentia gramine, parcæ

Liban-

Libantes rimantur apes, ita nos quoque ſummis
Omnia ceu digitis tanti carpemus honoris
Maxima perpetuo dicturi carmina verſu,
Æternos quod poſſit opus durare ſub annos,
Et placuiſſe diu, numeris quia conſtet, & iſthæc
Non ita vulgatum ratio commendet honorem.
Quanquam quæ ratio, quis honor, quæ temporis hujus
Forma placere queat quam Pieris ulla coloret?
Non ſi Meonidæ, non ſi divina Maronis
Muſa ſuum præſens decus offerat, explicet, ornet.
Tam ſunt ingeniis hæc tempora dura, ſuisque
Moribus indurata malis, ut vera bonorum
Nec poſſint, neque ſi poſſint, agnoſcere curent.
Ipſa ſibi exitio propria feritate futura,
Ni ſua forte bona incipiant agnoſcere, & iſthæc
Longa renaſcentum ſtudiorum tædia ponant.
Non tamen hujus erat locus, aut hic, ulla querelæ
Majoris ratio, quia nos & dicere laudes
Vrbis honoratæ conantes nulla moretur
Temporis improbitas, & ſancti cura Senatus
Provida confortare animo, noſtrique levare
Debuit ingenij vires, majora volentis,
Quam forſan præſtare queat, ſed ut omne ſub iſto
Pondere deficiat, non eſt culpanda voluntas,
Quæ ſua propoſiti non æquet vota laboris.
Si tamen eſt auſus filo noviſſe pedeſtri,
Qui prior huic urbi potuit, nec Numine lævo,
Laudibus inſignem meritis contexere pallam:
Denique ſi quædam vulgaribus edita chartis
Sordida, & in triviis præconia nata feruntur,
A populoque legi laudatu digna videntur.
Cur mea manſuras memorantia carmina laudes
Credere laudatis metuam? Cur ſi qua placere
Tempore ſcripta queant iſto, redolentia Muſas,
Ne mea non placeant verear? quis denique tantus
Sit pudor ingenij ſibi confidentis, ut iſtum
Credere laudandum non audeat eſſe laborem?
Eximiam meritis celebrari laudibus Vrbem,
Præcipue cum ſint, qui nulla laude ferendas
Res celebrent, & magna gravi præconia verſu

Vili-

Vili bus adjiciant nullo diſcrimine, dum ſe
Venditat ignavum genus hoc, & nomine ſpirans
Magna, ſuum titulis alienis captat honorem.
Ipſe nihil famæ ludibria vana moratus,
Commoda vera ſequar, quæ ſemper laude canentes
Digna manere ſolent, & non ſpes fallere honeſtas;
  Nunc mihi dexter ades ſancti ſacer ordo Senatus,
Qui regis æquatis populoſam legibus Vrbem
Noridos Herciniæ multa quam flavus arena,
Et placido mediam Pegneſus flumine ſcindit,
Huc ades & placidas aures mentemque benignam,
Verſibus his adhibe, ne noſtri ſumma laboris
Vana ſit, & nullum ſine te mereatur honorem.

VRBIS NORIBERGÆ SITVS.
CAP. II.

EST locus, Hercinio qua ſe Germania ſaltu
Contrahit, & velut in centrum coit, undique clauſus,
Perpetuis nemorum denſa compagine ſylvis,
In ſeſe toto tractu redeuntibus ipſas
Incluſumque vago curſu facientibus orbem.
Millia pauca quidem circum ſe quaque patentem,
Sed ſterili totum ſabulo infelicis arenæ
Squalentem, neque divitiis cerealibus aptam.
Ille locus nunquam gravidas produxit ariſtas,
Aut inopes multa ditavit meſſe colonos,
Nec placidas Bacchi pulcherrima munera vites
Protulit, aut ullo vineta obnoxia cultu,
Ni cogas, etenim cogunt, tam eſt acre colonis
Ingenium, tam mens docilis, tam vivida virtus,
Vt quod naturæ eſt ipſis ratione negatum,
Arte parent Sed& hæc alias, nunc cœpta ſequemur.
Præterea locus ille aliis eſt dotibus omni
Parte ſatis felix, quo nec ſit amœnior ullus
Et media tellure ſitis, nam proxima Ponto
Excipimus, ſeu flumina ames, ſunt flumina, ſeu te
Fœtibus oblectant pleni vernantibus horti,
Non hic defuerit nativi gratia veris.
Sunt fontes, ſunt egelidi prope flumina rivi,
Sunt nemorum dulces umbræ, lætiſſima totis

Paſcus

Paſcua ſunt pratis, pecori eſt ager uber alendo,
Atque homini, nec tam populo natura maligna eſt,
Vt ſi pauca negat, neget omnia protinus uni.
Quid memorem celſis poſitas in collibus arces,
Oppidaque & pagos, totque ardua culmina villas,
Quæ magis opportuna loco mihi cuncta canentur.
Hujus in orbe loci extremo; qua vergit in Eurum,
Vrbs jacet egregiis operum circundata muris,
Ædificata ſolo ſterili, verum ipſa per artes
Facta opulenta ſuas, & florens rebus honeſtis,
Quæ, quia contigerit quondam hæc loca Norica pubes,
Norica nomen habet, juncto cognomine montis,
Cujus inæquali clivo & radicibus imis
Adjacet, Arctoi qua ſpectat ad ardua mundi
Sidera, viſendus procul arcis mole ſuperbæ.
Ipſa cavam lato vallem complexa receſſu,
More ratis, medio depreſſior, ultima ſurgens,
Hinc atque hinc tollit ceu cornua, proſpicit horum
Celſius in Boream, madidum ſubjectius Auſtrum.
Ipſe vago mediam Pegneſus flumine ſcindens
Perfluit, & varios rerum ſe præbet ad uſus
Perfaciles, ſolis nec ſordibus abluit urbem.
Qui vicini habitent populi, quæ proxima circum
Rura colant gentes, forte hoc quoque ſcire neceſſe eſt.
Norica Teutonidas media urbs regionis in ora,
Qua videt auroræ venientem a partibus Eurum,
Regna tenent fortes ſylvis incluſa Bohemi.
Proxima quæ pluviis afflatibus irrigat Auſter,
Gens vetus & nullis belli virtute ſecunda,
Rura colunt nive Rhœtæa durata Suevi,
A prope quæ ſole occiduo vincta tepeſcunt,
Magnanimi fœcunda colunt atque optima Franci.
Æquoris immunes partem, quæ vergit ad Arctos,
Duringi pingues habitant, quos inter & urbem
Pars bona de Francis intervenit, ille profecto
Omnibus hanc populis propius ſibi vendicat urbem,
Hæc natura loci, ſitus hic regionis & urbis.

VRBIS

VRBIS PVLCRITVDO ET ELEGANTIA.

CAP. III.

ORnarunt alij præſtantes laudibus urbes,
Ex quibus,ut taceam veteres, & nomina tantum
Proxima commemorem,laudavit carmine priſcam
Trevirin Auſonius, patriæ non immemor idem,
Burdegalam clara cantatam voce reliquit.
Tempore & ingenio minor hoc Sidonius,urbem
Laudibus æternis cecinit, quam diceris olim
Poſſediſſe tuo miles Decumane colono.
Nec tibi vulgari cantata eſt Lipſia verſu
Buſchi Pieridum comes inclite. Quid loquar autem
Hanc quoque (quam nobis nunc eſt nova nata voluntas
Commendare novo venturis carmine ſeclis)
Inveniſſe ſuas qui poſſet dicere laudes.
Non tamen has aliquo cantatas carmine, Celtim
Quod magis illuſtrem poterat decuiſſe poëtam.
Quod quia forte ſuis ſic poſſe placere putavit
Temporibus magis, hoc nobis opus ille reliquit.
  Nunc ego, quando alias alij cecinere poëtæ,
Noricaberga,tuas laudes, tua nomina dicam
Inclita, & æternæ tradam per carmina famæ.
Dum tamen hic dubito, quæ prima exordia ſumam,
(Tantarum confundit enim me copia laudum)
Dumque oculos animo ſequor, & contemplor in omnes
Mundiciem partes urbis, cultumque domorum
Arte laboratum, non de vulgaribus ulla,
Sed quæ rara ſolent & non niſi magna parari.
Dij quales arces, Dij qualia mœnia cerno,
Qualibus urbanas extructas molibus ædes,
Qualia perpetuo ſurgentia culmina ſaxo?
Saxo quale genus producit Norica tellus,
Arcibus æternis haudquaquam vile locandis,
Naturæ ingenio quodam: quo namque reciſum eſt,
Tempore molle fuit, facile & tractabile ferro:
Poſtquam auras tetigit ſuperas (mirabile dictu)
Dureſcit magis atque magis, roburque manendo,

Concipit, & ſenio ſuperat durante juventam,
Pluraque non patrios in ſecula prorogat annos.
Hoc lapide aſſurgunt opera omnia, publica nedum,
Verum etiam privata, domus, fora, templa per omnes
Æquatis certo regionibus ordine partes,
Supra privatos quam poſſis credere ſumptus
Sufficere, & tantas potuiſſe attollere moles,
Magnorum dicas æquare palatia Regum.
Huc licet antiquas fama æmula conferat urbes,
Vel nos vincemus, vel non cedemus honori
Temporis antiqui, quantacunque arte ſuperbo.
Non hic clara Rhodos certaverit, haud Mitylene,
Non Epheſus, duplici non æquore clauſa Corinthus,
Si ſint nunc etiam, quales quandoque fuerunt,
Atque ut prætercam longis opera edita ab annis,
Si nova nunc etiam ſpectes ſurgentia, dicas,
Poſt paulo eximiis, talem fore cultibus urbem,
Qualem non aliam præſens conſpexerit ætas,
Quomodocunque patet latis Germania campis.

AMBITVS MVRORVM VRBIS.

CAP. IV.

HIc quoque præfati veniam, ſi carminis hujus
Paupertas brevibus non clauſerit omnia chartis,
Quæ vel erant dicenda, vel olim dicta ſuperſunt,
Aut non hiſtoriæ, quo debent ordine, leges
Cuncta velut radio contexant fila ſequaci.
Hoc opus eſt Muſis omni ratione pudendum,
Nunc quoque quod faciunt vix excuſabile factum.
Hanc præfati igitur veniam quia pinximus urbis
Noridos expreſſi ceu prima inſignia vultus,
Par erat hoc etiam dictæ adjeciſſe figuræ,
Quanta ſit, ut poſitos includat dicta colores
Linea, ne dubiis forſan fallare parergis.
Vrbs mihi ſollicita nunc deſcribenda Camœna,
Omnis circuiti murorum millibus octo
Ambitur ſtadiis, ratione videlicet illa
Quatuor & bis tricenis duo millia, noſtro

More, ſed inde aufer duo millia cum quingentis
Paſſibus, hoc ſpatium eſt muris, hic ambitus Vrbi
Haudquaquam exiguæ, nec quæ ſit maxima, rerum
Proxima præcipuis, quanquam quid ad vrbis honorem
Quidve valent ad opes & honeſta negotia rerum
Murorum ingentes gyri, ſi cultibus intus
Magna vacent ſpacia, & deformia tecta ruinis
Cive egeant, quales heu, multas vidimus vrbes!
Nam dolor eſt meminiſſe, ſed hic non vlla locorum
Deſolata jacent, nullus vacat angulus, omnis
Plena, nec ipſa ſuis ſatis eſt vrbs ampla colonis.
Atque hic multa meam ſubit admiratio mentem,
Parte aliqua Solymas hac poſſe fuiſſe minores,
Quæ tantum caperent populum, quo tempore pœnas
Perſolvere ſuo crucifixo ſanguine Chriſto,
Romanoſque ſuis vinclis auxere triumphos,
Quandoquidem ſuperet Solymas hæc millibus ipſas
Plus tribus antiquas, ſi littera vera loqvuta eſt.
Quid tamen hoc refert? nec enim ſi plura velimus
Talia commemorare, modum ſtatuiſſe queamus.

MVRI, FOSSA, TVRRES IN MVNITIONE VRBIS.

CAP. V.

QVi primus tormenta ſonos imitantia tetri
Fulminis invenit, quisquis fuit ille, bonorum
Hoſtis & humanæ vitæ certiſſima clades
Ille fuit, ſtygiis hunc miſit Erynnis in orbem
Sedibus, ut placidæ turbaret commoda pacis,
Hic ſcelere & Titanas, hic & Salmonea vicit
Impietate ſua, quo nec crudelius ullum
Immiſere malum Superi, mortalibus ægris.
Quis neget iratos hoc inventore fuiſſe
Humano generi, per quem ſimul aurea pacis
Ocia ſunt turbata, ſimul pulcherrima virtus,
Militiæ vis, fama, vigor, laus, gloria, robur,
Turpiter interiere, nec unde reſurgere poſſint
Inveniunt, hoc invento victore quietis.

Hunc propter muniri Vrbes, & cœpta profundis
Oppida concludi foſſis, atque aggere cingi,
Turribus & muris defendi, hic fecit, ut eſſet
Tuta loco virtus, nec ſe jam crederet æquis
Armorum ſpatiis. Eadem tibi Noricaberga,
Cauſa fuit validis circumdare mœnibus Vrbem,
Et foſſas turresque & propugnacula muri
Addere, nam triplici muro es circumdata, quorum
Turribus interior ſtat firma mole ducentis
Terribilis, ſpatio ſe inter diſtantibus æquo;
Hunc inter mediumque interſitus agger arenæ
Perpetuo tractu circum ſubit alta patensque
Foſſa ter undenis pedibus, quam flexibus ingens
Tertius æterno claudit munimine murus.
Conferat huc aliquis veteres mihi mœnia Thebes,
Portarum numero falſis infamia ſcriptis,
Et liceat falſo portarum nomine turres,
Sicut Meonidæ nobis quoque dicere, duplo
Vincimus, & nullo tegimus mendacia fuco.
Quid nova nunc dicam ſurgentia mœnia? quantæ
Accreſcant veteri moles, quæ robora muro?
Magnorum videas, dicas opera eſſe Gigantum,
Cyclopum fabricata manu, veteresque putabis
Hic iterum muris circumdare velle Mycenas.
Quid loquar æquatas valles, montesque reciſos?
Translatosque alio tumulos? ne mœnibus Vrbis
Obſtarent, damnoque forent, ſi perfidus hoſtis
Occupet, ac tumulis protectior incubet Vrbi.
Quod fieri divina vetet clementia, & ipſos
Hac hoſtes potius condemnet clade malorum.

ARX IMPERIALIS.

CAP. VI.

Diximus occiduum qua parte Vrbs vergit ad axem,
Arcem clivoſi ſuper alto vertice montis
Eſſe ſitam, poſitæ quæ deſuper imminet Vrbi:
Vnde patet totos late proſpectus in agros,
Qui juxta circumque patent, ſylvasque patentes,

Claudenteſque plagam turritæ more coronæ.
Illa igitur celſi ſurgens a vertice montis,
Sidera celſa petit,tectis cœloque minatur.
Alta domus Regum,domus inclita Cæſaris olim,
Cum placet & quoties inviſere Norica magnis
Mœnia Cæſaribus ,namque & regaliter omni
Ædificata modo eſt intus,foris haud ita cultu
Conſpicienda pari,ſed in atri robore ſaxi
Impoſitum conſiſtit opus firmumque vetusque
Non ſecus ac medio,quæ prominet æquore rupes,
Deſpicit & ventos,& rauca tonitrua cœli,
Vi nulla concuſſa,nec ulla mobilis arte.
Sic firmata ſuo ſtat robore Norica moles,
De foris aſpicias,Cyclopia ſaxa putaris,
Intus ubi ingreſſus fueris,ſimul omnia magno
Magnificaque opera admirabere condita ſumptu,
Ornatuque pari Divorum ſedibus. Illic
Claudit inauratum conclavia picta lacunar
Plurima,ſunt illic trabibus fulgentibus aulæ,
Illic incruſtata nitent variante colores
Arte pavimenta ,& radiantes ære columnæ.
Plenaque nobilibus cælata toreumata ſignis,
Et quæ cuncta piget brevibus numerare Camœnis
Ornamenta loci, quæ multo plura ſuperſunt,
Quam canere heroi deceat modulamine verſus.
Hoc ſtetit antiqua,ſi vera eſt fama,Dianæ
Ara loco noſtriſque etiam Latonia ſylvis
Culta,Genethliaci liquit juga frondea Cynthi.
Scilicet aut ſylvas ,aut horrida bella colebant
Noſtri majores : nam ſeu pax læta vigebat,
Venatu,vitiis nondum corrupta juventus,
Ocia fallebat,doctiſſima vivere raptu.
Cum niſi parta gravi res nulla labore juvaret,
Seu fera ſanguineum reſonabant claſſica Martem
Bella ſequebantur,bello gens nata gerendo,
Illecebrarum hoſtis,duræ virtutis amatrix.
Credibile ergo magis fuerit,coluiſſe Dianam,
Quam non legitimam Venerem,vel mollia Bacchi
Orgia veſani , nec gaudia honeſta ferentes,
Vel quicquid luxu corrumpere deſide vitam,

Et patriæ queat indignos inducere mores.
Adjacet umbroſa tilietum fronde vireſcens,
Dum ſinit,& melior cum ſole revertitur annus,
Frigore grata quies ſolisque levamen ab æſtu
Igne ſuo ſteriles dum findit Sirius agros.
Nec deſunt variis vernantes floribus horti,
Quales blanda Venus, tibi pulcher Adoni, paravit,
Penſile ſuffultum ſtat opus nixumque columnis,
Quale apud Aſſyriam memorant Babylona fuiſſe,
Si tamen exiguis componere maxima fas eſt.

PEGNESVS FLVVIVS.

CAP. VII.

QValis in Æmoniis Peneus nobilis oris
Inter amœna fluens curſu laureta ſecundo
Labitur,& viridis leni ferit agmine ripas,
Talis ab æſtivo Phœbei ſideris ortu,
Piniferos placido Pegneſus flumine montes
Inter & arva ſecans pratis ſpaciatur amœnis,
Norica lenifluo donec ſe in mœnia lapſu
Inſinuans, mediam placido fluit amne per Vrbem,
Magnificasque vadis hinc atque hinc alluit ædes,
Lenibus ipſe ſuis magis ac magis edita ripis,
Culmina miratus, ſemperque recentia cultu
Tecta novo ſpectans, pontes ſubterfluit altos
Bis ſenos, quorum quidam de marmore ſtructi,
Quidam ſublicii, diverſis partibus Vrbem
Conjungunt: ſubit ille rotasque & ſaxa molarum
Corripiens rotat, ac victricibus atterit undis.
Nam tenet innumeras, non tantum farra molentes
Littus utrumque molas, ſed & atri fragmina ferri
Cudentes, duraque trahentes forcipe lamnas
In minimas, donec ceu fila ſequacia partes
Diducant longi ſtridentia pondera ferri.
Vno igitur primos illapſus flumine muros,
Scinditur in geminas, ubi naſcitur, inſula partes,
Inſula, congeſto, quæ ſumit ab aggere nomen,
Lata ſatis, ſpacioque ſatis planiſſima longo,
Efficit hippodromum, videas certamine multo

Corni-

Cornipedum curſuque teri, cui margine utroque,
Prætexunt virides umbracula frigida ſylvæ,
Cum furit & nimios igniti ſyderis æſtus
Sirius ardor agit, tilietum ſubter amœnum.
Ille locus gratas præbet ſpaciantibus umbras,
Ad ripas utriusque vadi, tum plena lavantum,
Et relevantum æſtus gelidæ ſub tempora noctis
Flumina conſpicias, ibi velamenta puellæ
Linea vicini madefactant fluminis unda,
Et multo madidis immiſſo Sole colorant,
Donec in optatum certent nive verſa nitorem.
Sunt quoque naſcentes illic medicantia thermæ
Balnea corporibus morborum tabe gravatis,
Artificumque domus tenuiſſima fila trahentum,
Texentumque novos pannos, majoribus olim
Inſuetum genus, & noſtra vix Vrbe receptum
Nuper, & augendis opibus ſucceſſio facta eſt.
Inde in ſe rediens unum coit amnis in alveum
Vnus & ipſe fluens, donec diſcrimine rurſus
Diſſectus duplici, partem circumfluit Vrbis
Exiguam, clauditque forum, quo quicquid abuſu
Diſplicuit, vel jam vetus eſt, vel inutile, venum
Adſolet exponi, poſt hoc ſibi rurſus ad imum
Redditus elapſum, ſubit extra mœnia curſu
Lenifluo, multis paribus piſcoſior amnis.
Piſcibus innumeris, ſiquidem Pegneſus abundat,
Non ſtupidis, non inſipidis, non qualibus ajunt
Eſſe lacus plenos atque exundare paluſtres,
Qui limum turpisque trahunt cenoſa fimeti
Pabula, ſed vivi gaudentes fluminis unda,
Fercula jejuno præbent jucunda palato.
Nomina quis referat? quorum vel barbara quædam,
Vel ſunt nota parum, nec idonea carmine dici,
Salve amnis victure diu, ſi forte Camœnas
Vlla manet noſtras venturæ gloria famæ.

PRÆ-

PRATVM ALLERIVM.

CAP. VIII.

ERgo ubi ſe fluvius tulit extra mœnia, pratum
Alluit, & leni complectitur agmine, quantum
In longum poſſunt quingenti extendere paſſus,
Allerium dixere patres: nec provida mutat
Nomen poſteritas rationem nominis hujus.
Nec moror ipſe, eadem nec dicitur eſſe per omnes.
Quis queat illius prati vernantis honorem
Æſtivumque decus verbis æquare canendo?
Non mihi tota ſatis fuerint Peneia tempe,
Si quis ad hæc divum loca transferat, aut Sicularum
Regna voluptatum, quas aut in vallibus Ætnæ
Herbiferis, aut ad gelidum miremur Helorum.
Non ego delitias tales vidiſſe putarim
Thraca ſub Hemigenis labentem rupibus Hebrum,
Quales hic Pegneſe vides, cum floriger annus
Regnat, & effudit plenum nova copia cornu.
Huc ex Orchomeno Charitas migraſſe putaris,
Atque adeo nudas ſeſe exhibuiſſe videndas
Atque amplexandas, ita dotibus omnia fulgent
Hæc loca nativis, alias hic frigida mitis
Aura movet, ſerie quas area longa quaterna
Continet impoſitas, quam totam ingentibus umbris
Pene tegunt, gravidosque levant ſubeuntibus æſtu
Aera largifluum, ſuffundit fiſtula rorem
Tam gelidum, quam ſi brumali frigore manet,
Tam liquidum, quam Blanduſiæ ſit vitreus humor,
Caſtalium dicas fontem, aut Aganippidos undæ
Huc aliquam tacito delatam flumine venam.
Si modo ſint Muſæ, quæ Norica flumina potent,
Quanquam ſunt etiam, ſed nos decora inclita prati,
Convenit Allerii nugis deducere omiſſis.
Parte quod a læva tranquillo cingitur amni,
Dextera colle viret modico, leviterque remiſſum
In clivum ſurgente, ſed hortis arboribusque
In ſpeciem nemoris cultum, quibus involitantes

Vernant argutæ volucres, & vocibus auras
Dulciſonis mulcent, ſeu Phœbus mane renaſcens
Infudit rebus quem nox tulit atra colorem,
Seu cum ſumma tenet, ſeu cum petit ultima cœli
Limina, Atlantico tincturus in æquore currum.
Ille locus nunquam vacat, aut conſortia neſcit,
Non tamen usque adeo capit immoderata voluptas
Iſta loci neque ſic mores evertit honeſtos,
Vt quicquam vel turpe gerant, vel inertia tractent
Otia, civiles nec reſpicientia leges,
Quicunque iſta colunt læti viridaria prati:
Nec quisquam de tot ſubeuntum millibus unquam
Jurgia funeſtæ movit diſcordia pugnæ:
Tantus amor populo, tam cura eſt ſedula pacis,
Tam fundata bonis concordia legibus hæret
Omnibus inconcuſſa, nec eſt, qui ſolvere tentet.
Nam ſcelus auſurum vera ultrix pœna feroci
Addita præſcripto, quoniam ſunt multa malorum
Millia, nec tanto in populo ſine legibus unquam
Tranſierint iſtæ ſine cæde & ſanguine turbæ
Extra præcipue cohibentia mœnia ſontes.
Quid memorem, quoties levibus certare ſagittis
Collibuit, quam pulchra locum notet area, circum
Clauſa novis trabibus, quem nullæ deſuper umbræ
Impediant, quam colliculo ſtet condita turris
Editiore ſcopum retinens, tum ſi qua frequenti
Sint ſtata, ſicut ſæpe ſolent, certamina ludo,
Ficta torevmaticis ſtatuunt tentoria ſignis
In medium, adverſæ contra ſignacula metæ,
Vnde queant poſitum jaculis contingere circum,
Non oræ tantum Pegneſidos accola civis,
Verum etiam veniens aliis ex Vrbibus hoſpes.
Vidimus hoc etiam magnos certamine Reges;
Vidimus Heroas claros, famaque ſuperbos
Decertare Duces, in amœni pulvere prati,
Prati carminibus noſtris nunc nobilioris,
Quam vel præſtiterint variis tot ſecula ludis,
Vel præſtare queat venturis ulla diebus,
Æquatura licet regales pompa triumphos.

LAVS VRBIS A CLEMENTIA COELI.

CAP. IX.

QVid quod non aliam clementior aëris Vrbem
Spiritus afflavit, nec enim, pulcherrima ſane
Ædificata loco, vitiantes accipit Auſtros.
Corpora letiferi pereuntia tabe veneni
Sæpius ut fama eſt vinoſæ mœnia Lesbi,
Artifici ſtructura operum, ſed peſtilis auræ
Illapſu fundata: ſed hanc neque peſtifer ullus
Ventorum contingit odor, quia dura ſalubris
Poſſidet arva ſoli, quod nec fregere paluſtres
Illuvie fœda, & vitiato humore lacunæ,
Frigida nec terras exhalant rura Mephites.
Cum neq; ſulphureæ ſubeant per concava venæ,
Antra ſalebroſas ſubter ſqualentia rupes,
Sed ſterili regio tota obducatur arena,
Et ſubtus niſi ſaxa jugo concreta perenni
Dulcibus adſoveantur aquis, ac tota rigetur
Ora probabilibus potuq; ſalubribus undis.
Haud unquam ſic ullus ab his vapor ater ad auras
Exhalet, latebris qui triſtibus aëra fumis
Inficiat, virusque nocens in corpore ſpargat.
Adde quod hyberno plaga Norica frigore nunquam
Torpuit hirta nimis, nec iniquis ſolibus arſit
Temporis æſtivi nimium, ſed utraq; viciſſim
Temperie gaudens, raro mala tempora ſenſit,
Corpora tabe ſua graſſantis in omnia peſtis.
Hinc etiam vigor ille animorum, hinc vivida gentis
Ingenia exultant, quando ſolet aëris idem
Qui ſuit eſſe animis habitus, quando inde trahuntur
Virtutes, vitia, & peſtes, rerumque figuræ:
Qui quia Germani latiſſima regna per orbis
Purior eſt nulli, nullique benignior Vrbi,
Non alibi meliora vigent in rebus agendis
Ingenia, aut animi magis ardua facta ſequentes,
Corpora quin etiam multo robuſta labori
Sufficiunt, & militiæ ſatis apta juventus.

SYLVA VRBI CIRCVMFVSA.

CAP. X.

Circuit incluſam pulchris amplexibus Vrbem
Sylva patens paſſum par millia quinq; receſſu
Interiore ſui, vel paulo plura, nec ulli
Hercinia nemorum cedens, ſi commoda ſpectes,
Aut etiam quæ ſylvarum ſolet eſſe voluptas
Te juvet, atq; animi tantum oblectamina quæras.
Namq; nec immenſis horrendos cornibus Vros,
Nec ſtupidas gignit prælongis cruribus Alces,
Qualia Sarmaticæ paſcunt animalia ſylvæ,
Olim etiam noſtras non ignorata per oras,
Dum magis incultis Germania ſaltibus eſſet
Horrida, quæ proprio nunc eſt ita ſplendida cultu,
Vt nulli poſſit terrarum cedere, verum
Cuilibet æquari, quæcunque ſit Vrbibus amplis
Prædita, & uberibus cultiſſima floreat agris.
Sunt tamen & nemora, & ſaltus, & plurima ſylvæ
Copia, venantum ſtudiis accommoda, nec dum
Arboribus nudi montes ingentibus omnes,
Vnde ſit innumeris vis prodiga materiei
Vſibus, & noſtræ ne ea deſit gloria genti.
Quam vacui nunquam præſtarent jugera campi.
Talis & hæc, cujus nobis nunc maxima ſylvæ
Vtilitas memoranda fuit, quæ Norica circum
Mœnia proſpiciens, ſimul amplis fructibus Vrbem
Afficit, & multa, quæ magna eſt gloria, ditat
Dote voluptatum, quæ cum ſit honeſta voluptas,
Non ſpernenda fuit, ratio ſed maxima honeſtæ
Vtilitatis erat, cujus ſi carmine dici
Haudquaquam ſimplex facies potuiſſet in ullo,
Hoc etiam mihi dicta fores, nunc commoda præſtas
Plura, brevi quam quis poſſit comprendere verſu.
Materia quodcunque ad opus, quacunque redundat.
Semper inexhauſto frondeſcent germine, quamvis
Innumeras laſſes, tot ſecula cæſa, ſecures,

Quod genus hoc Muſæ? ratio quæ? quasve per arteis
Sylva nec immunis, nec maxima durat, & omnes
Viribus ipſa ſuis velut æmula creſcit in annos.
Gens nemorum ſtudioſa, ſuas Germania ſylvas
Ipſa parit cogitque novo pubeſcere fœtu.
Cum vel arena ſiti ſterilis confecit iniqua,
Vel labor excidit diuturnus & arida iacta eſt
Planities, tum ne jaceant loca vaſta reciſis
Arboribus, nova conficiunt, & ſemina mittunt
Sparſa ſolo vacuo, campisque injecta relinquunt.
Tum videas prodire novas ſine ſtipite frondes,
Mox quoque colliculos tenues, tum cortice robur
Adcreſci parvosque umbram defendere ramos,
Exiguam, teneramque novo de germine ſylvam
Surgere, & in patrias paulatim adoleſcere formas,
Donec in antiquum redeat decus, altaque cœlo
Attollat capita, & concuſſo vertice nutet,
Laſſatura iterum patrias jam ſylva ſecures.
Has aliæ innumeræ per tot jam ſecula, terræ,
Neſcivere artes reparandarum ſylvarum
Inventrix docuit Germania, tanta cupido eſt,
Tantus amor nemorum, quorum vel blanda voluptas,
Vel gravis utilitas ſit reſponſura labori.
Cætera namque ferunt ſpacioſis jugera campis,
Sicut & hæc intra late proſpectat & extra
Vicinos plenis flaveſcere meſſibus agros.
Hæc eſt Hercinia multum pars inclyta ſylvæ,
Norica quæ longo circumdat mœnia fluxu,
Extirpata diu, niſi ſic recidiva maneret,
Magna parte ſui, poſtquam defecit, & ipſam
Se reparans, ſemperque nova ſibi prole renaſcens.

LAPIDICINÆ, EX QVIBVS VRBIS ÆDIFICIA FIVNT.

CAP. XI.

HÆc eſt Hercinii longo pars inclyta ſaltus,
Circumfuſa vagis incluſæ amplexibus Vrbi,

Quæ non tecta modo civilia materiei
Felici ubertate omnes conſervat in annos,
Nec tantum bona delitiis, aut denique blandæ
Nata voluptati, ac pinguis fœcunda ferinæ,
Verum etiam generoſa ſuo ſe marmore jactat.
Quod fundis lapidum creſcentem ſemper ad Vrbem
Mittit inexhauſtis, qua proxima ſpectat ad ortus
Hybernos aurora tuos, declivis in Auſtrum
Diſsita, vix paſſum tria millia, tam prope tantas
Naturæ produxit opes clementia, tanta eſt
Illius ubertas, tam dives copia ſylvæ.
Nam juga paulatim qua ſurgit in ardua, totis
Saxea viſceribus ſubſunt ſola, dixeris unum
Eſſe omnes lapidum colles, nam pluribus antris
Eruitur, paſſimque ſpecus nativa theatra
Saxifragi ducunt, unoque e marmore muros
Ingentes, nuſquam rimæ, non vulnera ſaxum
Vlla per integrum, niſi quæ fecere ruendo
Cædentes latomi, lapidoſi viſcera montis.
Nam cuneis ſcindunt, multa vi fiſſile ſaxum,
In partesque ſecant varias, quadrasque recidunt
Informes gravibus poliendas inde dolabris,
Artificique manu ſtructuræ in nomen ituras.
Aſsiduo videas ſtudio fervere laborem.
Fruſta recidentum camerati e fornice ſaxi,
Atque ipſos pendere velut de rupibus altis,
Molirique ſuis e ſedibus ardua montis
Viſcera ſaxifrago valles plangore reſultant.
Illi operi incumbunt, atque ictibus aëra rumpunt
Perpetuis, jam ſaxa cava de ſede reciſa
Prona ruunt, vaſtoque trementem pondere terram
Concutiunt, longo ſonitu nemus omne remugit.
Nec minor his labor eſt, qui fortibus ordine longo
Curribus expediunt, & in Vrbem ſaxa reportant.

FONS AD LAPIDICINAS.

CAP. XII.

PRætérea arbòribus locus eſt & amœnus,& umbris
Frigidus,& juxta fons in convalle propinqua.
Abiete ſub nigra manat gelidiſſimus unda,
Incluſus ſecto lapidi, ſitientibus olim
Dulce refrigerium, non illum Solis iniqui
Contingunt radii, non denſum frigus adurit,
Tam rami nemoris ſemper frondentis inumbrant,
Et munit natura loci; nam preſſus in ima
Valle coarctatur lapidum munimine pulchro,
Vt ſi forte ſitim ſis extincturus, ad ipſum
Deſcendiſſe tibi ſit per bis terna neceſſe
Limina junctorum graduum, nec prodiga tantum
Præbet adhærenti latomorum pocula turbæ;
Verum etiam urbanæ ſæpe oblectamina plebi,
Matronis, ſenibus, pueris, nuribusque puellis
Exhibet, ſive etenim dum formoſiſſimus annus
Permittit, veniunt, & vina liquentia ſecum,
Vina cibosque ferunt, & grati fontis ad undam
Sylveſtri celebrant convivia læta ſub umbra.
Ipſe ego (nam memini) luſtro jam rite peracto,
Ad fontem ſalientis aquæ cum ſæpe venirem,
Tam ſum conveniente loci dulcedine captus
Illius, ut cuperem tentoria figere, & illis
Exigere hoc reliquum (Muſis præſentibus) ævi.
Et locus eſt Muſis certe ſic commodus ipſis,
Vt ſi forte velint noſtras habitare per oras,
Non alium legiſſe locum, nec quærere vellent,
Non alios fontes. Sed enim quia fonte ſub iſto
Sæpe Venus latuit, levis & ſua tela Cupido
Torſit ab his latebris, per inertia pectora amantum,
Diffugere Deæ, non tam loca pulchra peroſæ,
Quam non eſſe loco ſua commoda, qualia vellent,
Qualia vel deceant Heliconia templa colentes.

❧(o)❧

ARMAMENTARIUM URBIS PUBLICUM.

CAP. XIII.

AD luſus natæ, non ad dicenda Camœnæ
Arma mihi, nunc arma mihi memorare neceſſe eſt,
Sed tantum memorare, nec in fera prælia ducta
Nec bello commiſſa, ſed in fera bella parata:
Qualia nulla prior vidit nec protulit ætas,
Talia in eventum quemvis ſpectantia belli,
Continet una domus, domus una, ſed ampla receſſu
Multiplici, rerumque capax, quis talia Regum
Arma habuiſſe queat? quamvis nunc omnia multis
Artibus armorum loca ſint pleniſſima, nulli
Contigit, illa tamen tantarum gloria rerum,
Quantas hic populus cumulatis poſſidet armis.
Quid moror in minimis, & nomina parva canendo
Defraudem majora loco? Quis dixerit autem,
Quis facile expediat, quot millia chiriboardæ,
Quot baliſtarum pendentum, quantus acervum
Congerat haſtarum numerus, vis quanta bipennum,
Quis modus harpagonum: quis ferrea tela, ſecures,
Herculeasque ferat clavas? quis in ordine glandes
Multiplici poſitas, globulosque ex ære rotundos?
Quid clypeos frameasque loquar, gravidasq; pharetras?
Aclidas, Anconasque, Macedoniasque ſariſſas?
Quid tormenta vagas jaculantia in aëre flammas,
Saxaque deciduo ſternentia pondere quicquid
Contigerint? quid mille aliis data nomina telis?
Omnia quis numero capiendis Urbibus apta
Inſtrumenta queat comprendere? longior æquo
Efficiar, ſi cuncta velim deſcribere, quorum
Nomina vix capiunt faciles horrentia Muſæ.
Verum age terrifici veriſſima fulmina Martis
Expediam, ſonitus dictas de nomine rauci
Bombardas, hominum clades, rerumque ruinas,
Murorum tormenta, Deorum ſigna furoris.
Tales mille tamen, videas hic ære ſonoro
Artifici factas opera, ſtant curribus altis

Innixæ validiſque rotis, ſtant ordine longo,
Et vario tormenta Jovem motura tonantem,
Terribiles viſu formæ, licet arte magiſtra
Nulla laborati major ſit gratia facti.
Illas ſæpe videns aliquis dubitavit, an eſſet
Plus operæ pretii, quam quod foret artis in illis,
Cum tamen ex æquo ſpacio conſtaret utrumque.
Nam quia non usquam fundendi operoſior æris
Gens alia eſt, Europæ inter latiſſima regna,
Quam quæ de veteri, ſi vera eſt fama, profecta
Noride nomen habet, quæ nunc impoſta ſubacto
Mœnia Pegneſo colit, haud res mira videri
Debuit, his alias ſi vincit rebus & Vrbes,
Et populos, quando hæc etiam majoribus ætas
Prævalet armorum ſtudio, decore artis & uſu.
Nam quid ad hæc collata queant vetera arma videri?
Queis neque nunc ratio ulla, nec eſt locus ullus, ut olim
Ariete cum duro quaterentur mœnia, necdum
Tanta Cyclopæos afflarent fulmina muros,
Diruerentque etiam validas uno impete turres.
Feliceſque quos illa tulit prior omnibus ætas
Aurea, & inſani ſtudiis innoxia belli,
Et nihil armorum, nec talibus indiga rebus,
Quæ nunc pacificæ tollunt commercia vitæ.

HORREA PVBLICA.

CAP. XIV.

VRbis in Herciniæ medio ſterilique locatæ
In regione ſitum quis neſciat? unde nec uſus
Divitis uber agri, nec earum copia rerum
Vlla ſit, unde famem propellere poſſit egentum
Turba hominum: tamen ex aliquo ceu divite cornu
Affluere huic populo, quibus & ſe poſſit abunde
Atque alios plures, quis non miretur? in annos
Paſcere, ſi qua ferat rerum fortuna novarum
(Quod procul avertant Superi, tranquillaque pacis
Dona ſalutiferæ noſtris ſupereſſe diebus
Annuat atque omnis tribuat Deus arbiter ævi.)

Copia

Copia qua ratione tamen tam fertilis Vrbi
Affluat huic, ut pauca loquar, nec ſingula dicam,
Vt taceam prudens, quibus artibus iſta Senatus
Proſpiciat, qua ſunt reliqui moderamine cives.
Publica fruge gravem ſunt horrea multa per Vrbem,
Horrea Trinacrii nunquam ceſſura coloni
Meſſibus, & flavo quæ Gargara ditia cultu,
Et quæ mirentur Lybiæ Cerealia rura,
Horrea frumentis pleniſſima: finxeris autem
Eſſe humiles fortaſſe caſas; ne talia fingas.
Horrea ſunt magnorum operum, atque ingentia tecta,
Magnificæque domus, quarum par quælibet altis
Arcibus eſſe queat: ſed non quam ſtructa decenter
Exterius, ſed quam ſint intus ditia, refert,
Quam jaceant frumentorum genera omnia magnis
Accumulata tot annorum per ſecula acervis.
Et licet accumulent nunquam non horna vetuſtis,
Plus veterum tamen eſſe ferunt, eademque manere
Poſſe decem decies, decies quoque quinque per años,
Quorum multa tibi præbebunt horrea noſtra.
Sive igitur dura ſævus, quod abominor, hoſtis
Obſidione premat, non Vrbi copia deerit
Quarumcunque opus eſt per talia tempora rerum.
Non tantum frumenta etenim cumulata reponunt,
Verum aliis etiam penuaria plurima rebus
Plena tenent, quibus excidium propellere poſſint
Incumbens, hoſtisque minas contemnere inanes,
Tempora ſeu diræ famis inclementia cœli
Duxerit aut duri ſternens furor omnia Martis,
Nulla erit hic metuenda fames, quæ corpora letho
Hauriat, aut miſeros cogat ſua pignora cives
Deſerere, atque cibos aliena quærere terra.
Poſſumus hoc teſtari etiam, quod vidimus ipſi,
Cum paucis annona fuiſſet carior annis
His aliquot, quali cives pietate Senatus
Foverit afflictos, rerum & pietatis egentes.
Namque ubi cocta Ceres magno veniret, & eſſent
Omnia difficili ſtipe per fora cuncta paranda,
Horrea clauſa diu reſerari juſſit, & inde
Sumptibus expoſitas magnis compinſere fruges,

Et populo Cereris juſtiſſima pondera vendi
Dimidio pretio illius, quo publica paſſim
Per fora vendebant alii, penuria donec
Deſiit, & rediit Chriſto duce frugifer annus.

CVRIA.

CAP. XV.

SEd quo te memorem domus inclyta carmine? cum ſis
Non minima aſſumpti pars nec ſpernenda laboris,
Curarum domus, & ſancti veneranda Senatus
Regia, Scotigenæ quæ proſpicis alta Sebaldi
Culmina, viciniq; vides fora maxima circi.
Quanquam nemo ſatis te carmine pinxerit ullo
Pro meritis, pro laude tua, cui cedere jure
Debeat antiqua notiſſima curia Tulli.
Aggrediar tamen, & tantæ non omnia parvo
Ornamenta domus referam, ſed pauca libello,
Quæ ſi non alio memorabilis eſſet honore,
Hoc laudata ſatis fuerat, quod talibus eſſet
Ingeniis habitata patrum, qui maxima rerum
Pondera cum ſubeant, poſſunt & maxima ferre.
Nunc eſt & reliquis ornatibus aucta, ſuperbo
Structurarum opere & luxu loca ſancta decenti,
Non nimio tamen, aut muliebriter informato,
Sed caſto, dignoque viris: nam plurima Regum
Continet exterior ſimulachra, heroica geſta,
Picta per effigies auro minioque ſuperbas.
Intus fornicibus ſurgunt de marmore ſecto
Atria, non ullo non tempore pervia, quorum
Clauſa pavimento, ſubter loca carceris umbræ,
In quibus aut meritos pœnam aut quos ultima fato
Supplicia expectant, cuſtodia dura coërcet.
Inde gradus ſurgunt duplices, quibus itur in aulam,
Aulam tam juſto ſpacio quam divite cultu
Conſpicuam, totamque ſua ſibi mole patentem,
Nulla columnarum ſeries interſecat, aut quæ
Libera præpediat ſpatia, aut teſtudinis altæ
Pondere ſuſtineat, fulget laquearibus aureis

Nuda ſuperficies, faſtigia ſumma relucent
Auratis trabibus, connexique ultima tecti
Limina, ſubjectis multum eſt in partibus aurum.
Plurima parietibus fulgent decora inclyta pictis,
Sive Ducum, quos juſtitiæ pulcherrima vexit
Gloria, ſive hominum, per honeſta exempla beatis
Æquiparandorum Superis: hic illa ſeveræ
Juſtitiæ ſedes, & dignum laude tribunal,
A quo nemo inſons unquam, niſi victor, abivit,
Nemo nocens unquam potuit, niſi victus abire.
Parte alia (nec enim ſimplex domus illa, nec una eſt,)
Maxima porticibus ſurgunt conclavia latis,
Digna Deum dapibus, Regum digniſſima menſis.
Tam ſunt magnifico parte omni ſplendida ſumptu,
Tam jucunda gravem commendat gratia luxum,
Pulchra ſuis videas fulgere toreumata ſignis,
Nec tam facta manu, quam ſponte enata putaris:
Nec deſunt tabulæ præclara opera excellentum
Artificum, poſitæque alios icones in annos
Clarorum Heroum, quos majeſtate verendos,
Majeſtas plus ipſa loci commendat. Vt autem
Plurima prætercam non his dicenda Camœnis:
Quid gravis eximium loquar Auguſtale Senatus?
Quo ſacer ille Patrum chorus, & clariſſimus ordo
Confluit, & ſummis urbana negotia curis
Verſat, & æquata metitur cuncta bilance
Pondera, cœliferos delaſſatura Gigantes.
Sed tamen hic nolim diſertior eſſe videri,
Ne malus obtrectet, ſicut ſolet omnia, livor,
Forſitan & cauſam dicat quæſiſſe ſerendi
Auribus incautis fucum facientia verba.
Hoc metuens nihil adjiciam, nihil amplius addam,
Vix etiam hæc auſus paucis attingere verbis.
Inde canam potius, quæ plus habuiſſe favoris,
Et minus invidiæ poſſint, nunc cœpta ſequemur.

FORVM MAXIMVM.

CAP. XVI.

IAmq; fori magni ſi proſequar omnia verſu,
In quibus hic populus diverſa negotia tractat,
Offendam placidas nimiis ambagibus aures;
Non quia non meritæ ſunt hæc quoque nomina partes,
Sed quia de multis ego ſcribere pauca volebam,
Quæ cum ter tria ſint,de ter tribus attinet unum
Dicere,quod reliquis cum ſit ſpatioſius, omni,
Prævalet hoc etiam,quod & eſt pretioſius ipſa
Cultus luxuria, rerumque frequentius uſu.
Cujus ad æquales quadrangula linea partes
Ducitur,æquali ſpatio ſibi diſſita ab omni
Limite,ſic quadrata fori ſit forma patentis
Terque quaterque decem paſſus, vel plus minus,omni
Parte ſui ſpatiis tam ingentibus area quadrat,
Tam celebris non pauca fori commercia poſſem,
Si numerare velim, quæ vulgi poſtulat uſus,
Omnia quæ populo venduntur,emuntur,aguntur,
In medio conventa foro, quod tempore nullo
Ceſſat,& inſano ſtrepitat prope murmure turbæ
Aſſidue eo euntis,& inter ſeſe agitantis,
Magnaque, parvaque,facta infecta negotia rerum:
Millia tot capitum,nullo non pene dierum
Conveniunt,ſtrepitu,tanto fervore forenſi,
Vt ſi cui vel apum libeat componere denſis
Agminibus,cum tota ſuis examina lucis
Conglomerantur,& arboreis in frondibus hærent,
Vel formicarum verno ſub Sole ferenda
Mole laborantum turbis,non frivola peccet.
Non etiam ſimili non poſſit imagine duci
Vſus & appoſita rem demonſtraſſe figura,
Quando per ingentem Germani nominis oram,
Non aliam populus numeroſior incolit Vrbem.
Nec minus eſt facies ſpecioſa & ſplendida pulchri
Quam ſpatioſa fori,namque undique pulchra coronant,

Atque opera atque domus pulchræ ſumptuque ſuperbæ.
Vtque aliquid (quoniam locus iſthoc poſtulat) horum
Libemus, paucis quædam libet edere verbis.

FONTIS PVLCHERRIMI
DESCRIPTIO.

CAP. XVII.

A dextra regione fori, qua clivus ab Arcē
Definit extremus, ſtat pyramis acta ſub auras
Perſpicua, & variis operum cælata figuris,
Marmore tota nitens, atque auro tota coruſcans,
Crebra pylis, & multiplici, tanquam ordine ſtructis
Turribus aſſurgens, topiaria dicere poſſis
Eſſe opera, at mollem non fallunt marmora tactum.
Circumſtant ſimulachra virum de marmore ſculpta,
Atque auro cælata, quibus florere per orbem
Cura fuit rebus per fortia facta gerendis.
Totum opus exterius circumdat ferrea ſepes
Cancellis contexta ſuis, de marmore Crater
Intus, & undanti refluens aſpergine labrum,
In quod defluit unda, bis octo canalibus æreis,
Quos capita humano rictu deformia ſævis
Dentibus apprenſos retinent, teretesque tenaci
Ore ſpuunt undas, quarum non larga ſcaturit
Illo vena loco, ſed quam de fonte ſequaci
Terreſtris longo deducit fiſtula tractu.
Non ut aquas olim plures Romana ſolebat
Ducere, & objectos terebrare potentia mōntes,
Atque æquare cavas, ſtructa teſtudine, valles.
Noſtrum opus eſt operæ levioris, & approbat ætas
Ipſius hæc uſum. Quare, ſeu nomine fontem,
Seu quis caſtellum (quod nunc deſcribimus) olim
Hoc opus appellet, nihilum peccarit opinor,
Dummodo non merita fraudata hæc laude feratur
Pyramis, æternumque ex noſtro carmine nomen
Inveniat, quem nos fontem dixiſſe juvabat.

TEMPLVM VIRGINIS MATRIS IN FORO.

CAP. XVIII.

AT parte ex alia Templum adjacet, hoc opus ipſi
Non vulgare foro decus ædificavit honori
Matris Chriſtiparæ, quæ quartus nominis hujus
Carolus Auguſtus Romani inſignia geſſit
Imperii: doniſque volens Regalibus auxit
Templum a ſe poſitum, foribusque inſigne ſuperbis,
Quæ fora proſpiciunt, auroque & imagine multa
Veſtibulum adjecit, cujus ſuprema theatri
Pars ſpeciem præfert, & ſi res poſtulet, uſum:
Namq; ex hac (velut arce) hominum conventib. amplis
Relliquiæ monſtrabantur, jam nuper adhuc dum
Carole Magnæ tua, & noſtrorum inſignia Regum,
De cruce ſalvifica, & quæ Chriſti exangue perempti
Tranſiit haſta latus, non aſpernanda profecto
Munera, ſed veneranda etiam, ſi ſola vetuſtas
Commendat, meritorum haud imemor, aut male grata
Non etiam cultus nimio obſerventur honore,
Sicut adorantum. Sed nos ad cœpta feramur,
Hoc ſeu veſtibulum, ſeu verius æmula priſcis
Porticus iſta foro lucem & decus adjicit ingens,
Quæ cum magnifice cælata ſit intus & extra,
Ex imo pede adusque alti faſtigia tecti,
Diverſorum operum formis, variſque Deorum
Atque hominum ſtatuis, etiam, cum poſtulat uſus,
Præbet adorantum populo ſpectacula Regum,
Infantique Deo ſua myſtica dona ferentum.
Quæ ſuper æquales, auratus circulus, horas
Indicat, & ſonitu notat æris nola canori.
Tam ſpecioſa igitur, tantoque extructa labore
Porticus, impenſis templum ſuperaverit ipſum,
Cui conjuncta patens, in partes quatuor hæret.

XENO-

XENODOCHION MAXIMUM INTRA URBEM.

CAP. XIX.

SI quis honorificam qui laudibus evehit Vrbem,
Noridos Herciniæ, ſummum pietatis honorem
In miſeros, & in afflictos, & rebus egentes
Prætereat, non ille ſatisfeciſſe labori
Aſſumpto queat, aut vere laudaſſe videri.
Non alium ſiquidem populum per Teutonis oram
Munificum magis aut vera pietate priorem,
In miſeros facile invenias, tot præſtat egenis
Officia, & totam tot Xenodochea per Vrbem
Inſtituit, quorum quod prævalet omnibus atque eſt
Eximium, nunc carmen erit, ſed ut omnia paucis
Cætera quæ canimus, Medio jacet Vrbis ad amnem
Illa domus, cui ſive voles dare nomen ab ægris,
Sive dare hoſpitibus, jus & fas cuilibet eſto,
Dummodo res conſtet nobis, nunc Xenodocheium
Arriſit, ſiquidem verſu riderer inepto,
Si Noſocomion dixiſſem, aut Noſocomion,
Et ferme his deſunt Romana vocabula rebus.
Illa igitur domus in ripa Pegneſidos undæ
Vrbe ſita eſt media, ſpecie pulcherrima, ſumptu
Splendida, ſtructura inſignis, quo nomine magnorum
Arcibus æquiparanda Ducum: nam magna vetuſtæ
Acceſſit domui pars nuper, ut amplior eſſet,
Atque capax hominum magis, ut creſcentibus annis
Creſcit, & urbanæ major fit copia turbæ,
Atque ideo plures etiam, quos triſtis egeſtas
Opprimit, aut morbo populari corporis artus
Deſtituunt, nec cura domi potis ulla levare eſt,
Quin pereant, dulceſque relinquant luminis auras
Rebus in anguſtis, & dura ſorte coacti:
Ni cito magnifici pietas animoſa Senatus
Suſcipiat, curamque aliis quoque mandat haberi,
Qui domui præſunt, quorum domus omnibus apta eſt
Iſta miniſterio miſeris, & agentibus ægris,

Quorum ingens numerus,quæ ſemper maxima turba eſt:
Sumptibus immenſis alitur,ſed & arte medendi
Præditus,ingenti conducitur ære Machaon:
Qui levet auxilio,quibus eſt opus,atque ita ſervet,
Quos patitur ſervare datam natura per artem,
Vſibus iis præſens,ut ſit medicina, ſub ipſis
Ædibus adjectum eſt non pharmacopolion ulli
Deterius,totam quæ ſunt non pauca per Vrbem.

TEMPLVM XENODOCHIO JVNCTVM.

CAP. XX.

His etiam adjunctum templum vetus ædibus hæret:
Non tam mole ſua, aut ulla memorabile cauſa,
Quam quia relliquias (quas diximus ante)receptas
Continet & Romanorum diademata Regum,
Queis ſine nec fieri Cæſar,nec verus haberi
Auguſtus poterit,ſi non inſignia ſumat
Hinc ſua: Cæſareæ namque eſt hic illa coronæ
Gloria,qua regni conſtat jus atque poteſtas
Maxima Romani(namque hoc nunc more loquuntur.)
Hæc,quoties alicui defertur tanta poteſtas,
Hinc petitur,delata huc conditione refertur.
O decus,o Vrbis pulcherrima gloria noſtræ,
Quæ ſola hanc meruit,quæ nulli contigit urbi
Gloria perpetuis non interitura diebus!

XENODOCHIVM AD DIVVM SEBASTIANVM.

CAP. XXI.

Atque,ut prætercam duo Xenodochia,nec omnem
Materiam,quæcunque offert ſe ſponte, loquaci
Carmine conſecter,certe quod carmine dignum
Xenodochion erat longe hoc meliore,canemus.
Planitie diſtante ſitum, ſub mœnibus Vrbis
Mille fere paſſus præterlabentis ad amnem
Pegneſi ſacrum Divo,quem tela Tyranni
Confeciſſe ferunt magnum ſpernentis Jeſum

Tem-

Templum hic exiguum, ſed cultum & denique multa
Religione ſacrum, juxta domus ædibus amplis
Quattuor in partes diviſa,nec ordinis ullum
Commodioris opus quenquam vidiſſe putarim;
Tam ſunt porticibus adſtructa cubilia longis
Ordine perpetuo ſibi reſpondentia, quantum
Quattuor in ſpatium patet area lata domorum.
Totum opus æquali ſpecie parte extat, ab omni
Quadrato extructum ſaxo, locus arte ſituque
Pulcher & eximius, nec quo ſit amœnior alter.
Huc cum ſævit atrox inimico ſidere peſtis,
Crebraque vulgati popularunt corpora morbi,
Infecti lue peſtifera triſtique veneno
Portantur, ne dira lues collectior urbem
Polluat,& regnet totum intra mœnia virus.
Ergo extra ægra ferunt lethali corpora morbo
Seu ruitura neci, ſeu reſtituenda ſaluti.
Et curas adhibent, dum ſpes ſuper ulla trahatur.
Præterea quos mentagræ ſerpentis adurens
Corrupit ſcabies, illo curantur,& illo
Accipiunt alimenta loco, dum corpora morbus
Deſerat,& membris decedat noxius humor.
I nunc, eſſe nega veræ pietatis amantes,
Quos tam certa trahunt alienæ vota ſalutis.
I, confer, quoſcunque potes, per Chriſtidos orbem
Subjectum regno fidei, quando iſta per omnes
Nota plagas, alios durant memoranda ſub annos.

QVATVOR LEPROSORVM XENODOCHIA EXTRA VRBEM.

CAP. XXII.

SVnt etiam ſua leproſis, regionis ad oras
Quattuor ante urbem, partem ſub quamlibet unum
Hoſpitia ædificata foris, qua ſtrata viarum
Publica diverſis ducunt regionibus Vrbem,
Sumptibus omnia munificis dotata, nec ulla
Vel decorata minus, vel egentia parte relicta:
Singula templa adſunt illis quoque, cuilibet horum

Adſidet & ſtudii & morum ratione probatus
Sacrarum interpres rerum, verbique miniſter.
Vsque adeo nullus (quanquam vel inutilis) ordo
Negligitur, quin corporibus quodcunque mederi
Atque animis poſſit, larga pietate miniſtrent,
Qui Pegneſiacam populus ſacer incolit Vrbem.

TEMPLVM DIVI PETRI, QVOD SEBALDINVM VOCANT.

CAP. XXIII.

NOn quia templa Deo placeant, quæ marmore & ære
Humanæ fecere manus; qui corda piorum
Incolit, & mentes habitat ſummo æthere dignas;
Sed quia magnificum nihil omiſiſſe per urbem
Illuſtrem, mihi cura fuit, quod carmine nullo
Attigerim, brevibus licet omnia prædico dictis,
Hanc etiam memorare animo calor incidit ædem
Sacram Petre tibi cœleſtis claviger aulæ.
Tum quia magnifico ſtructa eſt opere, atq; labore
Artifici perfecta nitet, tum ſacra vetuſta
Relligione patrum, & multos celebrata per annos,
Templum auguſtum, ingens, celſis ſublime columnis
Ædificatum intus, latum teſtudinis altæ
Fornicibus crebris, & totum marmore ſecto,
Præterea donis opulentum, dives & auri,
Dives & argenti, quæque eſt memorare moleſtum,
Nobilibus gemmis pictai veſtis & oſtro.

SEPVLCHRVM DIVI SEBALDI.

CAP. XXIV.

EXtat in hoc templo, monumentum inſigne Sebaldi,
Quem Divum pars magna vocant: hic primus ab orbe
Externo veniens, fertur loca noſtra colentes
Chriſticolam docuiſſe fidem, pro cujus honore
Officii meritiſque piis his cultibus illum
Affecit pia cura patrum, teſtata ſalutem

Hoc

Hoc primum doctore ſibique ſuisque paratam.
Atque ideo hoc illi poſuere inſigne ſepulchrum
Officii memores, quo non præſtantius ullum
Sive manu, ſive ingenio, ſive arte magiſtra
Contendiſſe libet, totum eſt ex ære nitenti
Artificis cælata manu, pulcherrima moles,
Naturæ variis operum, forma omnis ab imo
Surgit epiſtyliis facta excreſcentibus inter
Serpentum ſpecies operoſa torevmata florum.
In ſumna coit & pulchri faſtigia tecti
Contrahit, ipſa etiam variis cælata figuris.
Non auguſta tamen, ne vertex ſummus acutam
Pyramidem faciat, quanquam tres pyramidales
Adſimilet conos, circum capitella columnis
Addita ſunt, ſpiræque breves, torulique rotundi,
Atque abaci teretes, quibus aut ſimulachra Deorum,
Aut hominum inſiſtunt, videas colludere fictas
Arte puellarum effigies, ſemperque novatos
Formarum vultus, colubros adrepere, nudas
Stare puellarum ſpecies tenus ilia, donec
In caudas abeant media plus parte draconum.
Quid ſtatuas alias memorem matrumque virorumque,
Has nudas, illas armis & veſtibus aptas?
Quid tot quadrupedum formas? tot ſculpta leonum
Corpora? nudorum infantum quid mille figuras?
Muſa nec ulla queat tanto ſatis eſſe labori,
Nec verbis æquare opus immortale futurum,
Quod neque Praxiteles, nec Myron, nec Polycletus,
Nemo Chares, nemo Scopas reprehendere poſſit.
Quanquam fama illos ſculpendi nobilis æris
Commendat, noſtros melior pervenit in annos
Gloria. Sicut enim fuit ignorantior ætas
Et rudis illa prior, ſic nos creſcentibus annis
Creſcere, & inventis meliores addere rebus
Par fuit, & veterum vinci feliciter artes.

(o)

TEMPLUM DIVI LAURENTII.

CAP. XXV.

DIximus auguſtam legati principis ædem
Qua magis eximio ſtructuræ excellet honore,
Cratifero ſacrum juveni, quod in editiori
Arce ſitum, ſe mole ſua, ſpectabile templum,
Exhibet, apparetque procul, ſublime duabus
Turribus aſſurgens, paribusque ſub æthera tendens
Pyramidum tectis fulgentibus, ære coruſco,
Quæ ſuper aurati & vicini nubibus orbes
Stant gemini, tum tecta auro diſtincta refulgent.
At pars inferior quadrati e marmore ſaxi
Stat ſolida ipſa ſuo velut in ſe pondere nitens.
Parte hac veſtibulum vergens in ſideris oram
Occidui, ſtat magno aditu, ſtat limine celſo,
Stat foribus fultum egregiis, magnoque labore.
Arte laboratis magna tam pulchra rotundis
Signa Periſtyliis ſuperaſtant, qualia circum
Parte ab utraque fores ornant, & limina templi.
Ipſa intus templi facies, tam plena decoris
Omnigeni apparet, tam majeſtate verenda
Ingreſſis patet, ut tacita perfundere poſſit
Relligione animos, fornix altiſſimus ipſos
Pene etiam viſus refugit, populoque minatur,
Cujus magna tamen gravibus teſtudo columnis
Suffulci a ſedet, quarum longiſſimus ordo
Agmine dimenſus duplici, diſcrimina præbet
Fornicibus tria, quos inter celſiſſimus omnes
Eſt medius, minor extremos menſura coërcet.
Hujus divitias templi nec dicere promptum eſt,
Nec libet, & nec erat nunc his locus: ergo relictis
Templorum ſacris adytis, civilia rurſus
Aggreſſurus eram miracula, ni mea vota
Jam directa alio res una morata fuiſſet.

❧ (o) ❧

ÆDI-

ÆDICVLA CORPORIS CHRISTI IBIDEM.

CAP. XXVI.

ÆDicula hic illa eſt, in qua ſacrata reponi
Hoſtia conſuevit, crucifixi corpus Jeſu.
Hoſtia non iterum ſacras mactanda per aras,
Pro nobis mactata ſemel, quæ nullius unquam
Sive domus eguit, ſeu captu ignobilis arcæ
Includi potuit, tamen hic humana voluntas,
Anxia plus æquo divini ſemper honoris,
Per cultus operum fidei pietate ſepulta,
Talia conſtruxit ſacras monumenta per ædes.
Sed quia nunc fidei non eſt ſuſcepta tuendæ
Vlla mihi ratio, ſed tantum opera inclita rerum
Dicere, quæ noſtram ſunt plurima nota per Vrbem,
Sed celebrata minus, viſum eſt & carmine dignum
Hoc opus ædiculæ, nulli fortaſſe ſecundum
De genere hoc operum, niveo ſtat marmore fultum
Vegrandi pede, quam ſubtus nituntur Atlantes
Tres, velut incumbat moles ruitura, niſi ipſi
Suſtineant, mox cœpta baſi conſurgit ab ima
Celſæ Pyramidos turris ſimulata figuram.
Quanquam ſtricta magis, longæque ſimillima virgæ
Ardua convexæ teſtudinis ultima tangat.
Marmore tota nitens, tota exactiſſima miro
Ingenio artificis, variusque & lumina fallens
Ordo columnarum, quas circum perque ſupraque
Textile ſurgit opus, tanquam ſi marmora flexu
Curuentur, flexusque ſequacia fila morentur.
Non ſecus ac ramis ſeſe textura recurvis
Implicet ac mutata loco nova fiat, ita omni
Arte columellæ variant, ſemperque renata
Conſurgunt aliæ, quas inter mille relucent
Signa, velut vivum ſpirantia, dixeris ipſi
Infudiſſe animas lapidi qui fecit, ubi autem
In ſummum jam crevit opus, jam contigit arcum
Fornicis excelſi, nec jam ſuper ulla relicta eſt

Creſcendi ratio, tum ſe de vertice ſummo
Tanquam obſtante ſibi teſtudine fracta recurvat.
Quæ ſi cuncta aliquis miranda putarit in ære,
Quod fundi fingique poteſt, flecti atque reflecti,
Cur non hoc potius miretur, marmora frangi
Dura modo, ut manibus videantur poſſe reflecti?
Cætera, quæ dicenda ſuper mihi plura fuerunt,
Admirata operis ſplendorem, Muſa negavit.

OFFICINÆ FERRARIÆ.

CAP. XXVII.

SI gens præcipuo laudata eſt Norica ferro
Semper, & hoc veterum teſtantur ſcripta virorum,
Quid mirum, ſi qui populus ſit origine avita
Noricus, ut fama eſt, patriæ memor antiquai?
Ferrum amat, ut ferri laudem ſibi vendicet uni,
Tractandi per mille modos, ac mille per arteis
In ferrum gens nata, piæ ſeu commoda pacis,
Seu gerat inſani furioſa negotia Martis.
Nam modo quis populus Vulcania doctius arma,
Quaque ſupra petit illabens, per ſumma domando
Complures poſuere domos miracula ferro.
Namque quis aſpiciens quanta ſe mole rotarum
Volvat opus, quanta ferrum vi diſtrahat, ut ſit
Perfectum ingenio, jam poſſit ut unus & alter
Quod non mille viri poterant nondum arte reperta,
Iſta videns, quis non miretur? & omnia retro
Secula deſidiæ damnet, qui talia nunquam
Cognorint noſtrorum hominum præclara reperta.
Magna rota ingentem vi fluminis acta cylindrum
Fert ſecum, volvitque rotans, pars ultima cujus
Dentibus armata eſt crebris, qui fortiter acti
Obſtantes ſibi machinulas rapiuntque feruntque,
Ni rapiant remoraturos ipſosque rotamque
Vndasque gravidumque ingenti mole cylindrum,
Ergo ubi vi tanta correpta eſt machina pendens
Inferius, molem ſupra movet ocyus omnem,
Inſtrumenta regens, quibus atri lamina ferri

Scin-

Scinditur, & varios rerum tenuatur in uſus,
Nunc has nunc alias aptas aſſumere formas,
Vi nempe indomita juſſu parere coacta.
Ferreæ nam videas capita aſſimulata dracones,
Alterum ab alterius morſu divellere ferrum
Dentibus, hic retinet, maſſam trahit ille draconum,
Ac hoc dum faciunt, ita ſe perniciter urgent,
Certantes crebris inter ſe aſſultibus, ac ſi
Pro vita non pro ferro certatur utrinque,
Atque ita dum rapidis ferrum rude morſibus arcent,
In filum teres expoliunt, quod ab ore receptum
Vipereo, adſiſtens in mille volumina curvat.
Quis Deus hanc, Muſæ, quis tam memorabilis artem
Oſtendit caſus? non ille aut Thracius, aut Cres,
Aut Italus fuit, ingenio qui claruit illo,
Unde hanc humanis conceſſerit uſibus artem,
Sed Germanus erat, ſed Noricus: ille diu rem
Inventam occuluit, quia ſicut ſemper avarum eſt
Humanum ingenium, ſolus percepit & artis
Commoda multiplici ſibi reſpondentia fructu,
Invidítque aliis, quod per ſe ſolus habebat
Inventum, ac prope ſe natum, haud aliunde repertum,
Donec (ut æternum non res potis ulla latere eſt)
Ars nova clauſa diu erupit, venitque ſub auras
Sponte ſua, vinctam ſeſe indignata teneri.
Parva gradu primo, mox evulgata frequenti
Ambitione hominum crevit, nec ſe amplius intra
Antiquos tenuit fines, jam libera, jam ſe
Ipſam non capiens in ſummum evaſit, ab illo
Non habitura locum, quo deinde aſcendere poſſit.
Hoc opus in tenues ferrum deducere chordas,
Nec minor ille labor, quo cætera ferrea cudunt
Inſtrumenta vel armorum, vel pacis amicæ,
Loricas, ocreas, galeas, thoraces & enſes;
Quæque alia armorum norunt genera arma periti.
Sponte ea prætereo, quæ ſunt vulgaria, quæque
Non ſolum rigidi fiunt de robore ferri,
Verum etiam varios ex ære parantur in uſus,
Seu tu ſigna voles, ſeu vaſa Corinthia, nusquam
Vel plura invenies vel nobiliora parari.

Seu te flexibilis liventia pondera ſtanni ,
Sive ſonora juvant de flavo facta orichalco,
Grandibus hic liquefacta fluunt tibi cuncta caminis,
In maſſasque abeunt ingentes,inde rebelles
Informant variis impoſta incudibus ictus
Ter centum in ſpecies,circum fragor intonat ingens,
Non ſecus ac vaſtis Siculæ ſub molibus Ætnæ
Fulminei Cyclopes in æra ſonantia crebros
Ingeminant ictus,repetitaque verbera miſcent.
Lata ſonant maria & vicinæ Doridos undæ.

VERDA SVBVRBIVM.
CAP. XXVIII.

POſtquam laudatæ ſcribendo exceſſimus Vrbis
Mœnibus, & fluvium juxta ſpatiamur amœnum,
Admonet ipſe locus, ne,cum tot carmine in iſto
Dixerimus partes urbis,decora inclita,laudes,
Delicias vernæ fugiamus dicere Verdæ.
Paſſibus hæc domina quingentis diſtat ab Vrbe,
Qua videt exorti venientia lumina Solis.
Dulce ſuburbani ruris decus atque voluptas,
Præcipue cum floret ager,cum germinat arbos,
Cum levat umbra graves æſtus, cum gratus ad amnem
Eſt locus in molli nobis ſpatiantibus herba,
Tunc locus ille ſuis pene ipſa gratior urbe
Dotibus eſſe ſolet,ſiquidem ſitus undique aperta
Planicie, quoquoverſus tibi præbet amœnum
Proſpectum, ſeu te libeat viridantia prata
Viſere,prata jacent liquidum jucunda ſub amnem,
Seu te ſylvarum facies frondoſa virentum
Oblectat,prope ſunt ſylvæ circumque renident.
Ipſe inter ſaliceta virentia labitur amnis,
Tam placidus. quam purus aquæ,lenisque ſuſurro
Formoſam tenui redimitus arundine frontem,
Quem circum tenera ſaltans laſcivit in herba
Naiadum chorus,& nuper quoque noſtra ſequutæ
Pierides veſtigia colludunt ludentibus ultro.
Heu quia tam pulchrum decus,& quia gaudia tanta
Deformat glacialis hyems,pro floribus almis
Spargens Sithoniasque nives,gelidasque pruinas

HORTI EXTRA VRBEM.

CAP. XXIX.

NEc minor hortorum memorandis laudibus Vrbem
Gloria commendat, quorum tam copia dives,
Quam fuit Alcinoi nemorum, quæ mala ferebant
Punica, & ingentes malos, uvasque virentes,
Et dulces ficus, & flores germen olivæ:
In quibus æterno florebant omnia vere,
Et fructus fructu ſuper exoriente recenti
Conſenuit, nulloque peribant tempore flores,
Et ſi qua his alia affinxit divinus Homerus.
Nos neque fabellas, nos nec mendacia picta
Fingentes, canimus, quæ non conſpeximus ipſi:
Delitiæ tantæ hic hortorum, tanta voluptas,
Quantas vix animo, qui non conſpexerit ipſe,
Concipiat, tanto pomaria ditia cultu
Floreſcunt, tanto ſuperant pira muſtea fœtu,
Quanto non aliis hortorum ſepibus usquam
Incluſi potuere piri, nec dulcia deſunt
Poma brevis cerasi, nec mora rubentia ſucco
Sanguineo, eſt nucibus ſua gratia, ſive colurnas,
Sive ea juglandes tibi conciliare ſuevit.
Noſter ut autumnus fert omnia, ſic quoque noſtros,
Pruna Damaſcenis nunquam ceſſura per hortos
Producit, nec quisquam hic Perſica poma requirat.
Sunt & amygdalinæ glandes, ſunt mollia ſorba,
Meſpilaque, & lento ſtipata Cydonia ſucco.
Quid nemorem totos contectos vitibus hortos?
Quarum palmitibus crebro topiaria flexu
Contexunt opera umbrantes teſtudine denſa
Diſſectas per culta vias, arcentque moleſti
Sideris ardorem, pendent a vitibus uvæ
Deſuper, & poſitis præbent ſpectacula menſis
Grata toros viridi ſpargentes fronde comantes.
Maxima pars habet adjectas non deſide factas
Arte domos, ſed delitiis & luſibus aptas
Permiſſis, non luxuriæ aut ignobilis oci:

In quas urbanis plerumque laboribus ægri
Exhauſtique ſuis quærentes ſumere curis,
Grata refrigeria, atque animos laxare volentes
Secedunt, gaudentque auræ tum denique flatu
Liberiore frui, dum clauſis mœnibus aër
